THVCYDIDIS

ATHEN HIS

Thucydidis et Herodoti
historiae a Laurentio
Valla interpretatae

VII

469. I. K. b
470. 471

# Thucydidis Atheniensis Hiſtorici grauiſſimi de Bello Peloponēſiū Atheniensiumq́ʒ Libri octo Laurentio Vallen. interprete accuratiſſimo.

Vna cum Vita authoris totiuſq́ʒ operis tabella post opus apponenda.

IOANES ZAVLVS

Cathalago [illegible] inscriptus




Venundantur in ędibus Aſcenſianis.

Ioannis Alexandri Braſſicani ac [illegible] quēda

LYCEAL BIBLIOTHEK ZU LAIBACH

Nunc Johannis Ris

Iodocus Badius Aſcenſius/Petro Aegidio legalis ſcientię profeſſori ſane q̃conſulto: & Aduerſeñ. quos Hand werpieñ. vocant Hermeti admodum facũdo nec minus prudenti Salutem.

Thucydidis Athenieñ. de bello Pelopõneſiaco in Athenienſes geſto/Hiſtoriam a Laurentio Vallenſi latinitate donatam: & noſtro p̃lo recẽs excuſam/tuo nomini/Petre doctiſſime (quãtum iuris opella hæc noſtra ſibi vendicare poteſt) nuncupatã: propterea ad te emiſi: q̃ & auctoris & interpretis plurimum inſtar, & geminatam in te gloriam agnoui. Nam vt Thucydide in concionibus crebris apte excogitandis & concinnandis/grecia nihil vnq̃ produxit aptius: & Vallenſi in elegantiis & præcipiendis & obſeruãdis Italia ipſius etate nihil genuit felicius: ita tu & aptis & elegantibus orationibus pro ciuibus tuis habẽdis/qui tecum (iſtic præſertim) certet habes neminem. Lege igitur hoſce Thucydidis libros ob noſtram preſcriptionem q̃ ſoles auidius: & iiſdem legendis ita mei conſolare deſiderium: vt ego hoc epiſtolio ſcribundo tui. Vale.

Ex Chalcographia noſtra: quarto Idus Iulias anni. M.D.XIII.

Post obitum Nobil. et Acutissimi D. Georgij Zaule J.V.D. Avi sui – Nobil. et Castissima Virgo Susanna Zaulin Abbatiali Bibliothecae D.V. in Sittich dono dedit. A. 1642

030035944

## LAVRENTII VALLENSIS AD SANCTISSIMVM NICOLAVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM IN THVCYDIDIS HISTORICI TRANSLATIONEM.

### PROOEMIVM.

QVOD Aeneas apud Virgilium Nicolae Quinte ſumme Pon-
tifex:id ego nūc poſſum dicere. Et quia carmen eſt etiam decā-
tare,Iuuat euaſiſſe tot vrbes Argolicas:medioſq; viam tenuiſ-
ſe per hoſtes. Nā ex Argolicis vrbibus atq; ex mediis hoſtibus
euaſiſſe mihi videor:militia iam quā mihi imperaueras perfun-
ctus,Etenim quēadmodum Romani olim imperatores:qualis
Auguſtus, Antoniꝰ,aliiq; permulti(tua dignitas facit:vt hac
vtar comparatione)Romę confidentes ac per ſeſe vrbana nego-
tia procurantes bella præſertim peregrina ducibus demanda-
bant:ita tu cū ſacra:religionem:diuina atq; humana iura: pa-
cem:amplitudinem:ſalutē latini orbis per teipſum cures:man-
daſti cum alia aliis:tum vero nobis quaſi tuis præfectis / tribunis/ducibus vtriuſq; linguæ
peritis:vt omnem quoad poſſemus gratiam tuæ ditioni ſubiiceremus:id eſt: vt græcos ti-
bi libros ī latinum traduceremus,Propoſitum ſane magnificum:ſingulare: & vere ſummo
pōtifice ſapiente dignum. Nam quid vtilius? quid vberius? quid etiam magis neceſſarium
librorum interpretatione? vt hæc mihi mercatura quædam optimarum artium eſſe videa-
tur. Magnæ rei eam comparo cum mercaturæ comparo. Quid enim illa in rebus humanis
conducibilius? q̃ omnia ad victum:ad cultum:ad præſidium:ad ornamentum: ad delitias
deniq; vitæ pertinentia comportat:vt nihil vſq̃ deſit:omnia vbiq; abundent: & qđ in au-
reo ſeculo fuiſſe fertur:ſint cunctorum quodāmodo cuncta communia. Idem fit in tranſla-
tione linguarum:ſed tanto prēclarius/q̃to potiora ſunt bona mentis/corporis bonis. Siqui-
dem ex rebus quas iſta transferendi negociatio nobis apportat:animi aluntur:veſtiuntur/
roborantur/ornantur/delectantur ac prope diuiniores efficiuntur. Nam quid ſuauius/ſalu-
brius/amabilius: & (vt vno complectar verbo) melius q̃ libri qui vel e græca/vel ex hebręa/
vel ex Chaldaica/punica ve lingua in nostram traducuntur? Siue hiſtoricorum/ſiue Orato-
rum/ſiue Poetarum/ſiue Philoſophorum/ſiue medicorum/ſiue theologorum. Adeo nullū
cum deo nos latini commercium haberemus niſi teſtamentum vetus ex hebręo & nouum
e græco foret traductum. Longiore opus eſſet oratione q̃ vt huic tempori conueniret ad
omnes interpretationis laudes exequēdas. Sed vt (omiſſa aliarum linguarum mentione)
ad ſuperiorem redeam militiæ comparationē:non minus tibi glorioſum eſt Romane Pon-
tifex libros græcos:qui reliqui ſunt transferendos curare:q̃ aut Aſiam/aut Macedoniā/aut
cæteram græciam Romano adiicere imperio. Verum enimuero quæ mihi vel forte obtigit
vel conſulto data eſt prouincia:ita dura:ita aſpera eſt:vt vix vlla ex omnibus magis. Octo
nāq; vt ſcias mi imperator:ſi forte neſcis:quæ expugnanda mihi mandaſti: oppida in edi-
tiſſimis ſita ſunt,ac ſaxeis montibus:q̃ neq; telis,tormentis ve lędi:neq; ſcalis aſcendi:neq;
vallo cīgi ac vix cuniculis oppugnari poſſint. Neq; hoc velim magis imbecillitati meę attri-
buas q̃ rei difficultati. Nam omnium confeſſione arduus eſt,ſaxeuſq; Thucydides: cum
cæteris in locis tum vero in oratiōibus quibus octo eius referti ſunt libri:vt Ciceronis (quē
græcum ſuæ ætatis homines appellabant) verbis conſtat dicentis in oratore:ipſæ illæ con-
ciones ita multas habēt abditaſq; ſententias vix vt intelligant. At cur ſumpſiſti hoc opus
quidam inquiunt? Ego vero non ſumpſi ſed accepi:nihil minus q̃ mea ſponte ſumpturus,

At cur accepiſti? Nẽpe ꝙ imperatoris mei detractare imperia, ſanctiſſimi alioqui & ſapien-
tiſſimi viri nefas eſſe ducebam: & cum ille tantum mihi honoris habuiſſet: ita em̃ interpre
tabar: vt prouintiam a nemine vnq̃ bello tentatam mihi debellandam cõmitteret: immori
ſatius ipſi operi, q̃ aut contumaciter/aut ignauiter deſiſtere. Decepit me tamen vna qua ni
tebar ſpes: Beſſarion Cardinalis Nicenus: cuius (vt opinor) ſuaſu tranſferendum tu mihi
Thucydidem iniunxiſti: vir (ne cęteras eius laudes attingam) conſenſu eruditorum/inter
græcos latiniſſimus: inter latinos/græciſſimus. Is enim qui pręcipue me & potuiſſet adiu-
uare: & voluiſſet: ſtatim poſt mandatam hanc mihi prouinciam abs te Bononiam legatus
eſt miſſus. Quo magis deſperationem victoriæ præſumebam ꝙ meo mihi marte agendum
eſſet: neminẽq; haberem: qui aut poſſet: aut vellet auxilio eſſe. Itaq; quantũ laboris exhau-
ſerim: aut potius exanclauerim: quãtũ ęrũnarum periculorumq; pertulerim vel hinc ęſtima:
ꝙ ſi mihi ob hoc quemadmodum erga multos feciſti triumphum decreueris: non tam ipſo
triumpho gauiſurus ſim: q̃ laboris fine gaudeo. Quoties enim mihi videbar in ſuffodiẽdis
cuniculis verſari: aut in profundis lapidicinis: aut in ſcrutãdis auri venis/intra viſcera mõ
tium abditis: vnde nec ſuſpicere/nec proſpicere/nec reſpicere poſſem/ſine vllo laboris mei,
aut ſocio aut cõſcio. Quare ſi his cuniculis oppida expugnaui: ſi lapides hos porphyriticos
excidi: ſi hoc aurum effodi: vt ſpero: nimirum cauſa eſt: cur fine laborum meorum hoc eſt ef
fectu gaudeam. Etenim Thucydides: vt iam de laudibus eius dicam: Talis eſt inter hiſtori
cos gręcos: quale aut inter marmora porphyriticũ, aut inter metalla aurũ. Tãta in eo graui
tas: tãta vis: tãta ſine vlla (vt ſic dicã) ſcoria fides (q̄d eſt in hiſtoria pręcipuum) vt iſta qui
legunt vera prorſus fuiſſe non dubitẽt: & ſcriptorẽ rebus agendis non tantũ interfuiſſe: ſed
etiam pręfuiſſe: prout interfuit multis & pręfuit: vt ex ipſo quoq; opere apparebit. Tametſi
exiſtimatus eſt ſerius veniſſe cũ claſſe ad afferendam Antipoli opem: & ob id iniuſte exilio
mulctatus. Quo in exilio hãc ſcripſit hiſtoriam: nec eã (vt ſtatuerat) abſoluere potuit mor
te pręuentus. Hic igitur ſine controuerſia atq; Herodotus ita inter græcos hiſtoricos exti-
tere principes: vt inter noſtros Salluſtius ac Liuius. Q̄d teſtatur tũ Cicero: alter em̃ ſine vl
lis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit: alter incitatior fertur & de bellicis rebꝰ canit etiã quo
dãmodo bellicũ: tum Quintilianus: hiſtoriã multi ſcripſere pręclare: ſed nemo dubitat lon
ge duos cæteris pręferendos: quorũ diuerſa virtus laudem pene eſt parem conſecuta: dẽſus
& breuis, & ſemp̃ iſtãs ſibi Thucydides: dulcis & cãdidus & fuſus Herodotꝰ: ille cõcitatis
hic remiſſis affectibꝰ: melior ille cõcionibus, hic ſermonibꝰ: ille vi/hic voluptate. Habes ita
q; Summe Pontifex qualis ſit græce Thucydides: quem ſi a me traductum cenſebis eandẽ
ſeruare dignitatem: omnis mei laboris obliuiſcar. Strenuus enim miles nihil pluris facit q̃
a ſuo ꝙ pręſtantiſſimus ſit imperatore laudari. Iam tuum meumq; Thucydidem: hoc nãq;
tecum commune habebo ſi opus meum probabis: agnoſcas.

# THVCYDIDIS ATHENIENSIS HISTORICI GRAVISSIMI HISTORIARVM PELOPONNENSIVM. LIBER PRIMVS.

## PRAEFATIO.

THVCYDIDES Athenienſis bellum Peloponnenſium Athenienſiumq; qđ inter ſe geſſerunt conſcripſit: exorſus ſtatim ab eo moto: ſperans etiam fore tum magnum: tū ſuperioribus memorabilius certis hinc ſignis: ꝙ & vtriq; florebant omni ad bellum apparatu: & cætera græcia e ſuis finibus ad alterutros acceſſit: alii quidem protinus: alii vero poſt conſultationem. Etenim maximus hinc græcorum motus extitit: & quadā ex parte Barbarorum ac prope dixerim plurimorum hominū. Siquidem quæ ante nos natos, quæq; vetuſtiora adhuc fuerunt plane comperta eſſe propter longitudinem æui non quierunt. Sed ex coniecturis per quas longiſſime repetenti mihi contingit credere: nō magna ſane extitiſſe exiſtimo: neq; bellicis neq; cæteris in rebus. Nam conſtat eam quæ nunc Græcia vocatur, haudquaq̄ ſtabiliter olim fuiſſe habitatam: crebroq; illinc migratum: ꝙ facile ſua quiq; relinquebant: ab aliquorum maiore numero coacti. Quippe nulla dum negociatiōe, nullo inter ſe citra formidinem commercio, vel terra vel mari ſua quiſq; eatenus colentes, quatenus ſuppeteret victui: non pecuniæ copiam habentes: nec humū arboribus conſerentes: vtpote incertam: quoties quis alius ſuperueniens auferret ab iis pręſertim qui muris carerēt: & exiſtimantes ſe neceſſarium quotidie victum vbiq; adepturos, haud ægre pellebantur. Ideoq; neq; magnitudine ciuitatum validi erant: neq; alio bellico apparatu. Adeo quęq; tellus præcipue patiebatur aſſiduas incolarum migrationes veluti ea quæ nunc Theſſalia vocatur: & Bœotia: & plæraq; Peloponneſus præter Archadiam: quæq; alia terrarum vberrima erat. Nam propter bonitatem ſoli maiores aliquorum iā vires effectæ, tum ſeditiones excitabant: tum vel magis alienigenarum inſidiis obnoxii erāt. Itaq; magis Atticam ob ſterilitatē ſegetis longo æuo pacatam iidem ſemper incoluere homines. Cuius rei non minimum indicium eſt propter colonias quas dimiſit non in cæteris peræque adauctā fuiſſe. Nā ex reliqua Græcia qui aut bello aut ſeditiōe exciderāt ad Athenienſes tanq̄ ad ſtabiles potentiſſimi quiq; ſe recepere: confeſtimq; ciues effecti, iam inde a vetuſtate maiorem etiam hominum frequentia ciuitatem fecere: ita vt poſtea non ſufficiente iam Attica colonias Ioniam quoq; dimiſerint. Facit autem apud me fidem priſcę imbecillitatis hoc quoq; non minimum: ꝙ ante Troianum bellum conſtat Græciam Helladem nihil communiter egiſſe: nę ipſum quidem hoc nomē tota vtiq; mihi videtur habuiſſe. Sed quædam loca ante Hellenem Deucalionis filium: nec vſq;quaq; hoc fuiſſe cognomen: ſed tum ſuum cuiuſq; gentis proprium: tum Pelaſgicum a ſeipſis cognomen impoſitum. Hellene autem eiuſq; liberis in Phthiotia rerum potitis, & eas gentes emolumēti gratia in alias ciuitates adducentibus, ſingulos iam maxime propter linguæ commerciū Hellenes id eſt græcos eſſe vocitatos. Quæ res longo tempore non potuit obtineri: qđ indicat pręcipue Homerus qui diu poſt Troianum bellum natus: nequaq̄ cunctos ſic vocauit: nec alios q̄ qui cum Achille ex Phthiotide: qui & primi Hellenes fuerunt. Danaos vero & Ar-

Theſſalia. Bœotia. Attica.

atticam ob ſterilitatem ... ſemp inco luerunt

Hellenes vnde dicti

homerus poſt troianū bellum natus.

giuos & Achęos in carminibus prędicat; nec tamen appellabat Barbaros; ea re, qꝫ necdum Hellenes id eſt græci in vnum nomen barbaro (vt mihi videtur) oppoſitum conceſſiſſent. Qui igitur tanꝗ græci eſſent omnes: & inter quorum ciuitates commercium eiuſdem linguę erat: poſtea vno vocati noīe: nihil ante Troiana tēpora ꝓpter inopiā & impermixtū vitæ genus frequētes egerūt. Sed in hāc expeditionē qꝫ mari iā plęrūqꝫ vſi eſſent exierunt. Nā Minos eorū quos auditu cognouimus antiquiſſimꝰ claſſē cōparauit: maximāqꝫ partē maris, qđ Gręcū nūc dicit̃ tenuit: & inſularū Cycladū dn̄s, primus in earū plęriſqꝫ colonias poſuit: Caribꝰ eiectis: filioſqꝫ ſuos cōſtituit pricipes. Inſuper quoad potuit Latrones e mari (vt credibile eſt) ſuſtulit potiꝰ vt ſibi redditꝰ obueniret̄. Nā & Gręci olī, & Barbarorū qcūqꝫ in cōtinēte maritimi erāt: quiqꝫ īſulas incolebāt: vbi cœperūt crebriꝰ alii ad alios nauibꝰ trāſire: ad latrociniū conuerſi ſunt ducibus nō tenuiſſimis: tū ſui q̄ſtus, tū pauperū, victus gratia. Atqꝫ adorti ciuitates muro vacātes, vicatimqꝫ habitātes diripiebāt: ac maximā victus partē hinc cōparabāt: nullo ob id pudore nōnihil potius ſibi glorioſum. Qđ declarāt cū quidā etiā nūc in continente qbus decori eſt hoc egregie exercere: tū vetuſtiſſimi poetæ: apud quos illi vltro citroqꝫ nauigātes īterrogant̃ nūquid latrones ſint: tanꝗ nō īficiaturos opus vt turpe quod ſcire ſtuderent. Et in mediteraneis etiam homines mutuo prædantur: & adhuc plęraqꝫ in græcia vetuſtus mos colitur: vti apud Locros: qui vocantur Ozolæ: & Aetolos & Acarnanas & hanc ipſam continētem. Quinetiam arma ferre apud hos ex vetere latrocinio permanſit. Omnis enim Græcia arma geſtabat: qꝫ videlicet nec penates munitionibus cincti: nec difficiles mutuo incurſiones eſſent: vitamqꝫ aſſidue ſub armis agebant ritu Barbarorum. Cuius rei ſignū eſt ex gentibus Græcia adhuc ita viuentibus: publica hac inter omnes aliquando viuendi conſuetudine. Inter quos primi Athenienſes ferrum depoſuerunt: & ex illo ſoluto vitæ genere, in lautius tranſierūt. Nec multum tempus eſt ex quo ſeniores eorum vtiqꝫ beati ferre deſierūt lineas tunicas: cycladaſqꝫ in ſeriem aureas ac cincinos in plexilem modum cōcinnatos. Vnde apud Ionum quoqꝫ ſeniores propter cognationem viguit hic cultus. Modica autem veſte ad pręſentes vſqꝫ mores vſi ſunt primi Lacedæmonii: & cum cæteris rebus tum præcipue in victu locupletiores vulgo ſunt ſimiles. Iidem primi corpora certaturi nudauerūt propalam ſe exuentes oleoqꝫ vnxerūt: cum olim etiam in olympiaco certamine athletæ ſubligacula circum verenda habentes pugnarēt. Nec ita multi anni ex quo illa haberi ſunt deſita: quę adhuc viſuntur apud Barbaros cum alios, tū vero Aſianos: a quibus præmia pugilibus ac luctatoribus proponuntur, bracatis hoc agentibus. Multis præterea ex aliis oſtenderet quis Græcam antiquitatem cū Barbarorum qui nunc ſunt moribus cōgruentem. A ciuitatibus autem quæ nouiſſime ſunt contractę: præſertim ꝗ pecuniis abundarent hominibus iam rei maritimæ ſcientioribus ad ipſa littora vrbes conditæ ſunt: occupatis Iſthmis (id eſt terrarum inter diuerſa maria anguſtiis) tum negociationis cauſa: tum tutelæ aduerſus ſuos quæqꝫ finitimos. At vetuſtæ vrbes propter aſſiduā latronū infeſtationē procul a mari ſunt ſitæ: ſiue in inſulis, ſiue in cōtinēte. Quia ꝗ deorſum ad mare ciuitates erāt ignarę rei maritimę mutuo ſeſe ſpoliabāt: & adhuc muris carēt. Nec minus latrocinabant̃ q ex inſulis erāt Cares phœniceſqꝫ. Nā hi inſularū plurimas incolebāt. Qđ ꝓbat̃ teſtimonio. Siqdē cū expiaret̃ ab Athenienſibꝰ hoc bello Delos deſtructis ſepulcris eoꝝ qcūqꝫ in ea inſula deceſſiſſent ſupra dimidiū Cares agniti ſunt: tū genere armorū cū quibus ſepulti erant: tū ipſo more quo nūc quoqꝫ ſepeliunt̃. Minoe autē re nautica potito, liberiꝰ vltro citroqꝫ nauigatū eſt: ſublatis ab eo īſularū p̄donibꝰ: in earūqꝫ plęraſqꝫ deductis ab eodē coloniis maritimi hoīes iā magis cōficiēdę pecunię dediti tutius hītauerūt & iter eos qdā, vt ditiores effecti: muris ciuitatē circūdederūt. Etenī cupiditate lucrādi: & q

tenuiores erant ſuſtinuerũt ſeruire potioribus: & qui potentiores cũ facultates haberẽt: mi
nores ciuitates ſibi obſequentes reddiderunt. Atq; hunc in modum magis cũ profeciſſent
inſecutis temporibus ad Troiam cum exercitu profecti ſunt. Ex quibus mihi videtur Aga Agamẽnõ
memnon tũc viribus antecelluiſſe: nec tantum claſſem coegiſſe: qui duceret Helenæ pro-
cos iureiurando Tindari adactos. Etenim ferunt qui exploratiſſime Peloponnenſium geſta
a maioribus natu per manus tradita cognouerũt: Pelopem primum vi pecuniarũ quã por- Pelops.
tans ex Aſia ad parandam ſibi inter inopes potentiam venit: & ſi peregrinus erat tamen co
gnomẽ regionis obtinuiſſe: & poſtea ab ipſius poſteris Atreo Agamemnone plus pecuniæ Euryſthei
fuiſſe cumulatum Euryſtheo per Aeacidas in Attica interfecto: cuius Atreus erat auuncu cędes.
lus. Huic Euryſtheus patrem fugienti propter Chryſippi necem cum ipſe in expeditione Mycenę.
ageret Mycenarum: regni curam propter propinquitatem delegauerat: vbi non rediit
Euryſtheus amplius Atreum volentibus Mycenæis æacidarũ metu, ſimulq; ꝙ ſtrenuus
videretur eſſe & multitudinis ſtudioſus cum adeſſet regno potitum eſſe Mycenarũ: & qui
buſcunq; ſororis filius imperitauerat: maioreſq; Pelopidas q̃ Perſidas extitiſſe. Quæ Aga-
memnon (vt mea fert opinio) accipiens & præterea re nautica longe cæteris præſtans exer
citum comparauit non pluribus gratia q̃ metu adductis. Conſtat enim eum & pluribus
cum nauibus profectum eſſe q̃ quenq̃ aliorum & eas archadibus præbuiſſe: vt Homerus
teſtatus eſt: ſatis quoq; ſigni fuerit in ſceptri traditione. Ait illum compluribus inſulis &
omni argo imperitare. Quas inſulas præterq̃ vicinas: ne autem non multæ fuiſſent ne-
mo qui foret in continente tenuiſſet niſi aliquid claſſis habuiſſet. Quod coniectemus licet
ex hoc quoq; exercitu quales prius extiterunt: ꝙq; Mycenæ exiguum oppidum fuit: aut ſi
quid tunc oppidum pro magno habebatur: nũc non tale videatur. Nec parum certo ſigno
quis vtatur ad non credendum tantam claſſem fuiſſe quantã & poetæ memorarunt & ſer
mo obtinuit. Nam ſi vrbs Lacedæmoniorum deſoletur relictis ſacris & publicorum operũ
pauimentis multam opinor congreſſu ætatis defuturam potentiæ fidem: qđ gloriæ apud
poſteros cedat. Tametſi ex quinq; Peloponneſi partibus duas colunt & totius ditionẽ te-
neant: multorumq; extra eam ſociorum: & tamen ſi ea vrbs nõ frequens populo eſſet: neq;
templis atq; ſumptuoſis operibus prædita pagatimq; vetuſto more Græciæ habitaretur:
manifeſtum eſt inferiorem viſum iri. Ac ſi Athenienſibus hoc idem contigeret coniectare
licet ex euidenti Vrbis aſpectũ duplum virium eſſe q̃ ſit. Itaq; debemus non prorſus fidem
habere: nec magis vrbium ſpeciem conſiderare, q̃ vires: exiſtimareq; illum maiorem quidẽ
ſuperioribus fuiſſe: ſed iis qui nunc ſunt inferiorem: ſiquid hic Homeri poeſi credere conue- Bœotiorũ
nit: quem veriſimile eſt: vtpote poetam: in maius eum ornando extuliſſe: q̃q̃ ſic quoq; infe- naues.
riorem eſſe manifeſtum eſt. Ex mille nanq; ac ducentis nauibus fecit: Bœotiorum quidem Philocte-
ſingulas centenum ac vicenum virorum: Philoctetę autem quinquagenum demonſtrans tes.
vt mihi videtur maximas minimaſq;: cum magnitudinis cæterarum in nauium recenſio-
ne non meminerit. Nam ꝙ omnes eſſent in nauibus Philoctetæ remiges & iidem bellato-
res apperuit. Quippe ſagittarios fecit cunctos & remigantes. Neq; credibile eſt multos ſu
peraſſe in nauigando: exceptis regibus ac præfectis cum præſertim tranſfretaturi eſſent cũ
bellico apparatu: nec Catafractas (ideſt tectas naues) haberent: ſed veteri ac magis prædo
nũ more cõſtructas. Ex quo inter maximas ac minimas medium tenẽti nõ multi cõueniſſe
videtur: vt a cũcta Græcia cõmuniter miſſi. Cuius rei cauſa nõ tam extitit hominũ q̃ pecu
niarũ penuria. Cõmeatus eñ defectu minorẽ duxere exercitũ: tantũq; modo quãtũ ſpera-
bant ibidem belligerando alitum iri. Poſtq̃ autem appulerunt prelio obtinuiſſe clarum eſt.
Non enim muris exercitum ac caſtra cinxiſſent. Ne hic quidem copiis omnibus vſos eſſe

Aminocles apud Corinthios nauium fabri,



conſtat: ſed ad agriculturam Cheronneſi ſe conuertiſſe ad latrocinium cõmeatu nõ ſuppetente: quo magis Troiani diſperſis eis decẽ annos vi reſtiterũt certãtes aſſidue cũ iis demũ q reliq eſſent: atq́ꝫ eis pares. Q̃ſi ſuppeditãte illi cõmeatu Troiam adiſſent: & cõferti citra latrociniũ agriculturãq́ꝫ continenter bellũ geſſiſſent: facile in ꝑlio ſuperiores eã euertiſſent euerſuri minori & tẽpore & labore ſi nõ in frequẽtes ea tantũ q̃ aderat parte repugnaſſent: ſed oẽs ĩ obſidione mãſiſſent. Verũ ob exiguitatẽ pecuniẹ & q̃ añ Troianũ bellũ geſta ſunt valida fuere: & hoc ipſum qđ illis celebratius fuit: datur ĩtelligi ex operibus minus fuiſſe fama ac ſermone qui de eo propter poetas ĩnualuit. Quoniã etiã poſt Troiana tẽpora grẹci & e ſedibus ſuis expulſi ſunt & alio ſe habitatũ cõtulerũt: ne per ociũ eis liceret augeſcere. Nã ipſorũ ab Ilio reditu tã ſero & multẹ res nouẹ, & in plẹriſq́ꝫ ciuitatibus ſeditiones extiterũt.

Cadmeia nũc Bœotia.

Vnde qui exciderãt vrbes cõdiderũt. Siquidẽ Bœotii qui nũc ſunt ſexageſimo ab euerſione Ilii anno ex Arma eiecti a Theſſalis incoluerũt terrã q̃ nũc Bœotia prius Cadmeia vocabat: in qua pars eorũ quõdã fuerat: vñ profecti ſunt in Iliũ cũ exercitu.

Dores, Iones.

Dores quoq́ꝫ ſeptuageſimo & ipſi anno Peloponneſum tenuere. Aegre autẽ longo tẽpore plane pacata græcia nec vltra ſedibus ſuis eiecta coloniam emiſit. Et Iones quidẽ ac plẹroſq́ꝫ ex ĩſulis Athenienſes collocarũt. Italiã vero Siciliamq́ꝫ maxima ex parte Pelopõnenſes & quædã reliquæ græciæ oppida. Omnia hẹc poſt bellũ Troianũ ſunt cõdita: robuſtiore autem Græcia effecta & vi pecuniarũ indies maiore paſſim tyrãnides in ciuitatibus ſunt cõſtitutẹ auctis iã prouentibus. Regna eñ prius hẹreditaria erãt certis: cũ viribus & nauticæ rei incũbebat ac tãtum mari græcia operã dabat.

Corinthii primi nauiũ ẹdificatores.

Triremes

Corinthii primi ferũtur excogitaſſe naues: q̃ ad eã q̃ nunc in vſu eſt formã proxime accederẽt. Et Corinthi primũ ex omni Græcia Triremes ædificatæ ſunt. Conſtat autẽ Aminoclem Corinthiũ naupegum Samiis etiã quattuor naues compegiſſe. Suntq́ꝫ ex quo hic eo ſe contulit anni ad perfectũ hoc bellũ ferme trecẽti: vetuſtiſſimũq́ꝫ omniũ quẹ nouimus nauale præliũ extitit Corinthiorũ cũ Corcyrẽſibus: & ipſum ducẽtos ad ſummũ ac ſexaginta ad hoc tẽpus annos. Etenim cũ vrbẽ incolant Corinthii ad Iſthmum ſitam emporiũ fere ſemper habuerũt Græcis quondã terra magis q̃ mari negociantibus & qui intra quiq́ꝫ extra Pelopõneſum incolunt per illorũ terrã inter ſe cõmercium habẽtibus pecunia quoq́ꝫ prẹpotẽtes erãt: vt etiam ab antiquis poetis demonſtrat̃ locuples oppidum cognominantibus.

Corĩthus locuples oppidum.

Poſtea vero q̃ a Græcis ſtudioſius nauigari cœptum: comparatiſq́ꝫ nauibus Latrocinium ſummotum eſt: vtrobiq́ꝫ emporium præbentes validam pecuniarũ prouentu vrbem habuerunt.

Cyrus Perſarum rex.

Ac multo poſt penes Iones res naualis fuit: ẹtate Cyri primi Perſarum regis eiuſq́ꝫ filii Cambyſis: qui aliquandiu cũ Cyro pugnantes ſuo mari potiti ſunt. Polycrates quoq́ꝫ qui Sami tyrannidẽ tenuit ſub Cambyſe claſſe præpotẽs cũ alias inſulas in ſuam poteſtatem redegit: tum Rheniam quã ſubactã Apollini Delio cõſecrauit.

Maſſilia.

Iam vero Phocẽſes hi qui Maſſiliam incolunt Carthaginẽſes pugna nauali vicerũt. Nam validiſſimẹ omniũ hẹ res fuerũt. Quas cõſtat multis poſt Troica tẽpora ẹtatibus extitiſſe: exiguo triremiũ vſu: ſed adhuc illo vetuſto more quinquagenũ remigũ nauiũq́ꝫ longarũ. Pauloq́ꝫ ante medicum bellum & Darii mortẽ: qui ſecundum Cambyſem regnauit in Perſis: triremium copia fuit tum penes tyrannos circa Siciliam: tum penes Corcyrenſes. Hæ nãq́ꝫ poſtremæ ante Xerxis regis exercitũ dignæ memoratu res nauticæ in græcia extiterũt. Aeginetæ enim Athenienſeſq́ꝫ & ſi qui alii paruam vim nauiũ habuerunt: & harum ex magna parte quinquagenum remigum ac ſero vtiq́ꝫ. Ex quo Themiſtocles Athenienſes cũ Aeginetis bellum gerentes, ſimulq́ꝫ aduentum Barbari expectantes perſuaſit: vt facerẽt naues quibꝰ & pugnauerũt: quæ nec ipſæ cataſtromata totæ habuerunt. Et tales quidẽ Grẹcorũ res nauales fuerũt: tum vetuſtæ: tum ſequẽtium tẽporũ. Non minimã tamen qui illis ſtu-

duerũt: ſibi vim cõparauerũt vel pecũiarũ reditu vel aliorũ dñatiõe. Quippe nauigãdo i-
ſulas ſubegerũt & ii pręcipue q regionẽ nõ oĩa ſuppeditantẽ habebãt. Nã in terra bellũ vñ
potentia aliqua ꝓcederet: nullum excitatum eſt: ſed quæcunqꝫ fuerunt ea contra ſuos qui
buſqꝫ finitimos geſta ſunt: Gręcis in peregrinas expeditiões longe à domo ad alios ſubigẽ
dos non exeuntibꝰ. Neqꝫ eñ aduerſus ciuitates maximas ſubditi conſurgebant: neqꝫ ipſi
ex quo cõmuniter exercitum cõparabant inter ſe potius finitimi (vt ſemper fit) belligera-
bãt: pręcipue vſqꝫ ad vetus illud qđ inter Chalcidenſes & Eretricos geſtum eſt bellum: re
liqua Græcia alterutris adiuuandis diuiſa. Mox aliis aliunde ne augeſcerent impedimen-
ta contigerunt. Nã Ionibus in magnitudinẽ rerũ ꝓficientibꝰ: Cyrus & Perſicum regnũ
Crœſo profligato omnia fluuio Haly Halytenus ad mare vſqꝫ circumferens arma cepit:
et vrbes quæ in continente ſunt in ſeruitutem redegit. Darius dehinc Phœnicum claſſe i
ſulã ſubegit. Tyranni antem qcunqꝫ in Græcis vrbibus erant ſuis tantũ rebus proſpicien
tes & corpori ipſorumqꝫ domui amplificandę tutelę gratia, quod poterant in ipſis vrbibꝰ
plurimum ſe tenebant. A quibus nullum opus memoria dignum actum eſt: niſi aliquod
aduerſus ſuos quibuſqꝫ vicinos. Nam qui apud Siciliam erant in multum potentię euaſe
runt. Ita vndiqꝫ Græcia longo ſane tempore prohibita eſt: tum communiter quippiam a-
gere illuſtre: tum per ſingulas ciuitates audacia vti. Poſtea vero tyranni & Athenienſi-
um & cæterę fere Græciæ & ante hanc tyrannis ſubditam, plærīqꝫ ac poſtremi pręterq̃ ſi-
culorum deiecti ſunt a Lacedæmoniis. Nam Lacedæmon poſt acceſſionem Doricorum
qui nunc eam incolunt perdiu quantum accepimus ſeditionibus agitata, tamen iam in
de ex vltima vetuſtate, & bonis legibꝰ prædita, & libera tyrannis fuit. Sunt enim anni cir-
citer trecentos & paulo plures ad finitum hoc bellum ex quo Lacedæmonii eadẽ reipubli-
cę adminiſtratione vtuntur. Eaqꝫ re poſſunt illam in aliis quoqꝫ conſtituere ciuitatibꝰ. Ab
exactis autẽ e Gręcia tyrannis non ita poſt multos annos in Marathone Medi cum Athe
nienſibus pugnauerunt. Decimoqꝫ poſt hanc pugnam anno rurſus ad ſubigendam Græ-
ciam cum immenſa claſſe Barbarus venit: & rebus in ſummum diſcrimen adductis Lace
dæmonii Græcię cõmuniter bellum gerentis duces extiterunt: vt qui eſſent præcipui in
viribꝰ. Et Athenieñſes aduẽtantibꝰ Medis cũ decreuiſſẽt deſerere vrbẽ: cõſcẽſis quas inſtru
xerant nauibꝰ effecti ſunt nautici. Neqꝫ multo poſtq̃ pariter barbarum repulerunt: diuiſi
ſunt ad Athenienſes ac Lacedæmonios: tam illi qui ab rege deſciuerant Græci: q̃ qui con-
tra illũ cũ cæteris pugnauerant. Enimuero conſtabat maximas illis duobus adeſſe vires al
teris terra alteris claſſe præualentibus: & exiguo quidem tempore concordia bellandi mã
ſit. Poſtea vero diſſociati Lacedæmonii Athenienſeſqꝫ bellum cœperunt cum ſuis vtrinqꝫ
ſociis. Cæteriqꝫ Græci ſi quiſpiam diſſidebat ad alterutros ꝓfecti ſunt. Itaqꝫ a medico ad
hoc bellum aſſidue nunc pactionibus pacificati nunc bellum gerentes: aut inter ſe aut ad
uerſus ſocios ab eis deficientes, probe quę ad bellum opus ſunt inſtruxerunt: & expertio-
res euaſerunt: vſu in periculis facto. Et Lacedæmonii quidem non habebant imperii ſui ſo
cios tributarios: atqꝫ hoc ſolũ ſtudebant vt illi pariter ſub paucorum principatu quæ Ho  Holigar-
ligarchia dicitur res publicas adminiſtrarent. Athenienſes autem quas ipſo tempore ex  chia.
hoſtibus ceperant nauibus pręerant præter Chiorum Leſbiorumqꝫ iuſſis ſociis certas pe-
cunias pendere: extititqꝫ eor ſeparatim ab bellum apparatus maior q̃ quãtus vnq̃ maxi
mus viguit: dum ſincera ſocietas fuit. Equidem vetera talia eſſe comperi vt difficilia ſint
ad credẽdũ ꝑ oĩa gradatim indicia. Homĩes enim famam rerum ante ipſos geſtarum, & ſi
domeſticę ſint: nulla prorſus examinatione mutuo admittũt. Siquidem Athenięſes vul-
go opinantur Hipparchum ab Harmodio & Ariſtogitõe qꝫ tyrãnus eſſet iterfectũ: neſciẽ

tes Hippiam Piſiſtrati filiorũ natu maximũ tunc impaſſe: cuius fratres erant Hipparchus & Theſſalus: atq; eo die Harmodiũ & Ariſtogitonẽ aliquid ſuſpicantes a ſuis cõſciis eſſe patefactum Hippię: ab hoc quidem tanq̃ pſciente abſtinuiſſe. Verum priuſq̃ comprehẽderentur volentes quippiã agẽdo periculum facere: nactos Hipparchum ad fanum quod Leocorium vocatur in Panathenaica pompa ornanda occupatum obtruncaſſe. Alia quoq; multa quæ adhuc extant: necdum propter tempus memoria exciderunt: cæteri Græci non recte opinantur: veluti Lacedæmoniorum reges non ſingulos quenq; calculos immittere ſed binos. Et Pitanatem cohortem eſſe apud eos: quod reor nunq̃ fuit. Ita ſegnis apud multos eſt veritatis veſtigatio: ad ea ſe potiꝰ quę imprõptu ſunt conuertentes. Verũ ex his quæ dixi neceſſariis ſignis talia quis exiſtimans, & potiſſimum quæ narraui nõ errauerit: neq; credet magis aut poetis quid de his prędicãt in maius extollentes: aut logographis qui conſueuerunt quod ſuauius auditu eſt q̃ verius dicere: & multa eorũ cum nullis nitãtur argumẽtis ſpacio tẽporis ſine fide fabuloſitatem profeciſſe: ſẽtietq; compertũ eſſe maniſeſtiſſimis ſignis ita ſe vetera habuiſſe. Et licet homines pręſens bellum in quo verſant̃ ſemper maximum iudicent: eoq; finito vetera ex ipſis operibus vehementius admirentur tamen hoc bellum oſtendet̃ animaduertentibꝰ extitiſſe maius illis. Atqui omnia quæ dixere ſinguli vel poſt geſtũ bellũ vel iam gerentes difficile fuerit exacte referre: ſiue a me ipſo audita: ſiue aliunde ab aliis mihi enarrata. Verum vt quiſq; ſemper de rebus pręſentibꝰ maxime conſentanea dicere mihi videbatur: & communi opinione pxime ad veritatẽ accedere: ſic a me cõmemorata ſunt. At vero res in bello geſtas non quas a quocunq; audiui dignas duxi quas ſcriberẽ: neq; vt mihi videbant̃: ſed eas quibꝰ ipſe interfui quaſq; ſigillatim ab aliis q̃ potui diligentiſſime inueſtigaui. Quod tñ difficillime eruere potui. Quoniã qui ſingulis gerendis rebus affuerant: non eandem de ipſis dicebant: ſed put quis aut in alterutros amore propenſior erat: aut reminiſcebatur. Verum qa non fabuloſę ſunt: minus erunt fortaſſis auditu ſuaues: tñ quicunq; volent rerum geſtarum ſinceritatem intueri: & cum aliquãdo talia iterum ſimiliaq; vt ſunt res humanę vẽtura ſint: diſcernere vtilia abunde poterit. Nam emolumentum potius imperpetuum q̃ ludicrũ ad tempus audiendi componitur. Et ſuperiorum quidem operum maximum geſtum eſt cum Medis & id tamen duobus naualibus pręliis: & totidem pedeſtribꝰ celeriter finitum eſt. At vero huiꝰ belli tum longitudo in immenſum proceſſit: tum detrimẽta cũctę Gręcię contigerũt: qualia duntaxat intra tantundẽ temporis alias nulla. Nam neq; tot vrbes vacuę factę ſunt: alię a Barbaris: alię ab ipſis Gręcis mutuo expugnatę: aliæ fugatis oppidanis nouis incolis ceſſere: neq; tot fugę hominum ac mortes: hę ex ipſo bello, illę ex ſeditionibus. Atq; ſuperiora illa quæ fama memorat re ipſa minus ſolida fidem acceperunt: vel terręmotuum, qui hoc bello in plęriſq; orbis terrarum partibus & iidem vehementiſſimi pręſtiterunt: vel ſolis defectionum: quæ crebriores q̃ vnq̃ fando cognitæ ſunt contigerunt: vel æſtus immẽſi ex quibꝰ fames ingens: & qui non minime graſſatus partem quandã abſumpſit peſtilẽs morbus. Omnia enim iſta vna cum bello hoc acciderunt. Cuius auctores fuerunt *Athenienſes* Peloponnenſeſq;: ruptis q̃ poſt Eubœam captã inierant fœderibus tricennalibus. Cur autẽ ruperint cauſas primum ac diſſenſiones ſcribendas ſtatui. Ne qui requirant aliquando vnde conflatum eſt tantum inter Græcos bellum. Nam veriſſimam quidem ſed minime ſermone celebratam arbitror extitiſſe cauſam Athenieſes magnos effectos & Lacedæmoniis formidoloſos neceſſitatẽ impoſuiſſe bellandi. Quæ autẽ ppalã ferebant̃ vtriq; cauſę ppter quas ruptis fœderibꝰ itum eſt in bellum iſtę fuerunt.

Fames ingens.

Athenieñ. & Pelopõnenſes cauſę bellorum.

Narratio

## NARRATIO.

EPIDAMnus ē vrbs ad dextrā ſita nauigātibꝰ Ioniū ſinū verſꝰ Epidāmnus.
cui finitimi ſūt Tablantii Barbari gēs Illyrica. Hāc hītatū ve-
nerūt Corcyrēſes colōi a Phalio Corīthio deducti: q̄ erat ab Her
cleoriūdꝰ Eratoclidꝰ filiꝰ ex metropoli ſcd̄m veterē legē accerſi
to. Nōnulli etiā Corīthii & alii p̄terea Doricę gētꝭ ex colōis fue
rūt. Progreſſu ꝯpis res Epidānēſis maiorē ī modū ꝓfecit & for
tūis & ppl'o. Sed cū m'ltos iā ānos ſeditiōibꝰ laborarēt (vt fert)
ex bello quodā cū finitimis Barbaris & ſe & vires ex magna pte
attriuerūt. Nouiſſima vero an̄ hoc bellū ſeditiōe plebs eoꝝ pri
cipes eiecit. At illi cū Barbaris ad quos cōfugerāt eos q̄ ī vrbe e
rant terra mariq; p̄dabanť. Hi autē q̄ intꝰ erāt cū ſic vexarēť Legatos Corcyrā (vt ad metro
poli) mittūt: orātes ne ſe ꝑditū iri ſinerēt: ſed recōciliarēt ꝓfugos ſecū: & bellū Barbaroꝝ
cōponerēt. Hęc ſupplices ī Iunōis tēplo ſedētes p̄cabāť. Corcyrēſes nō admiſſis p̄cibꝰ illos
īfecto negotio remiſerūt. Epidānēſes nullā ſibi vidētes a Corcyrēſibꝰ iniurię ꝓpulſationē
ambigebāt: q̄d re p̄ſenti agerēt. Mittētes itaq; Delphos deū cōſuluerūt: nūq̄d Corinthiis
dederēt ciuitatē: vt colōię deductoribꝰ: & nū aliquod conarēť ab iis exigere p̄ſidiū. Ille re-
ſpōdit vt dederēt duceſq; facerēt. Profecti Corinthum ex oraculo Epidānēſes dedūt colo
niā: demonſtrātes tū deductorē colonię fuiſſe Corīthiū: tū dei oraculū: p̄canťq; ne ſe ꝑditū
iri ſinerēt: ſed tutarenť. Corīthii tū quia iuſtū eſſet vltionē ꝓmiſerūt: exiſtimātes nō minꝰ
eſſe ſuā coloniā q̄ Corcyrenſiū: tū odio in ipſos Corcyrenſes a quibus cōtemnerenť. Nam
cū ſit Corinthiorum colonia tn̄ neq; in publicis ſolēnitatibꝰ legitimos honores reddebāt,
neq; in ſuis ſacris virū Corinthiū p̄ficiebāt: vt cæterę colonię. Cōtēnebant autē illos & vi
pecuniarū quā tūc habebāt quantā ditiſſimi q̄q; Gręcoꝝ: & validiore belli apparatu fręti
Etem̄ elati erāt & ꝓpter rę naualē qua aliq̄n multo p̄ſtantiores fuerāt: & ꝓpter Pheacū q̄
priꝰ Corcyram incoluerant nauticā gloriā. Quo magis parādę claſſi incūbebāt nec erant
parū validi. Quippe cētū eis ac viginti naues fuerūt cū bellū īcœpere. Ob hæc omnia Co-
rinthii Corcyrēſibꝰ ſuccenſentes Epidānū p̄ſidia miſerūt p̄ter ſua Ambraciotarū Leuca-
diorumq;: facta qui vellent illuc habitatum eundi poteſtate. Profectū eſt autem præſidiū
Apoloniā quę erat Corinthiorum colonia pedeſtri itinere Corcyrenſium metu ne ab illis Apolōia
mare tranſeuntes inhiberenť. Corcyrēſes vbi colonos ac p̄ſidia Epidamnum ꝑueniſſe no- Corinthi
uerunt: coloniamq; Corinthiis deditam: ægre acceperunt. Statimq; illuc quinq; & vi- colōia.
ginti cum nauibus profecti: deinde reliqua cum claſſe: iubent pro ſua auctoritate ſimul re Corcyrē
cipere exules: venerunt enim exules Epidamnenſes Corcyram: ac ſepulcra cognationem & Corin.
q; demōſtrantes atq; allegantes, obſecrauerunt vt & ipſi reſtituerentur: & præſidia colo cōflictus
niq; a Corinthiis miſſi expellerentur. Illos haudquaq̄ imperata facientes infeſto exerci- initium.
tu aggrediuntur quadraginta nauium cum exulibus tanq̄ eos reſtituturi: Illyriis in ſocie
tatem acceptis, obſidentes vrbem denuntiant licere cuilibet Epidamnenſium hoſpitum
ve impune abire: alioqui illum pro hoſte ſe habituros. Vbi non paretur: vrbem Corcyren Epidānꝰ
ſes (Eſt autem locus ille iſthmos) oppugnant. Corinthii poſtq̄ eis allatum eſt ex iis qui in oppugna
tus erant Epidamnum oppugnari: exercitum comparant: ſimulq; deducendam Epidam tur.
num coloniā edicunt: æquas, ſimileſq; partes fore ire volentibus: ſi quis protinus cum cæ-
teris nauigare velit: & tamen particeps fieri coloniæ numeratis quinquagenis dragmis
Corinthio populo licere manere. Fuerūt autem ꝑmulti & q̄ nauigarunt & qui pecuniam
numerauerunt. Ad hæc rogarunt Megarenſes vt ſuis nauibus comitatum præſtarent:

ſi forte a Corcyrēſibꝰ interpellarēt. Illi inſtructas eis cōmodarūt octo: & Pales vrbs Cepha
leniorum quattuor. Rogati quoqꝫ Epidaurii prębuerunt quinqꝫ: Hermiones vnam: Troe
Phliaſii. zenii duas: Leucadii decē. Ambraciotę octo. A thebāis pecunias petierūt, & a Phliaſiis: ab
Elæis naues vacuas pecuniaſqꝫ. Ipſoꝝ vero Corinthioꝝ fuerūt inſtructę naues triginta: &
tria milia peditum. Hunc apparatum Corcyrenſes vbi acceperunt Corinthum profe-
cti cum Lacedæmoniis Sicyoniiſqꝫ legatis, quos adhibitos volebant; iuſſerunt Corin-
thios deducere præſidia colonoſqꝫ Epidamno tanq̄ ad eos nihil pertinente. Qꝫ ſi qd ad
uerſꝰ eos facerēt: velle ſe ſubire iudiciū ī Pelopōneſo apd illas ciuitates: de qbꝰ īter vtroſqꝫ
cōueīret: & vtris adiudicata colōia foret eos obtīere: qnetiā rē ad Delphicū relegare oracu
lū: nec bellū fieri pmittere: alioq neceſſariū fore aiebāt: ſi ſibi ius fieret amicos facere quos
nollēt ex alterutris eorū q nūc prępotētes eēnt tutelę gratia. Corīthii rñdēt ſi naues & Bar
baros Epidāno abducāt ſe cōſultaturos. Nā prius nō bñ habere cū illi oppugnētur ipſos
iudicio cōtēdere. E cōtrario Corcyrenſes dicere ſi & illi eos q intra Epidamnū eſſent abdu
cerēt ſe iſta facturos; paratoſqꝫ eē & ſancte pmittere: dum id p vtroſqꝫ fiat ſecedere: donec
de cauſa foret pronuntiatū. Corinthii nihil horum audientes, quando iā & naues eis ple-
nę, & ſocii preſto erant: caduceatore pręmiſſo, qui Corcyrenſibus bellum indiceret: ſoluē-
tes e portu cū quinqꝫ & ſeptuaginta nauibus duobuſqꝫ milibus militum Epidamnū ver-
ſus nauigauerunt cum Corcyrenſibꝰ pugnaturi. Pręerat nauibꝰ Ariſteus Pellichæ: Calli-
crates Callię: Timanor Timāthis filiꝰ: peditibus autē Archetimus Eurytimi & Iſarchidas
Iſarchi filius. Vt vētum in Actium terræ Anactorię: vbi templum Apollinis eſt: in fauci-
bus ſinus Ambracii: Corcyrenſes caduceatorem eis præmittunt nauigio actuario: qui
aduerſus ſe vetaret illos nauigare: ſimulqꝫ naues cōplēt: vetuſtas, vt nauigationi ſint vti
les innectunt: alias expediūt. Poſtq̄ caduceator nihil a Corinthiis pacatum renuntiat: &
naues ipſorum expletæ ſunt numero Octoginta: nā Epidamnū quadragīta oppugnabāt
Corcyrē-ſiū victo-ria. obuiam itur: pugnaqꝫ nauali cōmiſſa Corcyrenſes egregie vincūt: ac quindecim Corīthi
orū naues corrumpūt. Eodē die contigit: vt ii qui intra Epidamnū oppugnabant deditio
nē facerent hac lege: vt externi quidem venderent: Corinthii autē in vinculis haberentur
dum aliud quippiam victoribꝰ videretur. Secundum pugnā, Cocyrenſes trophęū in Leu
cimna Corcyræ pmontorio ſtatuerūt. Cęteriſqꝫ captiuis necatis, Corinthios vinctos aſſer
uarunt. Poſt hæc cum Corinthii ſociiqꝫ nauali prælio victi domū rediſſent: Corcyrēſes oī
circa mari potiti ſūt. Nauigāteſqꝫ in Leucada Corīthiorū coloniā agrū eiꝰ populati ſunt
& Cyllenem: vbi erāt naualia Elienſiū īcēderūt: qꝫ naues pecūiaſqꝫ Corinthiis ꝓbuiſſent.
Ac plurio a pugna nauali tpe mare tenuerūt: Corinthiorūqꝫ ſociis adnauigando calami-
tates īferebāt. Donec circūacta iā æſtate Corīthii cū ſocii ipſoꝝ laborarēt nauibꝰ atqꝫ exer
Theſpro-tis. citu miſſo, caſtra in Actio poſuerūt: & circa Chimeriū Theſprotidos Leucadis tutādę cau
ſa aliarūqꝫ ciuitatum quęcunqꝫ ſuarū partiū erāt. Caſtra metati ſunt autem e regiōe Cor
cyrenſes in Leucimna nauibus, peditatuqꝫ: ac neutris in alteros nauigātibꝰ: ſed altrinſe-
cus ſedentibus hæc æſtas extracta eſt: appetenteqꝫ iam hyeme domū vtriqꝫ reuerterunt.
Corīthii bellū in-ſtaurāt. Toto eo poſt pugnā & inſequenti anno Corinthii indigne ferentes id bellum cum Cor
cyrenſibus naues compegerunt: & robuſtiſſimas quaſqꝫ ad claſſem inſtruxerunt: cogen-
tes ex Peloponneſo remiges: & ex reliqua Græcia ſollicitantes mercede. Quem appara-
tum audientes Corcyrenſes extimeſcebant: quippe qui non eſſent cum aliquo Gręcorū
confœderati: qꝫ ſe non aſcripſiſſent neqꝫ Athenienſium neqꝫ Lacedæmoniorum fœderi-
bus. Viſum itaqꝫ eis eſt vt Athenas irent ad cōtrahēdam ſocietatem: tentandūqꝫ aliquid
ab illis impetrare ſubſidii. His cōpertis Corinthii mittunt & ipſi Athenas legationē q di

ceret ne ſibi claſſis Attica ad Corcyrẽſẽ adiecta ĩpedimẽto eẽt quomin⁹ bellũ gererẽt arbi⸗
trio ſuo. Itaq; coacta cõciõe ĩ diſceptationẽ venerũt: & Corcyrẽſes qdẽ ĩ hũc modũ dixere

Oratio Corcyrenſium.

Corcyrẽſiũ Oratõ

ÆQuũ eſt viri Atheniẽſes vt q externos adeũt: vt queẽadmodũ nũc nos ĩploratũ auxi⸗
lia: ſi neq; magna ipſorũ bñficẽtia: neq; ſocietas ĩtercedat: demõſtrẽt primũ quod
maximũ eſt ea q̃ poſcũt fore illis vtilia a quib⁹ poſcũt. Sin minus certe non dãno
ſa. Deinde firmam ſe eis gratiã habituros. Horum ſi nihil demonſtrauerint: ne iraſcantur
ſi non impetrauerint. Iſta ꝓbaturos ſe ſperantes vobis Corcyrenſes ad poſcendã nos ſocie⸗
tatẽ miſerũt. Conſiliũ noſtrũ viri Atheniẽſes antehac incõſultũ, impſentiarũ ẽ vobis fru
ctuoſũ: nobis ipſis dãnoſum. Quippe nunq̃ hactenus cuiuſpiã ſocii voluntarii cum fueri
mus: nunc ea de cauſa deſolati in bello qd̃ cũ Corinthiis gerimus ad orandam aliorũ ſocie
tatem venimus. Ex quo accidit vt quod videbatur prius eſſe prudentię: nolle cum exteris
ſocietate inita periclitari: id nũc imprudentię & infirmitati detur. Itaq; Corinthiorũ claſ
ſem nobis bellũ inferentẽ ipſi per noſmet compeſcuimus. At vbi maiori apparatu & a Pe⸗
loponneſo & a reliqua Græcia ſtatuit hoſtis in nos venire: cernentes eſſe noſtras tñ vires
illi impares: & ſimul magnum periculũ fore, ſi ei ſubiiciamur: neceſſe habemus nos quoq;
aliunde auxilia vndecunq; implorare: vtiq; venia digni ſi qd̃ antea nõ prauitate, ſed opi⸗
nionis errore potius inepte non fecimus: id nunc e contrario audeamus. Quod ſi audieri
tis honeſta & vobis bona exiſtet iſta ſocietas noſtrę neceſſitatis multis de cauſis. Primũ ꝗ
iniuriam accipientib⁹, non facientib⁹ opẽ feretis. Deinde ꝗ eos q in maximarũ rerũ diſcri⸗
men adducuntur: recipiendo optime beneficium collocatis, æterno apud nos teſtimonio
Et cum claſſem ſecundum veſtrã poſſideamus maximã: conſiderate quænam rarior oca⸗
ſio vrę ꝓſperitatis: q̃ ve hoſtib⁹ triſtior eẽ poſſit: q̃ hoc: quã potentiã vos magnę pecũiæ
ac gratię loco æſtimaretis: eã vltro vobis adeſſe atq; offerri citra ꝑicula citraq; ſumpt⁹: affe
rentẽ ꝑterea tũ apd̃ plæroſq; laudẽ: tum apud eos quos ꝓtexeritis gratiã: tũ ipſis vobis vi
res: q̃ cũcta ꝑpaucis ex oĩ memoria pariter cõtigerũt. Paucíq; extiterũt qui a qb⁹ ſocietatẽ
belli peterent eiſdẽ ipſi pręſtarent nõ minus præſidii & ornamenti q̃ acciperẽt. Q; ſi quis
bellũ (vobis ĩ hoc autẽ vtiles eſſe poſſumus) nõ imminere opinatur: is profecto fallit opi
niõe: nec ĩtelligit & Lacedæmõios metu veſtri ſpectare ad bellũ: & Corithios cũ per ſe va
lidos tum vobis inimicos, ꝑoccupando nos affectare viã ad vos inuadendos: ne nos cõmu
ni in ipſos odio mutuo ꝓſidio ſimus: ne ve eos alterutra ſpe fruſtemur aut nocendi nobis
aut ſeipſos corroborandi. Quos ꝓuenire, & nos in ſocietatẽ recipe: hoc poſcentes, & inſidi
as anticipare potius q̃ inſidiãtibus contra inſidiari veſtræ ſunt partes. Q; ſi negent æ⸗
quum eſſe ſuos colonos recipi a vobis: diſcant coloniam omnem ita honore proſequi me⸗
tropolim ſuam ſi ſibi ab ea benefiat. Sin vero male ab illa ſecedere. Neq; eñ ea re coloniæ e
mittũtur: vt ſeruiãt iis q relinquũtur: ſed vt ſint pares. Nã iſtos iniurios eſſe in nos hoc ve
ro palã eſt. Quippe citati iudiciũ de Epidãno tñ bello maluerunt obiecta refellere q̃ iure.
Atq; hęc q̃ in nos agũt cognatos ſuos indicio vobis quodãmõ ſint ad nõ errandũ quo mi⸗
nus ab ipſis ſecedatis: & nobis ſupplicib⁹ ꝓtinus ſubueniatis. Quiſquis eñ gratificãdo
hoſtibus minime ſibi pœnitenda cõmittit: is ſane tutiſſime degit. Neq; vero fœdera q̃ vo
bis cum Lacedæmoniis ſunt frangetis recipiendis nobis: qui neutrorum ſocii ſumus: cũ ĩ
illis dicatur: ſi qua Græcarum ciuitatum ex ſocialibus non ſit: licere oĩs ad vtros libuerit
accedere. Et certe indignum prorſus eſt: ſi iſtis fas eſt ex ſocialibus hominibus cum reli⸗
quæ Græcię: tũ vero veſtrorum ſubditorum: ſuas naues armare: vobis ĩterdici ſocietate q̃
offertur & alia vndiq; vtilitate: & poſtea criminis loco poni: ſi ea nobis quæ oramus incul

ſeritis:multo maiorē cauſam vos inſimulandi ſimus habituri. Nā ſi nos repelletis homīes
& periclitantes nec vobis inimicos repelletis: & iſtos q̄ veſtri ſunt inimici atq; hoſtes non
ſolū nō arcebitis: ſed etiā pręceptores vr̄arum viriū eſſe negligetis: quas nequaq̄ debetis p̄
ripi ſinere: verū ꝓhibere vllos e veſtra ditione tributarios illorū fieri debetis: quinimo q̄tū
cordi fuerit vobis auxiliorū tranſmittere ad nos aperte tranſmittere: ꝓpalam nobis in ſo-
cietatem receptis. Ex qua re multę (quēadmodū initio attigimus) cōmoditates oſtendū-
tur: & ante omnia: ꝙ vt manifeſtiſſima fides eſt: iſti & hoſtes nobis fuerunt: & nūc validi
ſūt ad rebelles ſuos coercēdos. Et cū vobis offerat̄ claſſis nō mediterrāeis ſociis armata: ſed
talis vt nihil vobis damnoſius ſit q̄ eam amittere: decet vos ſi poteſtis quod p̄cipuum eſt
neminem pati alium claſſe pollere: ſi minus tutiſſimū quēq; vobis pro ſocio habere. Verū
enimuero cui iſta quæ dicimus videntur vtilia quidem eſſe: ſed timendū ne ea ſectātes rū
patis fœdera: hic intelligat diffidere fœderibꝰ validiorem eſſe rem ad hoſtes deterrēdos: &
contra illis confidere: & ob id nos in ſocietatem non recipere: rem infirmā fore & minus tu
tam: ꝙ hoſtes ob id reddit robuſtiores. Præterea cum nō magis de Corcyra q̄ de Athenis
conſultet̄: nō proſpicit hic quæ pręcipue ſunt e dignitate atq; ex vtilitate Athenarum: &
cum cernat bellum non futurum: ſed tm̄ non iam p̄ſens eſſe de recipienda in ſocietatē no
ſtra ciuitate hęſitat quæ ad maxima temporum momenta vel ſocia vel hoſtis eſt. Sita eſt
enim opportune ſane ad traiectum in Italiā atq; in Siciliā: vel ad prohibēdā illinc ire claſ-
ſem in Peloponneſum: vel ad eandem illuc aliave in loca tranſmittendam: atq; vt vniuer
Peroratio ſa & ſingula breuiſſime in ſummā contraham: ſic habere: vt ſciatis non debere nos deſeri:
tres apud Græcos claſſes eſſe, magnifaciendas: veſtram, noſtram, Corinthiorū. Harum
duas ſi in vnum coire contempſeritis: & Corinthii nos occuparint: bellum nauale cū Cor
cyrenſibꝰ pariter ac Peloponnenſibꝰ geretis. At nobis receptis plus nauiū habebitis: qui-
bꝰ cū hoſte dimicetis. Hęc quidē Corcyrenſes poſt eos autem Corinthii hæc.

Oratio Corinthiorum.

Orō Cori thiorum. QVoniam Corcyrenſes iſti non ſolum de ſe recipiēdis verba fecerūt: ſed etiam de
nobis tāq̄ iniuſte bellum ſibi intulerimus: neceſſarium nobis eſt vt nos quoq;
de vtriſq; mentionem faciamus: ſic ad reliquam orationem deuenturi: vt & no-
ſtram poſtulationem ſincerius proſpiciatis: & iſtorum vtilitatem non ſine ratione repu-
dietis. Aiunt modeſtię ſtudio nullius vnq̄ ſocietatem ſe recepiſſe: id non virtutis, ſed ma-
leficii ſtudio fecerunt: ꝙ videlicet nollent vllum malefactorū ſuorū aut ſociū habere: aut
teſtem: a quo verecundię admonerentur. Et ſane vrbs ſua ipſo ſitu appoſita ad iſtorum cō
ſilium reddit eos magis iniuriarum quas faciunt arbitros: q̄ ſubiicit ęquo iudicio propter
infrequentem ipſorum ad exteros cōmeationem: & frequentem aliorum illuc vi appulſo
rum receptionem. Atq; decorum quod prętendūt noluiſſe ſe eſſe cuiuſpiam confœde-
ratos: non eo ſpectabat ne alienę iniuſtitię ſocii forent: ſed ſine arbitris iniuriam facerent:
vtq; vbiq; pręualerent, aliis vim afferrent: & cū latuiſſent plus emolumēti adipiſcerētur:
& quod adepti eſſent eius erepti pudere nō poſſet. Q; ſi (quemadmodū p̄dicant) forent
viri boni quo minus culpabiles fuerūt exteris: eo magis virtutē ſuā licebat oſtendere iuſta
dādo & accipiēdo. Verum neq; erga nos, tales exiſtunt: qui cum ſint colōi noſtri tamē cū
ſemper antea ſeceſſerunt a nobis: tum vero nunc bellum nociſcum gerunt: allegantes nō
ideo ſe a nobis miſſos colonos: vt acciperent iniuriā: quibꝰ inuicem reſpondemus: ne nos
quidem idcirco collocaſſe eos vt ab ipſis iniuriam acciperemus & contumeliam: ſed vt
pręſides eorum eſſemus: & quibus in rebus conuenit honore afficeremur. Quem nobis a
liæ coloniæ præſtāt præcipua nos charitate complectentes. Ex quo palam eſt: ſi cæterorū

qui plures ſunt gratia ſumus:iniuria iſtis ſolis eſſe inuiſos. Neq; ab re neq; qualicunq; de re
læſi bellũ eis intulimꝰ;qđ etiã ſi ab re intuliſſemus:decuerat eos noſtræ iracũdiæ credere:ſi
cut nos viciſſim decuiſſet modeſtiæ ipſorum vim afferre. Sed freti diuitiis cum alia multa
indigne peccauerũt in nos:tum vero hoc ꝙ Epidamnum quæ noſtræ ditionis eſt:cũ vexa-
retur bello non vindicauerunt:ſed cum vindicatum nos veniſſemus tunc eam occuparũt
viq; tenent. Et aiunt ſe priuſq̃ id facerent voluiſſe diſceptare iudicio. Cum perinde ſit ac ni
hil dicere:ſiquis re occupata alterum e tuto in iudicium vocet:ſed ſiquis ex æquo & anteq̃
dimicetur:res & verba in mediũ afferat. At iſti nõ priuſq̃ oppidũ obſiderẽt:ſed poſteaq̃ re-
banť nos illud non neglecturos:tũc vero ęquitatem iuris allegauerũt:atq; huc venerũt:nõ
contenti peccaſſe illic:poſtulantes etiã a vobis nõ belli,ſed iuſtitię ſocietatẽ vt ſe recipiatis
hoſtes noſtros. Qui tũc potius adire debebãt vos cũ procul a periculo aberãt: non quando
& nobis iniuria illata eſt & ipſi periclitanť:nec quando vos qui nullius eorũ tunc potentiæ
participes fuiſtis:nunc ipſis veſtram vtilitatem impertiatis:& qui a peccatis eorũ abfuiſtis
tantũdem erga nos culpæ contrahatis. Nam qui olim cum aliis vires ſuas cõmunicaſſent:
ii debẽt q̃ illis contingunt habere cõmunia. Vos vero vt criminibus modo iſtorũ affines nõ
fuiſtis:ſic neq; poſt eorũdẽ actiones affines eſſe debetis. Et planum quidem fecimus eo quo
oportet ęqtatis ingreſſu nos veniſſe:& iſtos violẽte in nos auareq; feciſſe. Nunc autem vos
haud iuſte recepturos eſſe horũ ſocietatẽ planũ faciendũ eſt. Nam in fœderibꝰ cũ dicitur li
cere cuilibet non aſcriptarum ciuitatum ad vtros velit ſe cõferre:non ita diciť: vt id fiat
in perniciem partis alterius:nec de ea quæ tutelã imploret aduerſus eos a quibꝰ ſecedit:q̃
q; iis a quibꝰ recipiť (non recepturis ſi ſaperent) bellũ pro pace afferat:id quod vobis nunc
niſi nos audiatis eueniet. Nã non tam iſtis auxiliares,verum etiam pro fœderatis hoſtes
efficiemini. Neceſſe enim eſt ſi ab eis ſteteritis: vt dũ ipſos,tũc vos vna vlciſcamur. Qui
profecto iuſte feceritis pręcipue ſi non fueritis in partibus. Si minus econtrario atq; iſti pe
tunt:ſi nobiſcum ſteteritis:quibus cum fœderati eſtis: aduerſus hos:quibus cum ne indu
cię quidem vnq̃ vobis extiterunt:neq; legem ferre debetis:eos qui ab altera parte defece-
runt receptandi. Quoniam neq; nos cum a vobis Samii defeciſſent:& an illis ſuccurrere
oporteret in diuerſum traherent cæteri Peloponnenſes contra vos ſententiam diximus.
Itaq; aperte negamus aliquem a puniendis ſuis eſſe prohibendum. Nam ſi eos,qui aliquid
facinoris admiſerint receptãdo defenderitis:palam eſt veſtros qui non pauciores ſunt ad
nos eſſe venturos:legemq; condetis quæ in vos magis q̃ in nos recidat. Hactenus quæ di
cere habuimus apud vos de iure noſtro quod ſatis eſt ſecundũ Græciæ leges. Reliqua ex-
hortãdi & flagitãdi muneris gratia. Hoc qđ petimꝰ:nõ petimꝰ vt hoſtes:quo noceamus
neq; amici quo abutamur: ſed quo vtamur:quodq; vos reddere nobis debere affirmamꝰ.
Nã quum aduerſus Aeginetas Medico bello penuria liburnicarũ nauiũ laboraretis:vigin
ti naues cõmodato a Corĩthiis accepiſtis:qđ noſtrũ bñficiũ:& itẽ alterũ bello Samio,ꝙ ꝓ
pter nos nõ tulere Samiis auxilia Peloponẽſes: ꝓſtitit vobis de Aeginetis quidẽ victoriã:
de Samiis autẽ vltionẽ. Atq; iis tpibꝰ hoc factũ eſt:quibꝰ hoĩes ſtudio vĩcẽdi hoſtis in quẽ
eunt:cætera curare omittũt:habentes ꝑ amico quẽcũq; operã ſibi nauãtẽ:etiã ſi antea fu
iſſet inimicus:rurſus ꝑ hoſte quẽcũq; ex aduerſo ſtãtẽ:etiã ſi amicus ſit:q domeſticis quo
q; rebus male cõſulũt ꝓſentis cõtẽtiõis ꝑuicacia. Hæc vos beneficia memoria tenẽtes, &
q inter vos ſũt iuniores a ſeniorībꝰ edocti,ſentite ſimilibꝰ officiis eẽ remunerãda: neq; iſta
qdẽ q̃ dicunť a nobis eſſe iuſta:ſed ſi bellũ fiat alia fore vtilia. Vt quiſq;.n.aliqua in re mi-
nime peccat:ita maxima ex ea vtilitas ſequiť:& bellũ cuius metu vos terrentes ad iniuſte
agendum hortantur Corcyrenſes:adhuc non conſtat futurum ſit nec ne: nec dignum

vobis eſt:vt ꝓpter incerta belli,certa iam & præſentanea Corinthiorum ſuſcipiatis odia.
Nam quod ad ſuſpitionem pertinet:quæ prius propter Megarenſes ſupererat:prudentię
fuerit eam extenuare potius. Poſterius nanq; beneficium opportune collatum etiā ſi mi-
nus fuerit tamē maius crimen diluere poteſt. Neq; vero ꝙ magnā ad ſocietatem offerūt
claſſem:ob hoc polliceamini:quoniā non afficere iniuria pares firmior eſt potentia:q̄ pſē
ti rerū ſpecie elatos cū ꝑiculis plura acquirere. Itaq; nūc aduerſa nos vſi fortuna:tn̄ poſtu-
Corīthio-
rū porō.
lamus:id quod apud Lacedęmonē ipſi prędiximus:licere ſuos quęq; ſocios plectere:vt idē
nunc a vobis impetremus:ne ve ſubleuati vos noſtro decreto nos veſtro lædatis:ſed ęquā
vicē rependatis:memores hoc illud eſſe tempus quo maxime & qui inſeruit amicus eſt:&
qui aduerſatur inimicus. Et Corcyręſes hos neq; in ſocietatē recipiatis inuitis nobis:neq;
de nobis male meritos defendatis:qđ facientes tum ex officio veſtro egeritis:tn̄ vobis ip-
ſis optime cōſulueritis. Talia autem & Corinthii dixere. Athenienſes vtriſq; auditis:cum
bis concionem coegiſſent:in priori quidem non minus probauerunt rationes Corinthio-
rum:in poſteriori vero mutato conſilio decreuerunt ſe confœderationem cum Corcyren
ſib⁹ non ita facere vt eoſdem hoſtes ducerent eoſdem amicos. Si enim aduerſus Corinthi-
os iuberentur a Corcyrenſib⁹ ſimul nauigare ruptum iri fœdera:quę ſibi eſſent cum Pelo
pōnēſib⁹:ſubſidiariā tn̄ inire ſocietatē:vt vtriq; forēt alteris auxilio:ſiqs aduerſus Corcy
rā eat Athenas ve aut horū ſocios. Nā & citra hoc rebanť bellū ſibi cū Peloponnenſibus
fore:nec Corcyrā Corinthiis ꝑdi volebāt tantū nauiū habentē:ſed eos q̄ maxime collidi
inuicē:vt inualidiorib⁹ effectis,ſi quid opus eſſet,Corinthiis aliiſq; claſſem habentib⁹ bel
lū capeſſerent:ſimulq; quia Italiā verſus Siciliāq; nauigātib⁹ cōmode ſita īſula videbatur.
Athenīē.
& Corcy.
cōfœdera
tio.
Hoc Athenienſes cōſilio Corcyrenſes in ſocietatē acceperūt:nec multo poſt Corinthiorū
diſceſſum decē naues illis auxilio miſerūt:ducib⁹ Lacedęmōio Cimmōis Diotimo Strō-
bichi & Protea Epiclis filio. Quibus pręceperūt:ne cū Corinthiis pugnarēt:niſi aduerſus
Corcyrā nauigantib⁹ in terrāq; deſcēdere volētib⁹:aut aduerſus aliquod ex illorū oppi-
dis:ita demum pro virib⁹ ꝓhiberent prouidentes hoc ꝑcepto ne fœdera rumperētur. Et
Corīthio-
rū naues.
naues quidem in Corcyram profectę ſunt. Corinthii vero poſt q̄ quæ opus erant inſtruxe
runt:aduerſus eandem vela fecerunt cum cētum quinquaginta nauibus. Quarum erāt
Eliorum & Leucadiorum denæ:Megarenſium duodecim:Ambraciotarum vigintiſeptē:
Anactoriorum vna:ipſorum Corinthiorum nonaginta. Præfecti autem ſui ſingularum
ciuitatum,& ex Corinthiis Xenoclides Euthydis filius cum quattuor collegis. Hi poſt q̄
coierunt ad continentem quæ ſpectat Corcyram:velificantes a Leucade tendūt in Chime
rium qđ eſt orę Theſprotidis. Eſt autem portus & ſuper eum vrbs a mari diſtās in paluſtri
bus Theſprotidos ſita nomine Ephyre:iuxta hanc exit in mare palus Acheruſia cognomē
nacta a flumine Acheronte:qđ per Theſprotidem lapſum in eā effunditur. Fluit & Thya
mis amnis,Theſprotidem Ceſtrinēq; diſterminans:intra quos Chimeriū promontorium
coercetur. Ad hāc itaq; cōtinentem Corinthii cum claſſe ſubeuntes caſtra poſuerūt. Quo
rum aduentu in ſe cognito Corcyrenſes expletis centum & decem nauibus:quibus præ-
erant Miriades/Aeſimides/& Eurybatus/caſtrametati ſunt in vna inſularum quæ voca-
tur Sybota. Aderant eis & Atticæ decem:peditatuſq; in Leucimna promontorio cum mil-
le armatis Zacynthiorum auxiliaribus. Præſto erant & Corinthiis auxilio futuri multi ex
barbaris in proxima continente:ex qua ſemper omnes amici ſunt illis. Re inſtructa Corin-
thii ſumptiſq; trium dierum cibariis nocte a Chimerio ſoluunt tanq̄ pugnaturi:nauigan-
teſq; prima luce Corcyrenſium naues conſpicantur altum tenentes:ex aduerſoq; venien-
tes. Vt mutuo ſe cōſpexerūt ad confligendū omnia inſtruūt;Corcyrenſiū dextro in cornu

Atticę naues fuerunt:alterum ipſi tenuerũt factis tribus nauium agminibus:quorũ ſingu
lis ſinguli ꝑerant.Hunc in modum diſpoſiti erant Corcyrenſes.Apud Corinthios dextrũ
cornu tenebãt Megarenſes naues & Ambratienſes:mediũ locũ alii ſocii:vt quibuſq; cõmo
dũ erat:lęuũ cornu ipi Corinthii cũ nauibus q̃ velociſſimæ erant e regione Athenienſiũ &
dextri Corcyrẽſiũ cornu.Poſtq̃ vtrinq; ſublata ſunt ſigna:cõcurrẽtes pręliũ commiſerunt:
multos vtriq; habentes ſup Cataſtromata milites:multoſq; ſagittarios ac iaculatores:ve-
tuſto adhuc more inſciẽter inſtructi. Erat aũt pugna naualis aſpera:ſed nõ perinde ex arte:
pedeſtri pręlio ſimilior.Nã vbi cõmixti fuerunt nõ facile eximebantur ꝓ turba & multitu
dine nauiũ:plus aliquãto de victoria cõfidentes armatis q̃ ſuper cataſtromata erãt:pugna
bantq; ſtatariã pugnã nauibus quietis:quibꝰ irrũpere:ꝑrumpere:erumpere nõ licebat:ve-
rũ animo magis & robore q̃ ſcientia pugnabatur.Multus vbiq; erat tumultus:& turbulentũ
certamẽ:in quo naues Atticę Corcyrenſibus ſicubi ſatagebãt pręſto erãt:metũ quidẽ incu
tiẽtes hoſtibꝰ:pugnã tñ neq̃q̃ capeſſentes.Quippe verebantur ꝑfecti Athenięſiũ ꝓceptum:
maxĩe aũt dextrũ Corinthiorũ cornu laborabat.Nã eos in fugã verſos diſperſoſq; viginti
nauibus perſecuti Corcyrẽſes in cõtinẽtem vſq; ad eorũ caſtra:egreſſiq; in terrã deſerta ten
toria incẽderunt pecuniaſq; diripuerũt.Hac in parte Corĩthii ſupati,Corcyrenſes ſuperio-
res fuerunt.At in ſiniſtro vbi ipi Corinthii erãt:facile vicerũt:abſentibus e minori numero
Corcyrenſiũ viginti nauibꝰ in ꝑſequendo occupatis.Athenięſes quũ cernerẽt Corcyrẽſes
ſatagẽtes:iã minus diſſimulãter ſuppetias eũt:primũ quidem tẽperãtes ab inuadẽdo.At
vbi fuga apte facta eſt:& Corinthii ingruebãt:tũc vnuſquiſq; operi vacat:nullo iã hominũ
diſcrimĩe.Cũ eo neceſſitatis ventũ eſſet:vt inuicẽ Corinthii Athenienſeſq; cõſererent ma
nus:in fugã verſis hoſtibꝰ,Corĩthii nõ religarũt ſcaphas nauiũ quas demerſerãt:traxerũt
q; remulgo:ſed inter nauigandũ cõuerterunt animũ ad trucidandos homines potiꝰ:q̃ ad
viuos capiendos:& amicos ſuos neſcii illos in dextro cornu ſupatos ꝑ imprudẽtiam occide
bant.Nã cũ ꝑmultæ forent vtrorũq; naues:& late mare occuparẽt:vbi ꝑmiſcui fuerũt:nõ
facile iternoſcebãt:q̃ quos viciſſẽt:ſiquidẽ pugnę naualis hęc Gręcorũ cũ gręcis maxĩa oĩm
extitit:q̃ ad hunc diẽ fuere:nauiũ numero.Corĩthii poſteaq̃ Corcyrenſes ad terrã vſq; ſũt
ꝑſequuti:ad naufragia ſua cęſoſq; reuerſi ſunt:ac plęroſq; nacti vt ad Sybota cõportarent:
vbi barbarorũ exercitꝰ qui erat in terra ipſis auxilia tulerat.Eſt aũt deſertus Sybota portꝰ
Theſprotidis.His actis frequẽtibus rurſus tendũt ĩ Corcyrenſes:illiſis nauibꝰ q̃ agi pote
rant:& q̃cũq; reliquę erant vna cũ Atticis & ipſi contra dirigunt:timentes ne in ſuã oram
deſcẽdere conarentur.Et iã ſerũ diei erat:ac pæana ſũt canere orſi:tãq̃ in eos inuaderẽt:cũ Co
rinthii repente remos inhibere cœperunt:conſpectis viginti nauibus Athenienſiũ veniẽti
bus:quas poſt decẽ priores ſubſidio miſerant Athenienſes:veriti id quod acciderat ne Cor
cyrenſes ſuperarentur:neve decem naues ſuæ pauciores eſſẽt:q̃ vt eos tutarentur.His igitur pro
ſpectis Corĩthii ſuſpicatiq; Athenis venire:nõ quot cernebãt:ſed plures:ſenſĩ retro abie
runt.Porro Corcyrenſes cum Atticas naues non viderent:minus enim ipſis erat apertus
illarum aduentus:mirabantur Corinthios ire ceſſim:donec quidam cernentes dixerunt:
naues illę huc tendunt.Tunc & ipſi abierunt.Iam enim noctis tenebræ erant:& Corinthii
abeuntes diſſociati ſunt.Ita vtriq; dirempti:pugnaq; vſq; ad noctem extracta:Corcyrenſi
bus apud Leucimnam caſtra habentibus.Ipſę viginti naues Athenis profectæ:quibus pre
erat Glaucon Leagri & Andocides Leogori filius:per occiſos & naufragia ductæ ſubierunt
caſtra:non multo poſtq̃ conſpectæ ſunt Corcyrenſibus:erat enim nox:metuentibus ne ho
ſtiles eſſent:poſtea cognitæ admiſſæ ſunt.Poſtero die egreſſæ triginta Atticæ naues:&
Corcyrenſiũ quæcunq; nauigationi idoneę erant:vela faciũt in portũ:q̃ eſt in Sybotis:vbi

Corĩthi. & Corcy. naualis pugna.

Stataria pugna.

Corĩthi. pars ĩ fugã cõuertitur.

Corcyrẽ. ĩ fugã cõuertũtur.

Glaucon & Andocides nauium pręfecti.

B.

ſtationem Corinthii habebant: animo cognoſcendi an nauali prælio certaturi eſſent. Illi a
terra ſoluentes altumq; capeſſentes inſtructi quieſcebant: non incœpturi ſua ſponte certa-
men: cũ viderent acceſſiſſe naues Atheniẽſiũ integras: & ſibi multa dura accidiſſe: tũ circa
captiuoꝝ cuſtodiã, quos in manibꝰ haberẽt: tũ penuriã inſtruẽdaꝝ nauiũ in loco deſerto.
Itaq; magis ſpectabant: q̄ ſe domũ reciperent: timẽtes ne rupta Athenienſes fœdera exiſti
mãtes, q̄m ad manũ veniſſent: ſe illic nauigare non ſinerent. Igitur placitum eſt eis impo-
ſitos ĩ actuariũ nauigiũ viros: ſine Caduceo ad Atheniẽſes p̄mittere tentãdi grã: ꝑ quos ta
Pelopon lia dixere. Iniurii Athenienſes eſtis: bellũ incipiẽtes fœderaq; rumpentes: qui nobis hoſtes
nẽſiũ cõ- noſtros vlciſcẽtibꝰ impedimẽto eſtis: cõtra ferentes arma. Q2 ſi vobis conſtitutũ ẽ nos ꝓhi
cio ſiue bere: quominꝰ in Corcyrẽſes aliove ſi quo libeat nauigemus, & fœdera rumpitis: nos capi-
Corĩthi. te primos: ꝑ hoſtibuſq; vtamini. & Corinthii quidẽ talia dixerũt. Corcyrenſiũ vero q̄cũq;
audierũt exclamãt: vt ꝓtinus capiant trucidẽturq;: Atheniẽſes aũt hũc in modũ reſpon-
Atheniẽ. derunt. Neq; bellũ incipimus viri Pelopõnẽſes: neq; fœdera rũpimꝰ: ſed iſtis ſociis Corcy-
concio. rẽſibus auxilio venimꝰ. Q2 ſi vſq̄ alio nauigare libet nauigetis licet. Sin aduerſũ Corcyrẽ-
ſes aliquẽve illoꝝ locũ nauigabitis: nõ negligemus quoad poterimꝰ. Hęc quũ Atheniẽſes
Trophęa reſpondiſſent Corinthii ſe ad diſcedẽdũ domũ accinxerunt: ſimulq; trophæũ apd Sybota
Corĩthi. in cõtinẽte ſtatuerũt. Corcyrenſes naufragia mortuoſq;: q̄ ęſtus ac vẽtus nocte exortꝰ paſſĩ
diſpulerãt ad ĩpos delata: vt q̄dq; eiectũ erat: ſuſtulerũt: ac trophæũ in inſula Sybotis e re-
Trophęa gione ſtatuerunt veluti victores: Hac vtrinq; ratione victoriã ſibi vindicantes. Corinthii q
Corcyrẽ. dem q ad noctem vſq; ſuperaſſent: ita vt naufragia plurima mortuoſq; receperint: capti-
uorũ non minus mille habẽtes: depſſis nauibus circiter ſeptuagĩta, trophęũ ſtatuerũt. Cor
cyrenſes aũt q triginta ferme naues illoꝝ corrupiſſent: & ſuperueniẽtibꝰ Atheniẽſibꝰ nau
fragia circa ſe mortuoſq; legiſſent: qq; pridie Corinthii ceſſim eũtes pugnã detractaſſent:
cõſpectis Atticis nauibus: neq; veniẽtibꝰ occurriſſẽt ex Sybotis: ob hęc ſtatuerũt trophęũ.
Anacto- Ita vtriq; ſe interpretabant viciſſe. Cõrinthii illic domũ nauigantes Anactoriũ q̄d ẽ in ore
rium. ſinus Ambracii ceperunt fraude. Erat. n. illis cõmune cũ Corcyrenſibus: poſitiſq; in eo Co
rĩthiis incolis, domũ reuerterunt. Et Corcyrenſiũ octĩgẽtos qui ſerui erant vẽdiderunt: du
ce ntos q̄nquaginta aſſeruarunt vinctos: magna adhibita cura: vt per illos repetita Corcy
Prima ra potirent. Quoꝝ plęriq; erãt potẽtiſſimi ciuitatis. Sic igit Corcyra bello defũcta ẽ aduer-
cauſa bel ſus Corinthios: et ab ea naues Athenienſiũ receſſerũt. Hęc prima Corĩthiis extitit belli cau
li inter ſa aduerſus Atheniẽſes: q contra ſe fœderatos ꝓ Corcyrenſibus dimicaſſent. Poſt hęc ſtatĩ
Corĩthi. cõtigit has fieri Athenienſibus Pelopõnenſibuſq; ſimultates ad bellũ mouendũ. Nã Co-
& Athe. rinthiis vt Atheniẽſes vlciſcerent elaborãtibꝰ: ſuſpicãtes ipſi Athenienſes eoꝝ inimicitiã:
Potidæẽſes q ad Iſthmũ Palenes incolũt. Corĩthioꝝ coloniã ſocios ſuoſq; vectigales, iubẽt
muꝝ Palenẽ verſꝰ demoliri: obſideſq; dare atq; opifices eiicere: nec in poſterum admittere:
quos Corĩthii quotãnis mittebãt: veriti ne a Perdicca Corĩthiiſq; ſollicitati deficerẽt: & ali
os in Trachia ſocios ad defectionẽ traherẽt. Hęc Atheniẽſes ſtatĩ poſt nauale ad Corcyrã ꝑ
Perdi. liũ apd Potidęẽſes p̄pararũt. Nã & Corinthii odiũ ꝑ ſe ferebãt: & Perdiccas Alexãdri filius
Alexan. Macedonũ rex erat hoſtis: cũ ſocius antea atq; amicus fuiſſet. Ideo aũt hoſtis: q cum Philip
filius. po fratre ſuo, & Derda, aduerſus ſe communiter bellum gerentibus, ſocietatem feciſſent.
Eoq; timẽs miſit Lacedæmona: atq; egit: vt illis bellum eſſet cum Peloponnenſibus: Corin
Potidæ thioſq; ſibi conciliauit: Potidęæ abalienandæ gratia. Ad hæc ſermones habuit cum Chal-
enſes. cidenſibus Thraciæ & Bottiæis de rebellando: exiſtimans ſi has finitimas ciuitates ha-
Bottiæi. bet ſocios: fore vt facile cum illis gereret bellum. Quæ intelligentes Athenienſes ciuita-
tumq; defectionẽ volentes occupare: Mittebant enim in illius terrã triginta naues ac mil-

le peditum Archeſtrato Lycomedis filio cum decem aliis pręfecto: mandant ipſis pręfectis
obſides a Potidæenſibus ſumãt: murum demoliant: ꝓximarũ vrbium cuſtodiam gerãt: ne
deſciſcant. At vero Potidęenſes miſſis ad Athenienſes legatis: ſi forte perſuadeant nequid
apud ſe noui agatur: profecti etiam cum Corinthiis Lacedæmona egerunt: vt illi pararent
ſi opus foret defenſionẽ. Vbi vero ab Athenienſibus diu opera cõſumpta, nihil impetrãt:
ſed naues quę in Macedoniam, itemq; in ipſos mittebantur: profectæ ſunt: ſimulq; quæſto Macedo-
res Lacedęmoniorum polliciti: ſi Athenienſẽs aduerſus Potidęeam irent: ſe Atticã inuaſu- nia.
ros: tunc demũ defecerunt: cũ Chalcidẽſibus ac Bottieis communiter cõiurati. Perdiccas
quoq; Chalcidẽſibus perſuaſit: vt relictis maritimis vrbibus atq; exciſis, migirarent Olyn
thum: vnãq; hanc vrbem validam facerent. Atq; his qui ſuam terram relinquebãt: Migdo
niam q̃ circa Bolben paludem eſt dedit incolendã: quoad foret cũ Athenienſibus debella- Bolbe
tũ. Et illi quidẽ ſuas vrbes demoliti migrauerunt: ad bellũq; ſeſe parauerunt. At vbi trigĩta palus.
Athenienſiũ naues ĩ Thraciã veniẽtes acceperũt Potidæã aliaſq; ciuitates defeciſſe: duces
nõ exiſtimantes ſe pręſentibus cũ copiis poſſe gerere bellum aduerſus Perdiccam, & ciuita
tes quæ defeciſſent: in Macedoniam quo primum miſſi fuerant conuertuntur: congreſſiq;
cum hoſtibus Philippo & fratribus Derdi: qui ex montanis cum exercitu ſuperuenerãt. In
terea cũ Corinthii Potidęa deſciuiſſet: & Atticę naues circa macedoniam agerẽt: timentes
illi oppido, ac domeſticũ exiſtimãtes periculũ: mittunt ex ſuis voluntarios: & ex aliis Pelo-
ponnenſibus mercede adductos mille ſexcentos: cum iuſtis omnes armis: & quadringen-
tos leuiter armatos Duce Ariſteo Adimanti filio: cuius propter gratiam non parum mul-
ti ex Corintho milites vltro comitatũ pręſtiterunt. Fuerat enim ſemper Potidęenſium ſtu
dioſus. Perueneruntq; in Thraciã ſeptuageſimo die q̃ Potidęa defecerat. Affertur aũt repẽ
te Athenienſibus nuncius de ciuitatum defectione: qui vt cognouerũt etiam alios cũ Ari
ſteo acceſſiſſe: mittunt eo ex ſuis duo milia peditum: ac naues quadraginta: duce Callia
Calliadi filio cum quatuor collegis. Qui profecti Macedoniam offendunt mille priores iã
Therma potitos: Pydnamq; oppugnantes. Eã & ipſi obſidentes oppugnauerunt: ſed po-
ſtea pacificati cũ Perdicca, & neceſſaria ſocietate inita: ꝙ eos vrgeret Potidęa & Ariſtei ad
uentus: ſoluerũt ex Macedonia: cũq; Berriã veniſſent: & id oppidum conati priꝰ, expugna Berria
re nequiſſent: illinc itinere terreſtri Potidæã perrexerũt: tria milia peditũ ſui corporis ꝓter oppidũ.
multos ſocioꝝ eqteſq; Macedonũ ſexcẽtos: cũ Philippo Pauſaniaq;: ac nauibꝰ ſeptuagĩta Pauſa.
terrã legẽtibꝰ, paulũq; ꝓeuntibꝰ: tertio die Gigronũ ꝑuenerũt: caſtraq; poſuerũt. Potidęen Ariſteus
ſes & q cũ Ariſteo erãt Peloponẽſes aduentũ Atheniẽſiũ expectãtes, caſtra habebant ante dux pedi
Olynthũ ĩ Iſthmo: mercatũq; extra vrbẽ agebãt. Itaq; ſocii Ariſteũ cũcti peditatꝰ ducẽ de tum
legerũt: Perdiccã eqtatꝰ. Nã ꝓtinꝰ defecit iterũ ab Atheniẽſibꝰ: atq; a Potidęẽſibꝰ ſtetit: Io Perdicca
lao ꝓ ſe duce ſubſtituto. Erat aũt Ariſtei cõſiliũ cũ exercitu quẽ ſecũ habebat: excipe Athe dux eqtũ
niẽſes ſi aggrederent. Chalcidẽſes vero & ſocios q extra Iſthmũ: eqteſq; ducẽtos q cũ ꝑdic- Olynthꝰ
ca erãt: ĩtra Olynthũ manere: & cũ in eũ tẽderẽt Atheniẽſes: auxilio venire a tergo hoſtis: vrbs.
eũ in medio clauſuros. Callias Atheniẽſiũ dux ac collegę, Macedonũ eqtes paucoſq; ſocio Callias
rũ Olynthũ mittũt: illic auxiliũ ferri prohibituros. Ipi motis caſtris Potidęã tẽdũt: ꝓgreſſi dux
q; vſq; ad Iſthmũ: vbi vidẽt hoſtẽ ſeſe ad bellũ parantẽ: ex aduerſo aciem & ipi inſtruũt: nec Atheni.
multo poſt cõfligũt: & ipm qdẽ Ariſtei cornu: & qcũq; circa illũ erant ex Corinthiis cæte- Atheni.
riſq; bellatores: auerterunt oppoſitum cornu: præruptẽteſq; longe perſecuti ſunt. Reli- victoria.
quus exercitꝰ Potidęẽſiũ Peloponẽſiũq; ab Atheniẽſibꝰ ſupatꝰ ẽ: & vſq; ad muros fugatꝰ: Ariſteus
rediẽs Ariſteus a ꝑſecutiõe vt vidit alterũ exercitũ victũ: hęſitabat: vltro tendẽs ꝑiclitaret: Potidæã
Olynthũ ne an Potidęã. Viſum eſt igit coactis q ſecum erant: Potidęã vt in ꝓpinquiſſimũ ſe recipit

oppidũ curſu contendere: pq; mare inter muros & ſaxa quę ad arcẽdas vndas mari obiecta erant: multis miſſilibus iactis ægre euaſit: paucis amiſſis, plæriſq; ſaluis. At q ex Olyntho auxiliares Potidęẽſiũ erãt: abeſt aũt Olynthꝰ ſexaginta ferme ſtadiis: ſita edito ĩ loco vbi pugna cõmiſſa eſt: et ſigna ſublata: paululũ ꝑgreſſi ſunt vt opẽ laturi: & Macedones eqtes aciẽ oppoſuere tãq̃ inhibituri. At poſtq̃ repẽte victoria penes Athenienſes fuit: ſignaq; reuulſa: rurſus ad muros ſeſe receperunt: & Macedones ad Athenienſes: ita eqtes neutris affuerunt. Poſt pugnã Athenienſes trophęũ ſtatuerũt: mortuoſq; ex iure Potidęenſibus reddiderunt. Cecidit ex Potidęenſibus ſociiſq; paulominꝰ trecentis. Ex Atheniẽſibus centũ qnquaginta: & Callias dux. Moxq; Atheniẽſes murum qui ſpectat Iſthmũ vallo cinxerũt: vbi & pręſidiũ impoſuerũt. Nã Palenẽ verſus murus non erat. Nõ .n. ſe ſuffecturos arbitrabant tueri Iſthmũ: & ad Palenẽ tranſgreſſos murꝝ ducere: verẽtes ne ſe diductos inuaderẽt Potidæẽſes ac ſocii. Cũq; accepiſſent qui Athenis erãt Palenẽ non eſſe muro circundatã: poſt aliquantũ tpis mittunt ex ſuis mille ſexcentos pedites duce Phormione Aſopii filio: q Palenẽ petens ex Aphice egreſſus admouebat exercitũ Potidęæ: paulatim procedens, ſimulq; agros vaſtans: tandemq; nemine prodeunte in pugnã muro Palenen cinxit. Atq; ita Potidęa iam vtrinq; vehemẽter oppugnabatur: necnon a mari infeſtabatur nauibus: vrbe vallata. Ariſteus nullam ſpem ſalutis habens: niſi ꝙ ex Peloponneſo aut aliud inopinatũ cõtingeret: ſuadebat vt præter quinquaginta quorum ipſe vnus volebat eſſe: cæteri obſeruato vento nauibus abirent: quo diutius ſuppeteret res frumentaria. Vbi non perſuadet: vt quæ in rẽ erant appararet: vtq; exterius negocia optime haberent: enauigauit: deceptis Athenienſium cuſtodibus. Manenſq; apud Chalcidẽſes, illis ſociis cũ alia prælia fecit: tum permultos Sermyliorum locatis ante vrbem inſidiis occidit. Etiam cũ Peloponnenſibus egit vt aliquid ſubſidii mitteretur. Poſt Potidæam muro circundatam, Phormio mille ſexcentos habens, Chalcidicam plagam Botticamq; oppugnauit: quædam etiã caſtella cepit: atq; hæ ſuberant cauſæ mutuo ſuccenſendi Athenienſibus Peloponnenſibuſq;. Corinthiis quidẽ ꝙ Potidęã ipſorꝝ coloniã Corinthioſq; viros ac Peloponnẽſes q in ea erãt oppugnarent. Athenienſibus aũt ꝙ ciuitatem ſociam ſibiq; vectigalẽ ad defectionẽ induxiſſet: & ex ꝓfuſo venientes ꝓ Potidęenſibus cũ ipſis dimicaſſent. Nõdũ tñ bellũ vſq;quaq; conflatum erat: ſed habebat aliqd laxamẽti: ſeparati eñ hæc Corĩthii egerãt. Iidẽ cũ oppugnaretur Potidęa nũq̃ gerũt: cũ de ciuibꝰ ſuis, tũ de oppido ſolliciti: orarũt ſocios vt Lacedęmonia irẽt: & ipi veniẽtes cõtra Atheniẽſes vociferabant: ꝙ fœderꝝ ruptores & in Peloponneſũ iiurii eſſent. Aeginetę quoq; nõ illi qdẽ palã legatiõe miſſa: ſed clã nõ minimũ cũ iſtis admouẽdũ bellũ incũbebãt: dicẽtes nõ eſſe ſuiꝝ iuris ex fœdere. Lacedęmonii coacto cõcilio: cohortati ſiqs ſociorꝝ aliuſve qs accepiſſet ab Atheniẽſibꝰ iiuriã: ex more dicere iuſſerũt. Et ꝓcedẽtes, alii fere oẽs: itẽq; Megarẽſes accuſatiõibꝰ vſi ſũt. Demõſtrãtes cũ alia nõ pauca q̃ ſucceſſerẽt: tũ vero ꝙ ſibi ꝑter fœdera ĩterdictũ eſſet ſub Athenienſiũ impio, portubꝰ & terrę Atticę mercato. Nouiſſimi Corinthii ꝑmiſſis aliis prius acuere Lacedæmonios, proceſſerunt: atq; ita verba fecerunt.

Olynthi vrbis ſitus.

Potidęenſium deſiderati.

Athe. deſiderati.

Callię ducis ĩteritꝰ

Phormio Atheniẽſibꝰ dux cõſtitutꝰ

Ariſtei aſtutia.

Cauſę belli inter Athe. & Corin.

Oratio Corinthiorum apud Lacedæmonios.

Concio Corĩthi.

Fides veſtra Lacedęmonii: quã ĩter vos publice priuatĩq; ſeruatis: facit: vt nobis alii ſi qd ĩ vos dixerimꝰ fidẽ nõ habeãt. Et ĩ quo vobis ſapitis: in eo circa res exteriores magis deſipitis: qppe q nobis ſępenũero ꝑdicẽtibꝰ ac ꝑdicãtibus apđ vos: quomõ nos lęſuri forẽt Atheniẽſes: nũq̃ tñ auſcultare voluiſtis q̃ docebamꝰ: ſed potiꝰ ea dici ſuſpicabamini: ꝓpter ꝑuatas: q̃ nobiſcũ erãt cũ illis, ſimultates. Ideoq; nõ priuſq̃ lęderemur: ſed poſtq̃ lęſi ſumꝰ ſocios vocãdos putaſtis: apđ quos ęquũ ẽ quo plꝰ criminũ habemꝰ q̃ obiiciamꝰ: & ab Atheniẽſibꝰ lęſi, & a vobis neglecti, eo plꝰ verborꝝ faciamꝰ. Qꝫ ſi aliq̃ rõne nõ ma

nifeſtarii forent ii ꝗ Greciã vexant: opus erat vt planũ faceremus apud neſciẽtes. Nunc qd
attinet longa vti oratiõe cũ cernatis ab Athenienſibus alios in ſeruitutẽ redactos: aliis inſi
dias tendi: & precipue iis ꝗ noſtri ſunt ſocii: & olim iam ad bellum, ſi quando bellũ ſibi infer
ret: illos ſe ĩſtruere. Nõ. n. corcyrã præreptã nobis tenerẽt: neq; Potideã oppugnarẽt: quarũ
vrbiũ altera accõmodatiſſima eſt ad ꝓuinciã Thraciã obtinẽdã. Altera maximam Pelopõ
nenſibus claſſem ꝑſtabat. Cuius rei culpa penes vos eſt: ꝗ tũc primũ ꝑmiſiſtis eos poſt bellũ
Medicũ reficere vrbẽ: mox etiã longos muros extruere: iam inde ad hanc diẽ aſſidue priuã
tes libertate nõ mõ ſocios ſuos: ſed iã ẽt noſtros. Tametſi nõ tã is ꝗ redigit aliũ in ſeruitutẽ
q̃ is ꝗ cũ poſſit hoc ꝓhibere cõtemnit: id facere exiſtimãdus eſt: vtiq; ſi preclarũ ꝑſeferat ti-
tulũ: Grecie in libertatẽ aſſerende. At nũc vix tandẽ cõgregati ſumus: ac ne ſic qdẽ iſta pro
manifeſtis habentes: quos oportebat non an iniuriã acceperimus diſcutere ampliꝰ: ſed quo
pacto illã vlciſceremur. Nã Athenienſes ad iniuriã faciẽdã non ĩcõſulto, aduerſus nos nõ
dũ iſta intelligentes, nec tardi veniunt. Nec nos fallit: qua via in nos illi paulatĩ ꝓgrediunt
vlterius: arbitrantes ſe latere ne vos id ſentiatis: minus iccirco audent: enixius auſuri: vbi
vos hoc ſentiẽtes tñ negligere cognouerit. Soli eñ vos Grecoꝝ Lacedemonii tenetis ociũ:
nõ vi vi ab aliquo ſed tarditate repellẽtes: ſoliq; vires hoſtiũ nõ cũ incipiunt ſed cũ duplica
te ſunt ꝑditũ itis. Et dicebatis vos eſſe in tuto: fortius loquentes, q̃ ꝓ rei veritate. Nã & ipſi
ſcimꝰ Medũ ab extremo terraꝝ prius in Pelopõneſũ ꝑueniſſe q̃ a vobis pro dignitate occur
reret: & nũc Athenieſes, nõ lõginquos vt ille erat: ſed vicinos negligitis: & inuadẽtibus reſi
ſtere mauultis q̃ ĩuadere: et cũ multo q̃ ãtea fortioribꝰ dimicãdo ĩcerta fortunæ ſubire. Cũ
ſciatis, & barbaꝝ ipm magis aduerſis caſibus, & Athenienſes dũ nobiſcũ belligerarũt potiꝰ
crebris erroribus ſuis q̃ noſtra vltiõe fuiſſe ſuꝑatos: eoq; nõ nullos aliqñ ꝙ imparati eſſent:
ſpe veſtri fretos in exitiũ deueniſſe. Neq; aliqs veſtrũ hæc dicia nobis exiſtimet odio magis
q̃ querela. Nã querela qdẽ ẽ amicoꝝ de amicis officio nõ fungentibꝰ: Accuſatio aũt eſt de
hoſtibꝰ ꝗ iniuria affecerũt. Et ſane ſiqui alii ſunt: ꝗ vobis dedecori ſunt indefenſi: nos vt ar
bitramur ii ſumus: ꝗ preſertim de magnis adeo rebus dimicemus: quaꝝ nullũ vos ſenſum
nobis habere videmini: nec vnq̃ conſiderare qbuſnã cum hominibus res eſt. Athenieſibus
eiſdẽ prorſꝰ aduerſariis veſtris: ac nouarũ reꝝ ſtudioſis: & tũ ad excogitandũ: tũ ad ea q̃ ſẽ-
tiũt exequẽda: velocibꝰ. At vos ea q̃ poſſidetis conſeruare cõtẽti, nihil admodũ ad excogi
tandũ, ac ne ad neceſſaria quidẽ exequẽda ſufficitis. Ad hec illis qdẽ adeſt maior, q̃ pro vi-
ribus audacia: maiora hoĩm opiniõe pericula ſubeuntibus, etiã inter aſperrima queq; bene
ſperantibus. Vos autem & ad agendum infra vires animoſi: tutis etiam conſiliis diffiden
tes, & difficultatibus nũq̃ vos ereptum iri arbitramini. Præterea illi impigri: Vos pigri: illi
peregre degentes: Vos domi deſides. Opinantur eñ ſe lucrifacere abſentiam ſuam. Vos
dũ alios inuaditis res domeſticas abſumi putatis. Illi ſuꝑato hoſte lõgiꝰ ꝓgrediunt: ſuꝑati
vel minimũ aĩo cõſternant. Quinetiã in defẽdẽda vrbe miniſterio alieniſſimoꝝ quoq; vtũ
tur: ſed cõſilio tamẽ ĩtimoꝝ: niſi cogitata cõfecerit: de rebꝰ domeſticis deperire: & q̃ ĩuadẽ
do obtinuerũt parua ꝑ illis eſſe q̃ aĩo agitãt: exiſtimãtes: & ſi qd irrita ſpe tentauerint: noua
rurſus ſpe amiſſa reparantes. Soli eñ oĩm pariter hñt ac ſperãt ea que deſtinauerũt. Tanta
ẽ eoꝝ ĩ aggrediẽdis, q̃ aĩo cõſtituerunt celeritas. Atq; in omnibus his ꝑ labores atq; ꝑicula
æuum omne conterunt: rebus partis vel minimum fruentes: ſtudio aſſidue acquirendi: nõ
dies feſtos eſſe: non aliud quippiam putantes: niſi conficere quæ expediunt: nec minus dã
noſam eſſe qetem deſidem: q̃ operam laborioſam. Vſq; adeo (vt breui complectar) ſi qs di
cat illos hoc ingenio natos eſſe: vt neq; ipſi queant: neq; alios ſinant quieſcere: is recte dixe
rit. Hac itaq; tali ciuitate vobis aduerſaria Lacedamonii cunctamini: cenſetiſq; iis demũ

Querela & accuſatio qd differant.

hominibus plærunq; quietem ſufficere ;qui quæ ad apparatum pertinẽt probe exequunt:
præ ſe ferentes eo ſe animo eſſe:vt ſi quis laceſſerit ceſſuri non ſint:ita vos vt non lędere ali
os:ſic ne ipſi lędamini vim propulſare:in hoc colitis æquitatem. Quod vix conſequeremi-
ni:vel ſi ſimilis vobis vicina Ciuitas eſſet. Nunc autem id quod iam etiam oſtendimus pri
ſcis moribus agitis aduerſus Athenienſes. Atqui neceſſarium eſt:aſſidue veluti artis alicu
ius,vt recentiſſima quæq; euincant:& ciuitati tranquillę optimum:non immutari inſtitu
ta. At ea quæ ab alia vrgetur:ad multa ſe conferre debet:& multa artificia machinari. Ideo
q; Athenienſes propter multam experientiam multo q̃ nos magis ſtudent rebus inno-
uandis. Hactenus veſtra tarditas progreſſa finẽ faciat:& iã cũ aliis,tũ vero Potideatis quẽ
admodũ recepiſtis:opẽ feratis:maturrime Atticã ĩuadẽtes:ne viros vobis amicos atq; co-
gnatos ĩimiciſſimis ꝓdatis: neue nos cęteros cogatis ꝑ deſpatiõe ad aliã nos aliquã ſocieta
tẽ conuertere:nihil profecto iniuſte acturos:aut erga deos quos iurauimus:aut erga hoĩes
q iſta ſentient. Non eñ q deſtituti ad alios ſe cõferunt fœdifragi ſunt:ſed qui cõiuratis ſuis
auxilia denegant:ad quæ auxilia prębẽda ſi prompto fueritis animo permanebimus. Alio
qui ſceleſte faceremus : nec alios q̃ vos eſtis magis propenſos,inueniremus . De his vos
probe conſuletis:detiſq; opam ne Peloponneſo cum minori dignitate præſideatis: q̃ cum
Corinthiorum Peroro. quanta patres eã vobis tradiderũt. Et hæc quidẽ Corinthii dixerunt. Aderat aũt Lacedæ-
mone iã antea Athenienſium legatio aliorum negociorũ cauſa. Qui cum hęc verba cogno
uiſſent viſum eſt eis e dignitate ſua eſſe Lacedęmonios adire : nihil purgaturos eorũ q̃ ciui
tates crimini darent :ſed oſtenſuros in vniuerſum non eſſe illis feſtinato decernendum:ſed
impenſius conſiderãdum. Nec non ſe in animo habere,quantum ſua ciuitas polleret ſigni
ficare:tum redigendo in memoriam ſenibus quæ noſſent: tum commemorando iuniorib⁹
quorum inexperti eſſent:ſperantes fore vt cũ audiſſent:propenſiores eſſent ad quieſcendũ
q̃ ad bellũ mouẽdũ. Aditis igit̃ Lacedęmoniis dixerũt: velle ſe ad multitudinẽ eoꝝ habere
orõnẽ niſi q̃d ꝓhiberet. Illis iubẽtibus Athenieẽſes ꝓceſſerũt atq; in hũc modũ locuti ſunt.

Oratio Athenienſium apud Lacedæmonios.

Concio Athenienſium EQuidẽ non ad diſceptandũ nos cũ ſociis noſtris legati venimus: ſed ad alia trãſ-
igenda a ciuitate miſſi. Verũ cognita nõ exigua aduerſus noſtrã aliarũ ciuitatũ
querela , ꝓceſſimus:nõ criminib⁹ reſponſuri:neq; enim iudices vos aut noſtri aut
iſtorum eſtis apud quos habeatur oratio : ſed ne vos ad ſociis credendum faciles,de rebus
magnis deterius conſulatis: ſimul quia volumus de rationibus noſtris omnibus quo pacto
ſe habeant vos facere certiores : neq; ea quæ tenemus improbe obtenta:& noſtram ciuita-
tem magni pretii eſſe . Et peruetuſta quidem illa quid attinet repetere : quorũ magis fama
teſtis eſt apud audientes:q̃ aſpectus ! At geſta bello Medico & quæcunq; ipſi nouiſtis: & ſi
propter vulgus magis ſunt aſſidue pręedicanda:tamen commemorari neceſſe eſt. Quæ dũ
geſſim⁹ ſi cum periculo , & ex vtilitate communi geſſimus:cuius vos participes extitiſtis:
non eſt ab eorum prorſus mentione ceſſandum. Quæ non magis purgandi nos gratia dicẽ
tur : q̃ teſtificandi demonſtrandiq; aduerſus qualem ciuitatem non bene vobis conſu-
lendo,vos bellum ſuſcipiatis. Etenim præ nobis ferimus nos ſolos in Marathone aduerſus
Barbarum periculis obuiam iſſe. Cui rurſus reuerſo,cũ impares terreſtri certamine eſſem⁹:
cõſcenſis vniuerſi nauibus ad Salaminem pugna nauali cõflixĩmus . Quæ res præſtitit ne
ille Peloponneſum prænauigando oppidatim expugnaret :cum non poſſent ciuitates ve-
ſtrę contra ingentem claſſem ſibi mutuo auxilio eſſe. Atq; huius rei Barbarus ipe maximũ
teſtimonium perhibuit:q claſſe victus,tanq̃ nũq̃ amplius futura ſibi pari potentia,propera
to cũm maiore copiarum parte abſceſſit. Ex quo tali facto cum patuiſſet plane ;res Græciæ

claſſe conſtare. Tria nos in id vtiliſſima contulimus: plurium nauium numerum: ducem
ſolertiſſimum virum: exertiſſimam animi alacritatem. Naues quidē ad quadringētas: pau
lominus duas totius claſſis partes. Ducem vero Themiſtoclem qui præcipuus auctor ex-
titit vt pugna naualis fieret inter anguſtias: res proculdubio ſtatui Græciæ ſalutifera: quo
nomine vos eum ſingulari honore proſecuti eſtis: præ externis omnibus, qui ad vos veniſ-
ſet. Alacritatem autem eamq; pręſtantiſſimam declarauimus: qui cum terra iuuaremur a
nemine: iam cæteris ad nos vſq; redactis in ſeruitutē, ſtatuimus: vrbem eſſe deſerendam: rē
familiarem deſtruendam: non ſicut cæteri ſocii ſocietatem deſerētes: neq; diſperſi: qui nul
lo ſociis vſui fuiſſemus: ſed conſcenſis nauibus diſcrimina adeuntes: nec vobis, ꝙ antea nō
tuliſſetis opem ſuccenſentes. Itaq; profitemur non minus eſſe de vobis nos meritos: q̃ vt
hoc a vobis impetremus. Nam vos quidem ex habitatis vrbibus proficiſcentes, poſtq̃ ti-
mere cœpiſtis vt eas in poſterum habitaretis: pro vobis multo plus q̃ pro nobis auxilio ve
niſtis: ideoq; cum iam ſalui fuimus: amplius non affuiſtis. Nos autē ab vrbe vbi nulla iam
ciuitas erat profecti: pro hac ipſa quæ exigua ſpe erat: periculis nos committentes, & vobis
ex parte & nobis ſaluti fuimꝰ. Qui ſi ad Medum tranſiſſemꝰ: metu ſubacti, quemadmodū
terræ ſuæ timentes: aut non auſi poſtea fuiſſemus claſſem conſcendere: tanq̃ deplorati: ni-
hil ſane oportuiſſet: iam nos non ſatis nauium habentes, claſſe pugnare: reſq; ſine certami
ne ad votum hoſti ceſſiſſet. Quapropter digni ſumus Lacedæmonii illius noſtræ generoſi
tatis & prudentiæ gratia: qui principatu quem habemus potiamur: non ita multum Græ
cis inuidioſo: quippe quem non vi ſumus adepti: ſed tum vobis reliquias Barbari perſequi
recuſantibus: tum ſociis qui nos adierunt precātibus, vt ſibi præeſſemus. Quo ex facto co
acti primum ſumus illum hucuſq; propagare: præcipue timoris, deinde honoris, poſtremo
vtilitatis gratia. Neq; amplius videtur tutum nobis eſſe: vt cum multis ſimus inuiſi: non
nulloſq; qui iam defecerant ſubegerimus: vobis quoq; non perinde amicis, ſed ī ſuſpitionē
adductis ac diſcordantibus, intermiſſa induſtria periclitemur: nanq; qui a nobis, ii ad vos
deficerēt. Nec inuidioſum eſt aliquem qui in ſummum periculum deducatur cōſulere vti
litatibus ſuis: quoniam vos quoq; Lacedæmonii ciuitatibus quę ſunt in Peloponneſo, ad
veſtram vtilitatem conſtitutis præeſtis. Enimuero ſi imperio qđ obtinuiſtis hactenus per-
ſeueraſſetis: fuiſſetis inuiſi: quemadmodum nos: vtpote ꝙ probe ſcimus non minus q̃
nos in ſocios ſeueri: cogereminiq;: aut imperioſe damnari: aut veſtri periculū adire. Ita nec
nos indignam fecimus rem: neq; a moribus humanis abhorrētem: ſi traditum nobis impe-
rium ſuſcepimus: nec id deponimus maximis rebus coacti: dignitate: metu: & vtilitate: ta
lis facti: nequaq̃ primi auctores: quod ſemꝑ factitatū eſt: vt imbecillior a potentiore coerce
ret: quodq; vt nos faciamus: & noſtra opinione digni ſumus: & vobis videmur: eatenus ſe
ctati vtilitatem: quatenus iuſtitiæ ratio permiſit. Quā rationē nemo vnq̃ ita vtilitati ꝓpo
ſuit: vt oblatam ſibi occaſionem plus aliquid vi adipiſcendi prætermitteret. Digniq; illi
ſunt laude: q humana natura vſi: ad aliōs imperādū benigniores extiterūt: q̃ ipm impiū tu-
lit. In quo q̃ modeſte nos geramus: illi vt arbitramur maxime oſtenderent: ſiqui hoc impiū
accipetent. Q̃ꝗ̃ ex noſtra lenitate (quod īdignū eſt) plus dedecoris aſſeqmur q̃ laudis. Si
quidēq; in rebus contrahendis & in iudiciis ęquo iure nos atq; illi vtunt: quod nobis cōtu
melioſum eſt: tn̄ litigioſi putamur: neq; eoꝝ quiſpiā conſiderat alios quoſcunq; qui rerum
potiuntur: quorū vt qſq; ſe minime lenem ꝓæbet erga ſubiectos: ita minime ab illis vitupe-
rat. Vi em̄ cū obnoxiis, non iudicio ſibi agendū putāt. At noſtri ſocii cōſuetudine nobiſcū
ex ęquo agendi: ſi quid vel quantulūcunq; ſibi detractū eſt: verbo factove propter rationem
imperii: q opinione ipſoꝝ detractū non oportuit: non habēt gratiā de pluri nō erepto ſibi:

Themiſtoclis laudes.

ſed illđ modicum deeſſe grauius ferunt:q̃ ſi ab initio ſecũ non iure:ſed aperte rapaciter egiſ
ſemus. Tunc enim iſti hiſcere quidem contra nos auſi fuiſſent: tanq̃ fas non foret: imbecil
liori detractare imperia ſuperioris. Atqꝫ ii homines indignari potius ſolent: quibus iniuria
infertur: ſi ipis credimus: q̃ quibuſuis. Nã fraudare quidem aliũ, ſignificat illic eſſe iuris æq̃
bilitatem. Cogere vero, illic eſſe ſuperiorem. Eoqꝫ cum atrociora ſub Medo paterẽtur tolera
rabant: eiſdem nunc noſtrum imperium durũ videtur: neqꝫ immerito. Semp enim ſubditi
pręſenti grauantur imperio. Quin vos ſi euerſo dominatu noſtro ipſi dominaremini: iam
beniuolentia, quam metu noſtri contraxiſtis: in maliuolentiam mutaretur. Et quę tunc ad
breue tempus, cũ aduerſus Medos præfuiſtis declaraſtis: eiſdem ſimilia agnoſceretis. Ve-
ſtra enim inſtituta ac leges cũ aliis non cõmunicatis. Prætetea qſquis a vobis dux mittit:
is neqꝫ eiſdem quibus antea moribus: neqꝫ quibus reliqua Grecia vtit. Quapropter tãq̃ de
rebus non exiguis diu deliberate: neqꝫ alienis conſiliis criminationibuſqꝫ fidem habentes
domeſticũ laborem pręeligatis: atqꝫ huius belli incertum quantum ſit: priuſq̃ ingrediami
ni conſiderate. Belli em̃ diuturnitas ſolet plęraſqꝫ res fortuitis obiicere. A quibus fortuitis
vtriqꝫ æqualiter abſumus: incertum, vtri magis in periculo futuri. Qui cupide bella ineũt
prius in negociis verſant: quæ poſteriora conſiliis eſſe debeant: iidem cũ aduenit calami-
tas: tũc ad rationem ſeſe conferunt. Cui culpæ, cũ neqꝫ nos vllo pacto affines ſimus: neqꝫ
vos eſſe videamus: pręđicimus dum integrum vtriſqꝫ eſt bene conſultate: ne fœdera rum-
patis: neqꝫ iuſiurandum pręuaricemini: ſed controuerſias noſtras ex conuentis dirimamꝰ.
Alioqui deos quos iurauimus teſtamur: nos bellum propulſaturos eatenus quatenus vos
Peroſo. eius auctores ꝓuocaueritis. Hæc Athenienſes. Poſtq̃ audierunt Lacedæmonii ſociorum q̃
relas aduerſꝰ Atheniẽſes: & q̃ atheniẽſes dixerũt: ſũmotis oĩbꝰ apđ ſeipſos de rebꝰ pſẽtibꝰ
cõſultauerũt: & plurimũ ĩ idẽ cõuenere ſẽtẽtiæ: iã iiuſte agere Atheniẽſes: & q̃primũ bello
vlciſcẽdos. Procedẽs aũt Archidamꝰ eoꝝ Rex, & ſolers habitus & modeſtꝰ, ita verba facit.

Oratio Archidami Regis apud Lacedęmonios.

MVltorũ iam bellorum Lacedæmonii & ipſe ſum expertꝰ: & tales eſſe ſcio ex vobis
qui ætatis eiuſdem ſunt: vt neqꝫ per imperitiam quis, id quod multis contingit:
bellũ concupiſcat: neqꝫ ipſum expedire ac tutũ eſſe exiſtimet. Hoc autem quo de
nũc agimus: ſiquis ſagaciter ratiocinetur: non inter minima habendũ eſſe comperietis. Nã
aduerſus quidẽ Peloponnenſes atqꝫ finitimos, noſtrę vires pares ſunt: cũ poſſimus cõtra ſin
gulos arma circunferre. Aduerſus autem viros q procul incolunt: quiqꝫ rei maritimæ ſunt
expertiſſimi: ac cęteris rebus omnibus pręclariſſime muniti: diuitiis, & priuatis & publicis
claſſe, equitatu, armis, hominum copia quanta in Gręcia nuſq̃ eſt alibi: duntaxat vno in lo
co: præterea ſociis multis tributariis: quo tandem modo bellum debemus ſumere? Et qua
frẹti re, cum ſimus imparati, illos inuadere? An claſſe? at ea inferiores ſumus. Cui inſtruen
dę ſi operam impendamus: vt pares ſimus: temporę opꝰ eſt. An pecunia? at iſta multo etiã
ſumus inferiores. Quã neqꝫ in publico habemus: neqꝫ vnde prompte ex priuato cõferamꝰ
Confidat forſitan aliquis: ꝙ & armis eos & hominum multitudine antecellimus: vt terrã
eorum peragrantes vaſtare poſſimus. Atqui reliquum terræ quod habent permultum eſt
& quibus indigebunt ea mari importabunt. Qꝫ ſi eorum ſocios ad defectionem ſollicita-
bimus: oportebit nos illis claſſe ferre auxilium: maiore ex parte inſulanis. Itaqꝫ quodnã erit
noſtrum bellum? quí niſi aut nauibus ſuperauerimus: aut prouentus vnde claſſem alunt
pręripuerimus: plura de noſtris ſimus deſtructuri. Qꝫ q̃ ne deponere quidem bellum poſtea
fuerit decorum: præſertim ſi illius nos mouendi potius auctores fuiſſe videamur. Neqꝫ ve
ro ſpe illa ſubleuemur cito debellãdi: ſi agrũ eoꝝ ꝑuaſtemꝰ: cũ timeã magis ne bellum libe-

ris noſtris relinquamus.Neq; credibile eſt:Athenienſes eos ſpiritus habere:vt aut propter
agrum vaſtatum inducantur ad ſeruiendum:aut bello perterreantur:tanq̄ inexperti bellā
di.Neq; rurſus ita deſipio:vt vos iubeam ſinere ab illis lædi ſocios veſtros; nec caſtigare in
ſidiantes:ſed nondum ad arma prorumpere:verum mittere ad eos expoſtulatum:neq; bel
lum valde oſtendentes,neq; tanq̄ ſine bello talia permiſſuri. Et interea noſtra ipſorum ap
parare ſociorum prouentu: tum Græcorum tum Barbarorum:ſicunde virium aliquid,vł
ad claſſem,vel ad rem pecuniariam aſciſcemus.Extra inuidiam eſt: quibuſcunq; tendunt
inſidię:quemadmodum nobis ab Athenię̄ſibus;eos aſciſcendis non Gręcis modo,verum
etiam Barbaris ſaluti ſuæ conſulere.Et tamen e noſtris rebus copię ſuppeditabūtur.Qꝫ ſi
legatos noſtros exaudierint: optimum fuerit.Sin minus,duorum triumve annorum ſpa-
cio,nos iam melius muniti,bellum illis inferemus.Qui cernentes iam noſtrum apparatū
eumq; congruere cum verbis quibus iſta ſignificauimus: magis concedant vtiq; illæſum
adhuc agrum habentes:& de bonis præſentibus nondum ab hoſte corruptis deliberantes.
Nihil enī aliud ipſorum agrum putetis eſſe; q̄ obſidem: cum eum obtinent:atq; eo magis
quo melius excolitur:cui q̄plurimum parcere debemus: nec ad deſperationem compulſos
illos inexpugnabiles reddere. Si enim nondum apparati ſociorum accuſationibus inducti
eum vaſtemus; videte ne deformius atq; damnoſius Peloponneſo conſulamus:quoniam
accuſationes & publicæ & priuatę extingui poſſunt:bellum autem quod priuatorum cau
ſa ſumitur ab vniuerſis:ī certum quonam ſit euaſurum: non facile deponitur cum decore.
Quod ne cui videatur ignauię dandum:multas vrbes aduerſꝰ vnam non cōtinuo ſuſcipe
re:ſunt & illis ſui ſocii:nō pauciores,q̄ nobis:& ii ſtipendiarii: & bellum fere nō magis ſtat
ope armorū q̄ ſumptibus:per quos vtilia ſunt arma: præſertim hominibus mediterraneis
aduerſus maritimos.Quare demus operam prius vt ſuppetant ſumptus:non ſociorum
verbis efferamur:qui certe vt plus cauſę in vtram partem res cadet habebimus: ita per qui
etem vtro ſit res caſura prouidebimus.Nec vos tarditatis atq; cunctationis quam in nobis
maxime reprehendunt pudeat.Nam & properando ad bellū,ſerius illud finietis: quod im
parati adieritis:& quia noſtra ciuitas ſemper extitit libera & glorioſiſſima: poteſt iſta cun
ctatio præcipue videri germana noſtræ grauitatis.Propter hanc enim ſoli nos neq; proſpe
ris ſuperbimus: & aduerſis minus q̄ cæteri conſternamur: neq; laudibus nos incitantium
ad difficiliora,q̄ nobis videantur capeſcenda,erigimur voluptate:neq; ſi quis accuſationi
bus exacuit:iccirco magis ad aſſentiēdum inducimur:ꝑpter modeſtiam bellaces: & iidem
circunſpecti:bellaces quidem:quia modeſtiæ verecundia particeps eſt:verecundiæ rurſus
præſtantia animi:circūſpecti vero,ꝙ edocti ſumus indoctiorum eſſe leges contemnere:mo
deſtiuſq; vel cum difficultate illis obtemperare.Neq; in hoc ſumus valde ſolertes vt appa
ratum hoſtilem ſpecioſa ſed inutili oratione vituperemus:& bellum mox non perinde ipſo
opere ineamus; ſed vt ſentiamus cogitationem hominum non longinquorum proximas
eſſe noſtris:nec fortuitos caſꝰ ſub orationē venire.Tanq̄ aduerſus hoſtē recto conſilio vten
tē,nos factis ſemper inſtruamur:nequaq̄ ſpem habentes ex illo tāq̄ peccaturo:ſed quemad
modū ipſi nos,diligenter ſibi prouiſuro. Neq; debemus arbitrari īter hominē & hominem
magnopere differre:ſed illum eſſe præſtantiſſimum qui ī rebus neceſſariis maxime erudit.
Hæc igitur inſtituta quæ nobis noſtri maiores tradiderunt:quæq; ipſi tenētes,perpetuo ꝑ
fecimus:ne omittamus:neve breui momento temporis adducamur ad conſultādū de mul
toꝝ capitibus:de multis pecuniis:de multis vrbibus: de gloria:ſed per ocium id agamus:
qđ nobis propter potentiam præter cæteros agere licet.Mittite ad Athenię̄ſes de Potidea:
mittite de aliis expoſtulatū:quibus illatam iniuriam ſocii aiunt:eo quidem magis,ꝙ iudi-

cło ſe offerunt: quod qui faciunt: aduerſus eos, tanq̃ iniuriam inferentes, ire legitimũ non
Peroſo. ẽ: & nihilominꝰ bellũ apparate. Hęc faciẽtes & p̃clariſſime cõſulueritis: & hoſtẽ maxĩe ter-
tueritis. Et Archidamꝰ q̃dẽ ita loquutꝰ ẽ. Procedẽs aũt vltimo loco Sthenelaidas q tũc vnꝰ
Ephori. erat ex Ephoris (hoc eſt tribunis plębis) ſic apud Lacedęmonios inquit.

Oratio Sthenelaidæ ephori apud Lacedęmonios.

Sthene-laidę cõcio. VErba quę Athenienſes multa fecerũt: equidem non intelligo: Nam ſeipſos ma-
iorem in modum iactauerunt: nihil ſane refellentes: ſe non intuliſſe iniuriam ſoci
is noſtris atq; Peloponneſo. Qui etſi contra Medos tunc boni fuerunt: nunc ꝙ er
ga nos mali ſunt: duplici ſunt digni ſupplicio: mali ex bonis effecti. Nos autem noſtri ſimi
les: q̃les tunc: tales nũc ſumꝰ. Qui ſi ſapimus: ſocios noſtros nõ habebimus cõtemptui af-
fectos iniuria: nec eos vltum ire differemus: cum ipſorum non differatur iniuria. Nã aliis q
dem ſuppeditat multitudo pecuniarum, nauium, equorum: at nobis ſtrennui ſocii, haud
digni quos Athenienſibus prodamus: nec quorum cauſa iudiciis diſcutiatur, & verbis: cũ
non ſunt ipſi verbis læſi: ſed vindicetur mature atq; omni conatu. Neq; vos quiſq̃ laceſſi-
tos iniuria, doceat: quonam modo conſultare conueniat. Eis conuenit potius diu conſulta
re: qui ſunt illaturi iniuriam. Qua de re Lacedæmonii e dignitate Spartana bellum decer
Peroſo. nite. Nec Athenienſes ſinaris effici maiores: nec ſocios a nobis proditos eſſe: ſed diis duci-
bus bellum inferamus iniuriam inferentibus. Hęc locutus cum eſſet ephorus: rem ad ſuf-
fragia retulit in concionem Lacedęmoniorum: ac negauit (clamore enim non calculis dãt
Lacedęmonii ſuffragia) dignoſcere ſe: clamor vter maior eſſet: ſed volens eos aperte ſenten
tiam declarantes, ad ſumendum bellum proniores eſſe inquit. Cui veſtrum videntur Lace
dæmonii rupta fœdera: & Athenienſes iniurii eſſe: ſurgat in locum illum: oſtendens ei cer
tum locum: cui non videntur, in alterum. Illi tranſeuntes cum altrinſecus ſteterũt: multo
plures fuere: quibus fœdera rupta viderentur: accitiſq; ſociis dixerunt: ſibi quidem videre
iniuſte agere Athenienſes: velle tamen hortari ſocios omnes ad dãda ſuffragia: vt commu
ni cõſilio bellum, ſi videatur, geratur. Et illi quidem cõfectis his domum abiere: & poſt eos
legati Atheniẽſes: cum reſponſum retuliſſent de iis quorum gratia venerant. Hoc aũt plę-
Lacedæmonii in Atheniẽſes ire diſponunt. biſcitum, fœdera eſſe rupta, factum eſt quarto decimo anno q̃ tricennalia ſunt inita fœde-
ra Euboicum bellum ſecuta. Enimuero decreuerũt Lacedæmonii fœdera rupta eſſe & bel-
lo vindicanda: non tam inducti ſociorum verbis: q̃ metu: ne Athenienſes potentiores fie-
rent: quibus cernerent iam plurimum Græciæ ſubiectum eſſe. Nam Athenienſes hunc in
modum ad eas res venerunt: in quibus aucti ſunt. Poſteaq̃ Medi ex Europa deceſſerunt:
nauali pariter ac pedeſtri pugna a Græcis victi: & eorum qui mari effugerunt apud Myca-
Leotychides Lacedęmoniorum rex. len abſumpti ſunt: Leotychides Lacedęmoniorum rex, Græcorum, qui apud Mycalen erãt
dux, abiit domum: habens qui ex Peloponneſo erant ſocios. Athenienſes vero ſociiq; ex Io-
nia & Helleſponto, q iam ab rege defecerant: perſtãdo Seſtum a Medis inſeſſam oppugna
runt: ibiq; hibernantes ceperunt Barbaris dilapſis. Poſt quod omnes fere in vrbes rediertũt
Nauigantes ex Helleſponto Atheniẽſes ſimul ac eis Barbari ex regione ceſſerunt: publice
vbi depoſuerant: recipiunt liberos: vxores: & quę ſupererat: rem familiarem: vrbemq; exci-
tare ędificiis parant: ac muris. Ambitus enim parum extabat: domus plæręq; conciderant:
paucæ in quibus manſerant primores Perſarum incolumes erant. Quod futurum intelli-
gẽtes Lacedęmonii venere legati: qbꝰ q̃dã voluptati fuerũt: cernẽtibꝰ, neq; ſe neq; aliũ quẽ
q̃ muros habentem: hoc aũt moleſtũ vtiq; ſociis exacuentibus: ꝙ timerent: tum nauium
copiam quanta non antea fuiſſet: tũ auctã in bello Medico audaciam. Poſtularunt itaq; ab

eis ne muros reficerent: ſed potius omnium extra Peloponneſum vrbium quarumcũq; ſtã
rent ambitus demolirentur. Quid vellent ac ſuſpicarentur: non patefacientes illi quidem
Athenienſibus: prætendentes tamen ne Barbarus ſi rurſus rediret: haberet vnde ex tuto, ſi
cut modo ex Thebis procederet. Peloponneſum omnibus receptaculum idoneum ac tuta
men eſſe. Athenienſes talia locutos Lacedęmonios confeſtim dimittunt: cum ſe miſſuros
illuc de hac re legatos reſpondiſſent: Themiſtoclis conſilio. Is iuſſit vt ſe q̃primum Lacedæ
monia mitterent legatum: ſocios, qui eligendi eſſent non ſubito: ſed eos tamdiu retinerẽt:
vſq; dum muros ad iuſtam altitudinem excitaſſent: vnde commode ſaltẽ pugnari poſſet
omnibus prorſus, qui in vrbe eſſent adiuuantibus, & ipſis, & vxoribus & liberis: nulli parcẽ
tes: neq; priuato neq; publico ædificio: vnde aliqua in id opus vtilitas foret: ſed omnia diru
entes. Hæc cum docuiſſet: ſignificaſſetq; alia quæ illic eſſet acturus: diſceſſit. Cunq; La-
cedęmonia veniſſet: non adiit magiſtratus: ſed multa prętẽdebat ac cauſabatur: quotieſq;
aliquis quæſtorum interrogaret cur in Senatum non procederet: expectationem ſociorum
excuſabat: occupatione enim eos aliqua diſtineri: ſperare ſe tamen propediem venturos: &
mirari nondũ adeſſe. Quę audientes ei ꝓpter amicitiam acquieſcebant. Cum autem alii vẽ
titarent: aperteq; coarguerent muros fieri: atq; adeo iam ſublimes eſſe: non habebant: vnde
non crederent. Quod ſentiens Themiſtocles iubet eos potius q̃ verbis ſeducantur certos
ex ſeipſis mittere: qui rem fideliter exploratam renuntient. Illis mittẽtibus quoſdam e ſuis
& ipſe clam per nuntium Athenienſes admonet: vt eos qui mitterentur a Lacedæmoniis
retineant: idq; q̃minime aperte: nec prius dimittant q̃ ſe iterum receperint. Et iam collegæ
eius venerant: Abronichus Lyſiclis, & Ariſtides Lyſimachi filius: nuntiantes iã iuſtam ha
bere altitudinem murum. Timuerat enim ne non a Lacedęmoniis vbi rem plane reſciſſent
amplius dimitterent. Athenienſes vt iuſſi erãt: legatos retinẽt. Et Themiſtocles tunc de-
mum adiens Lacedæmonios: palam (inquit) vrbem ſuam iam muris præditam eſſe: ita vt
idonea ſit ad eos qui incolunt tutandos. Qꝫ ſi illuc velint Lacedęmonii ſociive legationem
mittere: miſſuros in poſterum tanq̃ ad eos qui dignoſcant quę ſibi conducant: quęq; e rep.
ſint. Nam quum antiquiꝰ viſum fuit ipſis vrbem deſerere: naueſq; conſcendere: oſtendiſſe
ſe ſine eis hoc ſcire audere: et quæcunq; cum eiſdẽ conſultare: ea nullo poſtea decreto fuiſſe
patefacta. Nunc autẽ videri ſibi antiqus vrbem ſuam muros habere: idq; & priuatim ciui-
bus & vniuerſis ſociis conducibilius fore. Neq; enim fieri poſſe vt ab inæquali facultate æq̃
liter ac ſimiliter in medium conſulatur. Itaq; oportere aut omnes ciuitates confœderatas
carere muris: aut eos ſentire hos quoq; recte factos eſſe. His auditis Lacedæmonii indigna-
tionem in Athenienſes, non illi quidem pręſetulerunt. Non enim vt vetarent: ſed vt quo-
dammodo in cõmune conſilium darent: legationem miſerant: præſertim adhuc propẽſi in
amorem Athenienſium propter ſingulare illorum aduerſus Medos ſtudiũ. Tamenq; hæc
eos ſpes fruſtrata eſſet: tacite infenſi erant. Ita vtroꝝ legati citra incuſationẽ domũ reuerte
runt. Atq; hunc in modum Athenienſes vrbem exiguum intra tempus muro cinxerunt.
Et indicio eſt etiam nunc ipſaq; ſtructura properato fuiſſe factam. Nam fundamenta plu
rifariorum lapidum, & alicubi non coagmentatorum, iacta ſunt: atq; vt quæq; offereban-
tur ſaxa: multa etiam ex monumentis laborataq; ſunt congeſta: maior enim murus q̃ pro
magnitudine ciuitatis ducebatur: eaq; propter omnia mouentes labori pariter incumbe-
bãt. Perſuaſit pręterea Themiſtocles: reliqua Pirei ambiri iam antea inchoata quo anno ip
ſe Athenienſibus præfuiſſet: exiſtimans tum ipſum locum commodiorẽ fore: tres ſuapte
natura portus habentem: tum ciues fieri nauticos magnopere proficere ad potentiam am
pliandam. Quippe primus auſꝰ eſt dicere mari reſiſti poſſe: ſtatimq; moliri cœpit. Cuiꝰ cõ

Abronichus

Ariſtides.

Lacedęmoniorũ in Athenienſes indignatio.

ſilio Athenienſes extruxere murum circum Pirea: qui nunc quoq; demonſtratur eius lati-
tudinis: vt per eum duo plauſtra lapides comportantia e regione prẹterirent. Interneq; fru
ſta lapidum inerant: neq; lutũ: ſed ſaxa grandia ad normam inciſa coagmentataq;: & quæ
exteriora erãt ferro inuicem plumboq; ferruminata. Altitudo fere dimidiotenus abſoluta
eſt: eius qđ ille deſtinauerat. Deſtinauerat enim vt celſitudo ipſa latitudoq; arceret hoſti-
les incurſus paucorum hominũ eorumq; imbecilliſſimorum ſuffectura cuſtodia: cæteri au
tem naues conſcẽdere. Nam in rem nauticam præcipue incũbebat: intelligens, vt mea fert
opinio: regiarum copiarum aduentum: mari q̄ terra vehementiorem futurum: ac Pirea ma
gis q̄ ſuperiorẽ vrbem expedire. Adeo ſæpenumero Athenienſes eſt adhortatus: ſi quando
a terra vrgerentur in hunc deſcenderent: omnibuſq; re nauali reſiſterent. Et Athenienſes q
dem ad hunc modũ cum alia munierunt: tũ muros extruxerunt: ſtatim a diſceſſu Medo-
Pauſani rum. Pauſanias nãq; Lacedẹmoni⁹ Cleombroti filius: grẹcorum dux, cũ. xx. nauibus ex Pe
as cuius loponneſo dimiſſus: quem comitatẹ ſunt. xxx. Atheniẽſium naues & aliẹ ſociorũ ꝑmultẹ:
filius. ingreſſiq; hoſtiliter Cyprum, multa eius oppida ſubegerunt. Deinde profecti, Bizantium
Cyprus a Medis occupatum obſederunt hoc duce. Quo iam facto imperioſiore, cũ alii Grẹci tum
a Græcis prẹcipue Iones, ac quicunq; recens regio dominatu liberati erant offendebantur. Itaq; ad-
ĩfeſtatur. itis Athenienſibus poſtulauerunt vt pro neceſſitudine quẹ inter eos eſſet: ſe duces ipſis ꝓ-
berent: nec Pauſaniam violenter agere ſinerent. Athenienſes hæc verba approbantes, pro-
ſpiciebant: tanq̄ voluntatem eorum non neglecturi: vbi cætera conſtituiſſent: quemadmo
Pauſani- dum ſibi optime videretur. Interea Lacedẹmonii Pauſaniam accerſũt de iis cognituri quæ
as duca- audiſſent. Etenim multa eius iniuſtitia a Græcis aduenientibus deferebatur: potius eum
tu priuat̃ videri tyrannum agere q̄ ducem. Euenit vt eodem tempore ille accerſeretur: & ipſius odio
ſocii ad Athenienſes tranſirent: præterq̄ ex Peloponneſo milites. Reuerſus Lacedæmona
nonnullarum priuatim iniuriarum conuincebatur: maximis autem criminibus abſolueba
tur. Inſimulatus eſt autem nõ in poſtremis; ꝙ cum Medis ſentiret: & videbatur manifeſtiſ
ſimũ eſſe: nec ob id eum amplius pro duce miſerunt; ſed Dorcen: cunq; eo alios quoſdam
non magnum exercitum habentes: qui cum ad ipſos ſolitum non deferrent imperium: ſo-
cii re cognita abierunt. Poſtq̄ eos, Lacedẹmonii nullos ſibi mittendos eſſe cenſuerunt: veri-
ti ne ii quos mitterent ſibi deteriores fierent: id quod in Pauſania proſpexerant. Eo quidem
magis ꝙ & defungi Medico bello cuperent: & exiſtimarent Athenienſes: tum ſatis idoneos
duces eſſe: tum ſibi vt illo tempore amicos. Accepto hac ratione Athenienſes principatu:
libẽtibus propter odiũ Pauſaniẹ ſociis, ſtatuerũt: quas pecunias quaſq; naues ẹquum eſſet
præbere ciuitates: ad regium bellum: per ſpeciem reddendæ calamitatis: quam paſſi erant
vexandis inuicem bello regis prouinciis. Tunc primum Græciẹ ẹrarii prẹfecti ſunt inſtitu-
ti ab Athenienſibus qui tributum reciperent. Sic enim appellata eſt pecuniarum collatio.
Primũq; tributum conſtitutum quadringentorum ſexaginta talentorum: ẹrarium eorum
Tributo- fuitq; Delos: quo in templo cœtus fiebant: ac duces inter initia ex ſociis erant: qui ſuis legi
rũ prima bus viuerent: & ex publicis conciliis conſultarent. Hucuſq; peruentum eſt bello & geren
collectio. darum rerum ſtudio: inter hoc & Medicum bellum quæ ipſi geſſerunt cum Barbaro: cũq;
ſociis nouas res molientibus: & eos Peloponnenſes qui in omni re ſemp intercedebãt. Scri-
pſi autem ea ab inſtituto ſermone egreſſus: ob id ꝙ ab omnibus qui ante me fuerunt lo-
Hellani- cus hic prẹtermiſſus eſt: ſcribentibus aut res ante Medicum bellũ geſtas aut ipſum bellum
c⁹ Hiſto. Medicum. Quorum Hellanicus qui iſta attigit in Attica hiſtoria: & breuiter meminit: ne
Eione q; digeſtis ſane temporibus. Prẹterea ꝙ principatus Atheniẽſium quemadmodum ſit con
vrbs ſtitutus demonſtratur. Primum quidem Eionem quẹ eſt ad Strymonẽ Medis tenẽtibus ex

Cathalogo Sitticensi inscriptus.



pugnauerunt diripueruntq; duce Cimone Miltiadis filio. Dehinc Scyrum in Aegeo insulã: quã incolebant Dolopes: diripuerunt: ipsiq; coluerũt. Fuit eis & cum Carystiis sine aliis Euboiis bellum: tandemq; in deditionem redegerunt. Post hęc cũ Naxiis qui defecerant bellum gesserunt: oppugnandoq; eos subegerunt. Prima hæc sociarum ciuitatum præter constitutum in seruitutẽ redacta est. Mox & aliæ: vt quæq; contingebat. Defectionis autẽ causæ: cum alię fuerunt: tum vel pręcipue tributorum: vt causabantur: penuria nauiumq; & siquis in militia desertor extitisset. Nam exacte agebant Athenienses: erantq; acerbi in adigendis hominibus ærumnarum insuetis, eaq; recusantibus: & alioqui non iam ea qua consueuerant comitate imperabãt: neq; ex ęquo militabant: quippe qui facile possent eos subigere qui defecissent. Cuius rei causa illi ipsi extiterant socii. Nã propter hanc militãdi pigritiã: plęriq; ne domo abessent: constituerunt nauium loco pro portione pecuniam soluere. Ex qua solutione Atheniensium quidem res naualis adaucta est. Ipsi vero cum desciscebant bellum: & imparati & inopes suscipiebant. Cõmiserunt post hęc Athenienses sociiq; cum Medis prælium: & pedestre ad flumen Eurymedontem in Pamphylia: & nauale: atq; in vtroq; & eodem die vicerunt duce Cimone Miltiadis filio: captis corruptisq; omnib9 ad ducentas Phœnicum triremibus. Aliquantoq; post tẽpore contigit: vt ab eis deficerẽt Thasii: indignatione contracta: ob emporia quæ in aduersa Thracia: cum aliarum rerum: tũ metalli ab illis fiebant. Athenienses eo nauibus profecti Thasios pugna nauali vicerũt: in terramq; descenderunt. Missis quoq; sub idem tps ad Strymona decem milibus colonorum: tũ suorũ: tum socialiũ: tanq̃ volentes habitare oppidum quod Edoni tenebant: tũc Decem vias nũc Amphipolim appellatum, illo quidem potiti sũt. Sed progressi ĩ mediterranea Thracię, ab ipsis Thracibus: quibus infestum erat id oppidum si incoleretur: apd̃ Draniscum Edonicum oẽs sunt ĩterempti. Thasii vero pręlio victi & obsessi, Lacedęmonios in auxilium vocauerunt: hortãtes vt ad se tutandos Atticam inuaderent. Q; se facturos illi clam Atheniensibus receperunt: ac fecissent nisi prohibiti fuissent terręmotu. Quo tẽpore & mancipia ex finitimis Thuriatę Etheesq; Ithmonẽ aufugerunt. Erant autem mancipiorum plæraq; ab antiquis illis Messeniis tunc in captiuitatẽ ductis oriunda: eoq; Messenii omnes vocabantur. Itaq; aduersus eos qui Ithmonę erant bellum suscepere Lacedæmonii. Thasii tertio q̃ oppugnari cœpti sunt anno, Atheniẽsibus sese dediderunt: muris dirutis: nauibus traditis: pecuniis imprępentiarũ quidẽ quãti pendi debebant: solui iussis: in posterum reliq̃s: relicta eius continente ac metallo. Lacedæmonii bello quod gerebant cũ iis q erant Ithomę: in longũ eunte, euocauerunt cũ alios socios: tũ vero Athenienses: prout & ierunt: Cimone duce non exiguis cum copiis: ob id autem maxime euocati: q; pręcipui videbantur in pugna murali: q; q; constabat diutina in obsidione ista re opus esse: atq; ita vi oppidũ capi posse. Q d̃ & fuisset: verum ex hac primũ expeditione inter Lacedęmonios Atheniensesq; dissensio palam facta est. Lacedęmonii enim quum oppidum vi non caperent reformidarũt Atheniensium, tum audaciam: tum ad res nouãdas animum: simulq; suspicãtes nequid peregrini si permanerẽt ab iis q Ithmonę erant sollicitati, molirẽtur noui: solos omnium sociorum dimiserunt suspitiõe dissimulata: tantum negantes, se illorum opera ampli9 egere. Athenienses haud nescientes non se meliore causa missos fieri: sed suspitiõe aliqua: grauiter acceperunt: nec ita de Lacedęmoniis meritos se esse existimãtes, vt ista paterentur: cum primum reuersi sunt societatem soluerunt cum Lacedęmoniis Medico bello contractam: inieruntq; eam cum Argiuis illorum hostibus: & ĩter vtrosq; aduersus Thessalos quoq; ictũ est fœd9. Porro ii qui intra Ithmonẽ erãt decimo demũ anno cũ iam impares essent oppugnantibus, acceperunt a Lacedęmoniis oblatam conditionẽ: ne cũ ex Pelo

Scyros insula Dolopes

Bellũ inter Atheniẽses & Medos.

Eurymedon flu.

Thasii ab Atheniẽ. desciscũt

Edoni populi.

Ithmone Messeniotũ duct9 ĩ captiuitatem.

Thasiorũ deditio.

Atheniẽsiũ & Lacedęmoniorũ dissesio.

ponneſo fide publica exceſſiſſent: & ex ipa nunq̃ ipſis vlterius regreſſus eſſet: ſiquis deprehenderet̃ ſeruus fieret capientis. Erat autẽ redditũ Lacedæmoniis oraculũ quoddã Pythiũ anteq̃ ſupplex Iouis Ithomita abeat. Exeuntes eos vna cũ liberis & vxoribus Athenienſes odio iã Lacedęmonio℞ exceperunt: & in Naupacto quã nuꝑ inſeſſam a Locris Ozolis ceperant: collocauerũt.

Megarenſes a Lacedęmoniis deficiũt.

Megarenſes quoq; a Lacedęmoniis ad Athenienſes defecerunt: ꝙ a Corinthiis de terminis contendentes bello victi eſſent. Tenueruntq; Athenienſes Megara & fontes: ingenteſq; extruxerunt Megarẽſibus muros ab vrbe ad Niſeam: eoſq; ipſi tuebant̃. Vnde primũ Corinthiis non mediocre in Athenienſes odiũ conflatũ eſt.

Inarus Libyus. Libya. Maria vrbs.

Inarus aũt Liby⁹ Pſammitici filius Libyorum rex: qui ſunt ęgypto finitimi: ex vrbe Maria, quę eſt ſuꝑ Pharũ profectus: effecit vt ad ſe plæraq; Aegyptus ab rege Artaxerxe deficeret: moxq; Athenięnſes ad belli ſocietatẽ aſciuit: tunc forte apud Cyprum in expeditione agentes ducentis cũ nauibus: tũ ſuis tũ ſociorum. Illi relicta Cypro ſe illuc contulerunt: & a mari in Nilum nauigantes, flumine ipſo, & duabus Memphidis partibus potiti ſunt: ad tertiam quæ vocatur albus murus cũ iis bellabant: qui intus erant Medis Perſiſq;: qui eo fugerant: et Aegyptiis q cum aliis non rebellauerant.

Athe. vincuntur. Cecryphalea.

Item egreſſi nauibus Athenienſes in Haliã cum Corinthiis Epidauriiſq; cõmiſſa pugna a Corinthiis victi ſunt. Poſteaq; Cecryphaleam nauali cũ Peloponnenſibus prælio vicerunt. Moto aũt poſt hæc aduerſus Aeginetas bello, ingens inter hos ad Aeginã extitit pugna naualis, cum ſuis vtroſq; ſociis: victoriaq; penes Athenięſes fuit captis hoſtium ſeptuaginta nauibus: qui egreſſi ĩ terram vrbem oppugnare cœperũt: duce Leocrate Strœbi filio. Peloponnẽſes dehinc Aeginetas aſſerere volentes, trecentis primum armatis Corinthiorum Epidauriorumq; Aeginã auxilio tranſmiſſis, ꝓmontoria Geranęę occupant. Necnon Corinthii cum ſociis ĩ agrum Megaricum deſcendunt: exiſtimãtes non futuros pares Athenienſes tutandis Megarenſibus, abſente tum apud Aeginam tum apud Aegyptum exercitu: & ſi hos tutari velint: ab Aegina deceſſuros. Athenienſes exercitum quidem ab Aegina abduxerunt: ſed qui reliqui erant ex ciuitate, vel prouectioris, vel ineuntis ætatis, duce Myronida Megaram profecti ſunt: pugnaq; commiſſa cum Corynthiis æquo marte diſceſſum eſt: vtriſq; in ea re non peius actum eſſe ſecum exiſtimantibus.

Myronides dux Atheniẽ. Athe. & Corin. pugna. Corĩthii vincunt̃. Nicome. Cleõbroti filius dux Lacedæmoniorum. Pliſtoanax.

Athenienſes tamen vt qui viciſſent: magis abeũtibus Corinthiis, tropheum ſtatuerunt. Corinthii male accepti a ſenioribus ſuis: qui in vrbe erãt: poſt duodecim ferme dies inſtructi venerũt: & regioneq; trophæũ & ipſi ſtatuerunt tanq̃ victores. At vero Athenienſes e Megara cũ vociferatione procurrentes: eos quidem qui trophæum ſiſtebant interemerunt: cum cæteris autem congreſſi ſuperarunt: illi ſuperati abierunt. Quorum pars q̃dam non exigua rapide fugiens cum itinere deerraret: ĩcidit in priuati cuiuſdã ꝑdium magna foſſa intercedente imperium. Quo cognito Athenienſes oppoſitis a fronte armatis eos abire prohibuerunt: circundataq; leui armatura: omnes qui introierant lapidauerunt. Quæ plaga Corinthiis ĩgẽs fuit: cętera turba expeditiõis domũ eis reuerſa eſt. Circa illa tẽpora & Athenienſes orſi erant longos ad mare muros extruere: alterum Phalerum, alterũ Pyræa verſus. Et Phocẽſes in expeditiõe agebãt cõtra Dores Lacedęmoniorum metropolĩ Bion: Cyturion: Erineon. Cumq; vnum ex his oppidis cepiſſent: Lacedæmonii duce Nicomede Cleombroti filio pro Pliſtoanacte Pauſaniæ regis filio adhuc puero auxiliũ Doribus tulerunt cũ mille q̃ngentis armatis ſui corporis: ſociorumq; decẽ milibus: vrbeq; ĩ deditionem a Phocenſibus recepta, reuertebantur: quos mari ſi conſilium eis eſſet per ſinum Criſſęum tranſmittere: Athenienſes pręternauigantes prohibituri erant. Nam per Geraneam haud tutum ſibi tranſitum putabant: tenentibus Megara & fontes Athenienſibus: difficilem alioqui ad tranſeundum: & ſemper Athenienſiũ pręſidio inſeſſam: & qua ſenſerant

ſe ab illis ꝓhibitũ iri. Viſũ ẽ itaq; eis apd̃ Bœotios ſubſiſtẽdo diſpicere quonãmõ tutiſſimi
trãſirent: nõnullis Atheniẽſiũ ipſos clã inducentibus: q ſperabãt democratiã id eſt ſtatũ
popularẽ tolli poſſe: & muros qui ędificabãtur. Aduerſus hos prodierunt omnes cuiuſcũq;
ætatis Atheniẽſes: & argiuorum mille: exq; omnibus fere aliis ſociis numero quatuordecĩ
milia: tum rati hoſtem neſcire qua abiret: tum ſuſpicati illum tendere ad ſubuerſionem de
mocratiæ. Acceſſerunt quoq; ad Athenienſes ex iure cõmilitii equites Theſſalorũ: qui ta-
men in re gerẽda ad Lacedęmonios tranſierũt. Cõmiſſo apud Tanagram Bœotię prælio,
Lacedęmonii ſociiq; vicerunt: & vtrinq; ingens facta eſt ſtrages. Et Lacedęmonii agrũ Me-
garenſem ingreſſi, cæſiſq; arboribus, retro per Geraniã & Iſthmum domũ redierunt. Athe
niẽſes altero & ſexageſimo a pugna die exercitum in Bœotios duxerunt duce Myronida
& pręlio in arbuſtis iito Bœotios vicerũt: Bœotiaq; plaga, ac Phocide potiti ſunt: muroſq;
Tanagrenſium demoliti, & Locrenſium: Opuntiorum locupletiſſimos cẽtũ viros obſides
acceperunt: ſuoſq; ipſorũ longos muros abſoluerunt. Poſthæc Aeginetæ ad Athenienſes
deditionem fecerunt: deiectis muris: traditis nauibus: impoſito in poſterũ tributo. Ad hæc
circũuecti Peloponneſum Athenienſes, duce Tolmida Tolmei filio Lacedæmoniorum na
ualia incenderunt. Chalcidẽ Corinthiorũ oppidum ceperunt: Sicyonios in ipſo in terram
egreſſu congreſſi vicerunt: adhuc apud Aegyptum manentibus Athenienſibus illis atq;
ſociis: quibus & ipſis multifaria bella contigerunt. Iam primum vbi potiti ſunt Aegypto
Athenienſes: miſit Rex Lacedæmona cum pecuniis Megabazum genere Perſam: vt Pelo-
põnenſibus pecunia pſuaſis Atticã inuadẽtibus ſũmoueret ab Aegypto Atheniẽſes. Qd̃
vbi parum procedit: fruſtraq; pecunia abſumpta: quod reliquum erat Megabaz⁹ rurſus in
Aſiam retulit: mittit Megabazum Zopyri filium, virum Perſam cũ ingenti exercitu: qui
terreſtri profectus itinere, Aegyptios ac ſocios pręlio vincit: ex Memphide Gręcos eiicit: ad
extremum in Proſopitide iſula cõcludit: ibiq; annũ ſolidũ ac dimidiatũ obſidet: vſq; dum
auerſa alio aqua, ſiccatiſq; alueis naues in ſicco ſederent: & ex magna parte inſulã faceret
cõtinẽtẽ: quã cũ peditatu trãſgreſſus cepit. Ita res Græcorũ ſex annis bello geſto perierũt:
paucique ex multis pagrata Libya Cyrenen ꝓuenientes, incolumes fuere: plęriſq; abſumptis
Atq; iterum Aegyptus regis ditioni cõceſſit: præter Amyrteũ in paluſtribus regnantem.
Hunc ꝓpter vaſtitatem ſaltus paluſtris expugnare nequierunt: cũ præſertim Aegyptio-
orum pugnaciſſimi ſint ſaltum illũ incolentes. Inarus tamẽ Libyorum rex harum omniũ
ĩ Aegypto rerum author per proditionem captus in crucem actus eſt: Athenienſiumq; at
q; aliorum ſociorum, quinquaginta triremes, quę ſucceſſuræ ĩ Aegyptũ nauigabãt: appul
ſę ſunt ad Mendeſium vnũ e Nili cornibus: ignaræ prorſus rerum geſtarum. Quas a terra
aggreſſus peditatus: & a mari Phœnicum claſſis: plęraſq; abſumpſerunt: pauciorib⁹ fuga
retro elapſis. Hunc fecit exitũ ingens illa Athenienſium ſociorumq; in Aegyptum expe-
ditio. Ex Theſſalia ab Oreſte itẽ Echecratidę filio ex Theſſalia Theſſalum regem fugiẽte
perſuaſi Athenienſes: vt ipſũ reducerent: aſſumptis Bœotiis Phocenſibuſq; ſociis ĩ expedi
tionem aduerſ⁹ Pharſalum Theſſaliæ ierunt: & terra quidem potiti, eatenus tenebãt: qua
tenus non multum procedendo ſub armis erant. Nam ab equitatu Theſſalorum prohi-
bebant: vrbem tamen non expugnauerunt. Et cum nihil ex iis quorum gratia expeditionẽ
ſumpſerant: ſucceſſiſſet eis: ĩfecto negocio reuerſi ſunt Oreſtem ſecum habẽtes. Nec diu
poſt hæc mille Athenienſes conſcenſis nauibus, quæ ad fontes erant: tenebant autem ipſi
fontes: in Sicyonẽ nauigauerunt: duce Pericle Xantippi filio: egreſſiq; in terrã: eos qui con
greſſi ſunt Sicyonum pugna ſuperauerunt. Statimq; aſſumptis Achæis tranſmiſſa Acar
nania ad Oeniadas in expeditionem ierunt, Obſeſſoq; ſed nõ expugnato oppido, domum

Democratia.

Lacedæmoniorũ & Athe. cõflict⁹.

Myroni. dux Lace.

Tolmidas dux Atheniẽ.

Chalcis.

Sicyonii vincunt.

Atheniẽ. Aegypto potiunt.

Megabazus pſarũ dux.

Atheniẽ. Memphi eiiciunt.

Inar⁹ rex Libyorũ crucis ſupplicio afficitur.

Theſſal⁹ rex.

Pericles.

redierūt.Poſtea cū triennalia fœdera trāſiſſent: inita ſunt inter Pelopōnēſes Athenięſeſq;
qnquēnalia: & quū grecū bellū ſuſtinuerūt Athenięſes Cypro tū arma ītulerūt:cū ducētis
ſuoꝝ tū ſocioꝝ nauibꝰ duce Cimone.Ex qbꝰ ī Aegiptū ſexagīta ꝓfectę ſūt:vocatu Amyr-
tęi ſaltuū regis.Cęteræ Citiū obſidebāt. Veꝝ Cimone vita defūcto fameq; exorta ꝓfectæ a
Salamī. Citio:tenētesq; curſū ſup Salaminē: q̄ ē ī Cypro cū Phœnicibꝰ ac Cilicibus ,& nauali & pe
deſtri pugna certarūt: & vtrobiq; victores domū ſunt reuerſi:vna cum iis q̄ ex hac claſſe ab
Aegypto redierāt.Lacedęmōii poſt hęc bellū qđ ſacrū appellat̄ ſumpſerūt:potitiq; templo
qđ ē apđ Delphos,Delphis tradiderūt.Poſt quoꝝ diſceſſū Athenięſes iteꝝ cū exercitu ꝓfe
Orcho- ctī Delphos,potitiq; tradidere Phocēſibꝰ.Interiecto deīde tp̄e cū Bœotii deſciuiſſēt : bellū
menum. Athenięſes Orchomeno Cheroneęq; & aliis qbuſdā ī Bœotia oppidis ꝙ rebellaſſent ītule-
Chero- rūt cū mille ex ſuo nūero armatis:aliiſq; ſinguloꝝ ſocioꝝ:duce Tholmida Tholmei filio:ca
nea capit̄ ptaq; Cheronea ,& īpoſito in ea p̄ſidio,cū reuerterent̄ fecerūt ī eos impetū ex Orchomeno
Bœotioꝝ,cūq; his Eubœoꝝ exules ac Locri: & qcūq; earūdē partiū erāt :victoreſq;,Atheni
enſiū alios īterfecerūt:alios viuos ceperunt.Cū qbus Athenięſes trāſegerūt:recuperatis ca
ptiuis omnē Bœotiā miſſā fecere:ī quā remigrātes Bœotioꝝ ꝓfugi cęteriq; oēs ſui iteꝝ iu-
ris effecti ſūt.Neq; multo poſt hęc Eubœa ab Athenięſibꝰ defecit.Ad quā Pericli cū Athe
nięſiū copiis iā trāſgreſſo nūciat̄ Megarā deſciuiſſe:Pelopōnēſes quoq; Atticā īuaſuros:p̄ſi
Pelopōn- dia Athenię.a Megarēſibꝰ eē cęſa:p̄ter eos q ī Niſeā cōfugiſſēt :defecerāt aūt Megarēſes aſ
nēſes At citis Corīthiis:Sicyoniiſq; & Epidauriis.Ille cōfeſtī ex Eubœa copias reduxit : & Pelopōnē
ticā depo ſes Atticā īgreſſi Eleuſinā vſq; ac Trioze depopulati ſūt duce Pliſtoanacte Pauſanię regis fi
pulant̄. lio Lacedę.duce:nec vlteriꝰ ꝓgreſſi,domū rediere: & Athe.iteꝝ Pericle duce trāſgreſſi Eu-
bœā oēm ſubegerūt:eāq; pactiōibꝰ cōpoſuerūt:p̄terq̄ Heſtięas:vnde electis īcolis ipi eā ſibi
terrā habuerūt.Reuerſi ī Eubœa, nō multo poſt fœdera cū Lacedęmoniis ſociiſq; tricēnalia
ꝑcuſſerūt:redditis Niſea fōtibꝰ Trœzene Achaia .Hęc.n.de Pelopōnēſibus tenebāt Athe.
Samiorū Sexto aūt anno cū excitatū eſſet īter Samios ob Prienē & Mileſios bellū:cū iā forēt impares
& Mileſi- bello:Mileſii Athenas ꝓfecti ī Samios īuecti ſūt:cū aſſenſu quorūdā ex ipa Samo priuatoꝝ
oꝝ bellū. hoīm , nouarū reꝝ ī rep.cupidoꝝ. Ex quo ꝓfecti Samū Athenięſes cū quadragīta nauibus
Athenię. ſtatū popularē cōſtituerūt:ſūptis obſidibꝰ quinq̄gīta Samioꝝ liberis:totidēq; viris :quos
Mileſiis apđ Lemnū depoſuerūt: & p̄ſidio impoſito abierūt.Ex Samiis aūt aliquot fuerūt q nō p̄ſti-
ſupetias terāt:ſed ī cōtinētē ꝓfugerāt ex cōpoſito cū potētiſſimis ciuitatis: & ſocietate īita cū Piſſu
ferunt. thne Hiſtapſi filio q Sardibꝰ tūc p̄erat:coactis ſeptīgētis auxiliariis noctu ī Samū trāſmiſe-
rūt.Et primū aggreſſi populū,multitudīs victores extiterūt:deīde obſidibus ſuis ex Lemno
ſubteractis rebellarūt. Athenięſiū p̄ſidiū ac prīcipes quos penes ſe habebant Piſſuthno do-
nauerūt : expeditionē etiā in Miletū cōfeſtim parātes,Bizātiis quoq; rebellionis ſociis.Qđ
vbi acceperūt Athenięſes cū ſexagīta nauibꝰ aduerſus Samū nauigarūt . Quaꝝ ſexdecim
vſi nō ſunt:partī ī Cariā ad impediēdas Phœnicū naues,partī in Chiū ac Leſbū ad euocāda
auxilia iter habentibus :quatuor & quadraginta nauibus Pericle duce:cum nouem colle-
Tragia i- gis ad Tragiā inſulā cū Samioꝝ ſeptuaginta nauibus:in quarum viginti milites veheban
ſula. tur: & quæ cunctę proficiſcebantur a Mileto:pugnarunt viceruntq;.Et cum poſtea eis ve-
niſſent auxilio Athenis quadraginta:ex Chio & Leſbo vigintiquinq; naues:egreſſi in terrā
pugnaq; pedeſtri victores vrbem obſederunt : triplici muro etiam a mari.Pericles ſumptis
Pericles ī ex iis qui ſuperuenerant ſexaginta nauibus ꝓq̄ celerrime in Caunum & Cariam contendit:
Cariā cō accepto illinc nūcio naues Phœnicum in ipſos curſum tenere.Abierat enim ex Samo quo
tendit. Steſagoras cum quinq; nauibus & alii aduerſus Phœnicum claſſem.Interea Sami repenti
na eruptione nauigantes,caſtra nullis munitionibus prædita inuadunt : ſpeculatorias na

obuiam venere: ſuperant: totoq; circa mari potiunť. Quatuordecim ferme diebus quæcun q; libuit importantes exportanteſq;: reuerſo Pericle nauibus iterum concluſi ſunt. Et Athenis poſthæc ſubſidio naues aduenere: cum Thucydide Agone & Phormione, quadraginta: cū Tlepolemo quoq; & Anticle vigīti: ex Chio etiam & Leſbo triginta. Cum quibus Samii breue quoddam ꝑliū nauale fecerunt: cumq; oppugnantibus impares eſſent: nono ſeſe menſe dediderunt: deiectis muris: datis obſidibus: traditis nauibus: pecunias: quę impenſę eſſēt: certis tēporibꝰ ſoluturi: cōuenerūt & Byzātii vt ſicut priꝰ imꝑata facerēt. Nō multis iā hīc ānis poſteriꝰ geſta: q̃ ſupiꝰ cōmemorata ſūt: Corcyrēſia Potidęēſiaq;: & q̄cūq; belli huius extitere materia: vniuerſa hęc q̃ Gręci vel īter ſe vel aduerſus Barbarū geſſerūt: ītra quī q̄ginta ferme annos geſta ſūt: a diſceſſu Xerxis ad huiꝰ initiū belli. Intra quos ſuū Athenieſes impiū ꝓpagarūt: & in multū potētię ꝓceſſerūt. Qđ intelligentes Lacedęmonii nō tñ impedimēto fuerūt: niſi ad breue tp̄s: & iteꝝ plęrūq;: q venerūt neq̄q̃ celeres ātehac ad bellū capeſſendū: nec niſi coacti. Nōnihil ēt inteſtinis ꝓhibiti bellis priuſq̃ Athenieſiū potētia apte augeſceret: & eoꝝ ſocietatem experti fuiſſent. Tum nō vlterius tolerandum duxerunt: ſed oī incūbendū ſtudio in hoc bellū: qđ ſumerēt ad illoꝝ ſi poſſent potentiā euertēdā. Igiť vbi ſtatuerūt fœdifragos atq; iniurios eē Athenieſes: Delphos ad deū cōſulēdū miſerūt: nūqd ꝑſtaret bellū gerere. Quibꝰ ille (vt aiūt) oraculū reddidit: penes bellātes ꝓ viribus victoriā fore: ſeq; (inqt) & vocatū & iuocatū auxilio futuꝝ. Ruſꝰ accitis ſociis rē ad cōſiliū placuit referri: nūqd bellū ſumere expediret: necne: & cū veniſſēt ſocioꝝ legati: habereturq; cōciliū: cęteri qdē q̃ voluere dixerūt: accuſātes plęriq; Athenieſes: & vt bellū fieret poſtulātes. Corīthii vero & antea ꝑcati ſeꝑati ſingulas ciuitates vt ſuffragia darēt de bello mouēdo: verētes ne priꝰ Potidæa euerteretť: & tūc ꝑſētes, vltimoq; loco ꝓcedētes hāc orationē habuerūt.

Samioꝝ deditio.

Oratio Corinthiorum apud Lacedæmonios.

Corīthiorū cōcio.

LAcedæmonios viri ſocii tāq̃ nec ipi decreuerīt bellū gerēdū: iā deſinamꝰ incuſare: cū nos ad hoc ipſū cōgregādos putauerit. Debēt. n. ii q ꝑſūt: ſicut in cæteris honore cūctos antecellūt: ſic res priuatas æquabiliter diſtribuētes in cōmune ꝓſpicere: Nos aut qcūq; ab Athenieſibꝰ diſſociati ſumꝰ: nō neceſſe habemꝰ admoneri: vt ab eis caueamus: ſed ii potius q mediterranea nec ad emporia incolūt: vt intelligāt niſi inferiora incolentibꝰ opē ferāt: difficiliorē ſe fructuū ꝑceptionē habituros: & itē difficiliora ſubſidia: quę mare mediterraneis ſubminiſtrat: nec debere eoꝝ quę dicunť praui iudices eſſe tāq̃ hæc ad ipſos nō ꝑtineāt: ſed expectare: ſi res inferius colentiū neglexerint: aliqñ calamitatē ad ſe ꝑuēturā: nec de ſe nūc minus q̃ de aliis cōſultari. Quominꝰ eos oportet eſſe ſegnes ad bellū ꝓ pace ſumēdū. Nā grauiū qdē hoīm ē: ſi nō laceſſanť iniuria qeſcere: egregioꝝ aūt ſi laceſſiti fuerit pacē bello mutare: eoſdē re bene geſta rurſus in cōcordiā redire: neq; belloꝝ ꝓſperitate extolli; neq; ex ocio pacis voluptate captos pati iniuriam. Nam qui propter voluptatem deſes eſt: is confeſtim deſidiæ ſuæ iocunditate: propter quam ſegnis eſt: priuatur ſi qui euerit: & qui frequenti ſucceſſu bellorum vtitur: hic infida ferocia inflatus, quę ſunt cogitāda non cogitat. Multa enim male conſulta hoſtibus inconſultius agentibus emēdata ſūt. Quinetiam plura quæ bene conſulta videbātur: turpiter in contrarium ceciderunt. Quia nemo tali opere rem exequitur: quali credulitate deliberat: ſed cum fiducia certa de futuris ſentimus: cum timore autem in actione deficimus. At nūc iiuriā paſſi nos, & multa habentes in Athenienſes crimina, bellum conflamus: vbi iſtos vlti fuerimus in tempore finituri. In quo nos victores fore multis de cauſis credibile eſt. Primum q; hominum numero & rei militaris ꝑitia præcellimus. Deinde q; omnes peręque ad ea quæ ſunt imperata ꝓperamꝰ:

Attende dilig ēter

claſſem aũt qua illi p̄ſtant ſupplebimus: tũ priuatis facultatibꝰ ꝓ rata parte: tũ ex pecunia q̄ in Delphis eſt, atq; Olympiis: mutuati nãq; pecuniã poſſumꝰ ꝑegrinos illoꝝ nautas maiori mercede cõducere. Mercenariæ. n. magis q̄ vernaculę ſunt Athenienſiũ copię: qđ minꝰ in nobis contingit: qui plus corporibus q̄ pecuniis pollemꝰ. Q̃ ſi vel vna nauali pugna ſuperent: de ipſis actũ eſt: vt credere oportet: ſin reſiſtãt: & nos diutius rẽ nauticam meditabimur: ſupiores illis futuri animi p̄ſtantia: vbi eo peritiæ ꝑuenerimꝰ. Quod. n. nos natura obtinemꝰ: hoc illis neq̃q̃ doctrina cõtingat. At quo illi p̄ſtant ſciẽtia: id nobis eſt exercitatione conſequẽdũ: pecunias quoq; q̄ huic rei ſuppetãt: conferemꝰ. An vero duꝝ nobis hoc fuerit vt cũ illoꝝ ſocii ꝓ ſua ipſorũ ſeruitute cõferre nõ recuſẽt: nos ꝓ i imicoꝝ vltiõe, ac ꝓ noſtra ſalute pecunias erogemus: & certe ne iis ꝑ illos ereptis ob eas ipſas male mulctemur? Aſſũt p̄terea nobis alię quoq; belli gerendi vię: & in primis ſollicitatio ſociorum ad defectionẽ: res q̄ illis adimat ꝓuentus quibꝰ p̄pollẽt: tum regiõis illorũ inædificatio: & alia quę nondũ qs ꝓſpiciat. Perraro bellũ eo quo euaſurum prædicatur euadit: multa ipſum per ſeſe præter ea quę adſũt comminiſcitur. In quo quiſquis erecto verſatur animo tutior exiſtit: quiſqs irato, nõ minus labi conſueuit. Cogitemus aũt ſi forent ſingulis noſtrũ de finibus ac limitibus cũ aduerſariis lites: id debere tolerari. Nũc aũt Atheniẽſes cũ ad vniuerſos nos tũ ad oppidatĩ ſubigẽdos validi ſunt: ita vt niſi & frequẽtes & per regiones ac ciuitates ſingulas vnoq; cõſilio eis obſtiterimus: haud difficulter ſint nos ſeparatim agentes oppreſſuri. Quorum victoriam de nobis: & ſi auditu quoq; triſte eſt: tamẽ qui audit ſciat nihil plane aliud afferre q̄ ſeruitutem. Quod vel oratione agitare fœdum eſt Pelopõneſo: nedum re tot vrbes ab vna infeſtari. In quo videmur aut merito eſſe: aut metu patientes: degenerantes a maiorum gloria: q Gręciã liberauerũt: q; ne ad tutandam quidẽ noſtrã libertatem ſufficiamꝰ: ſinamuſq; ciuitatem ſe efficere tyrannum: cum in vna ciuitate tyrannꝰ vt tollatur poſtulare ſoleamꝰ ignari quonam modo ab his tribus maximis incommodis eximamur: vecordia, ignauia, ſecordia. Neq; tamen vt iſta nomina fugiatis excuſationem p̄tendatis: q; temeritatem deuitaueritis: plæriſq; pernicioſam: quę excuſatio quia multos decepit: contrario nomine ſui accuſatio cognominatur. Q̃q̃ quid attinet quę hactenus geſta ſunt: longius q̄ q̃tenus nunc expedit reprehendere: expedit autem iis qui poſtmodũ mala paſſuri ſunt auxiliũ nos ferre: quoniam patrium vobis eſt per labores aſſequi virtutes: nec mores immutare vos decet: q & ſi non diuitiis illos aliquantum atq; potentia ſuperatis: tamen iniquum ſit quod paupertate partũ eſt: id per diuitias perdere. Decet cum multis de cauſis fidẽter vos ire ad bellum tum dei reſponſo: qui ſe quoq; adiutorem fore pollicetꝰ: adiutrice ẽt cętera Græcia: parti ob metum: partim ob vtilitatem. Nec ideo fœdera priores rumpetis: quæ deus ipſe qui nos iubet bellare: cẽſet illos eſſe pręuaricatos: ſed auxiliũ potiꝰ fœderibꝰ ruptis feretis: ruperũt. n. fœdera nõ q reſiſtũt inuadẽtibus: ſed q priores iuadunt. Ex quo vndiq; nobiſcum bene agitur ſi bellum ſuſcipimus. Q̃ ſi hæc quæ nos in commune exhortandi gratia dicimus: certiſſimum eſt rebus & publicis & priuatis cõducere: nolite cunctari cum aliorum libertatem tueri: tum vero Potideątis opitulari: qui ſunt Dores: & quod olim contrarium erat: ab Ionibus obſidentur: quoniam res non patitur amplius expectationem: ne palam fiat nos partĩ iam lædi: cæteros ne idẽ paulo poſt patiantur conuentum quidem feciſſe: ſed vlciſci non audere. Verum viri ſocii vos ad hanc neceſſitatem deueniſſe: ſimulq; a nobis quæ optima ſũt dici exiſtimantes: bellũ decernite: haudq̃q̃ deterẽti ſubita illius aſperitate: ſed pacem quæ ex eo diuturna ſequetur exoptantes. Nam pax magis confirmatur ex bello. At ex ocio non perinde periculo cares: ne bello laceſſaris. Exiſtimantes item ciuitatem quæ ſe in Græciam
Peroſo. tyrannũ conſtituit: æqualiter conſtitui in oẽs: ita vt iã aliis dominetur: aliis dominari deſti

net. Hanc ſi inuadimus ſubigemus: & ipſi in poſterũ tuti habitaturi: & Grçcos qui nũc ſer
uiunt in libertatem vindicaturi. Et hæc quidem Corinthii dixerunt: Lacedçmonii vero au
ditis omniũ ſentẽtiis, calculos cunctis qui aderãt intulerunt ſociis gradati a maxima ad mĩ
nimam quamq; ciuitatẽ: & illç frequentes de bello ſumendo dedere ſuffragia. Cætera non
erat in procinctu exequi quæ decreuiſſent vtpote imparatis. Quapropter viſum eſt ſingu
los conferre quæ expedirẽt: nec intercedere dilationẽ. In quo neceſſariarũ rerũ apparatu nõ
eſt annus inſũptus: & ſi paulo minus: donec ſumpto palam bello Atticã inuaderent. Hoc ĩ
terim tẽpore legatos ad Athenienſes mittunt crimina obiicientes: vt q̃ excuſatiſſime bellũ
illis inferretur: niſi dicto audientes eſſent: primũ iubendo tolli dei piaculum: quod quidẽ
tale erat. Cylon quidam Atheniẽſis fuit vir vetuſtç nobilitatis, ac potens: & qui Olympia — Cylon
viciſſet. Huic in matrimoniũ accepta Theagenis Megarenſis filia: tum Megarenſiũ tyran — Atheniẽ.
ni: apud Delphos oraculũ deus reddidit: qñ maximũ foret feſtũ Iouis: occuparet arcẽ Athe — Theage-
narũ. Is acceptis a Theagene copiis: perſuaſiſq; amicis: vbi aduenere in Pelopõneſo Olym — nes Me-
pia arcẽ vrbis occupauit: tanq̃ tyrannũ acturus: illud eſſe maximũ Iouis feſtum interpreta — garenſis.
tus: & ſibi qui viciſſet Olympia nõnihil cõuenire. An vero in Attica an vſpiam alibi maxi
mũ feſtũ diceret̃: necdum ille cõſiderauerat: quod oraculũ declarauerat. Siquidẽ ſunt apud
Athenienſes quoq; Dialia maxim⁹ dies feſt⁹, q̃ Iouis Milichii vocant̃, extra vrbẽ: vbi toti⁹ — Dialia Io.
populi cõuentu plærique nõ veras victimas immolãt: ſed cõmode aſſimulatas. Credens ita — Cylon ar
q; Cylõ ſe recte ſẽtire op⁹ aggreſſus ẽ. Quo cognito Atheniẽſes ex agris ad hos coercẽdos, — cẽ adorit̃.
vniuerſi cõcurrũt: obſeſſoſq; oppugnãt. Sed diutina obſidiõe affecti magnã ex parte diſceſ
ſere: delegata nouem prĩcipib⁹ cuſtodia: & ꝑmiſſo qđ optimũ cenſerent eſſe agẽdi arbitrio.
Tũc hi nouẽ principes multa ſane ad rẽp. ꝑtinentia adminiſtrarũt. At ii qui cũ Cylone ob
ſidebant̃: miſere habebãt cibo & aqua defecti. Et ipſe quidẽ Cylon eiuſq; frater fecerunt clã — Cylonis
fugã. Cæteri vero fame conſũpti, nõnullis iã extinctis, ſupplices ad arã quæ eſt in arce ſede — fuga.
runt. Quos ſurgere iuſſos, ii quibus ꝑmiſſa cuſtodia erat: cũ viderunt expirantes in templo
nequid in eo ſceleris admitterent abductos interemerũt: quoſdã etiam ipſo tranſitu: & apđ
ꝓcipuos deorũ atq; ad altaria ſedẽtes. Vnde impii ac prophani & illi & ab eis progeniti ſũt
appellati: inſup & ab Atheniẽſibus in exilium acti: necnon a Cleomene Lacedæmõe poſtea
cum Athenienſibus ſeditiõe laborãtibus: non modo viui expulſi: ſed etiã ſublata defuncto
rũ oſſa ſunt abiecta: nihil tamẽ minus poſtea reuerterunt: genuſq; illorũ adhuc in ciuitate ꝑ
ſtat. Quod piaculũ Lacedæmonii exterminari iubebant vtiq; ante omnia deorũ vicẽ vlci-
ſcentes. Sed ſcientes Periclen Xantippi filiũ huic piaculo affinẽ eſſe materno ex genere: cre
debant eo deiecto facilius ſibi de Atheniẽſib⁹ ſucceſſurũ. Nõ tamẽ tanta ſpe vt hoc ille pa-
teretur: quanta vt hoc ipſum ei apud populũ conflaret inuidiã: q; ex magna parte hoc ex-
iſteret bellũ ne ille damno afficeret̃. Etenim cũ eſſet vt illis temporibus potentiſſim⁹ ciui-
tatis & reipublicæ adminiſtrator: vſq;quaq; Lacedæmoniis aduerſabat̃: nec ſinebat Athe-
nienſes ſuccumbere: ſed ad bellum excitabat. Iuſſerũt itaq; viciſſim Atheniẽſes Lacedçmo
niis: vt & ipſi piaculũ ex Tænaro tollerẽt. Siquidẽ Lacedçmonii aliquãdo e templo Neptu
ni a Tænaro excitatos abductoſq; fugitiuorum ſupplices obtruncarũt. Quamobrem ſibi
ipſis opinant̃ ingentẽ terræ tremorem apud Spartã extitiſſe. Iuſſerunt ꝓterea eoſdẽ tollere
piaculũ Palladis Chalcidoniç: qđ huncin modũ contigit. Poſtq̃ Paulanias a Spartiatis pri — initium
mũ reuocat⁹ ab impio ꝓuinciç in Helleſponto criminibus abſolutus eſt: publice non ampli
us eſt demiſſus: ſed ipſe priuatim ſumpta triremi Ermionide ſine Lacedæmoniis abiit in
Helleſpontum: verbo quidem ad Græcum bellum: re autem cum rege tranſigẽdi negocii
gratia quod inchoauerat: affectans Græciç prĩcipatũ. Atq; hinc primũ libertatẽ erga regẽ

inſtitués:totius rei principiũ fecit.Cum primo aduẽtu poſt reditũ e Cypro,Bizantium:qđ Medi neceſſariiq; regis atq; cognati tenebãt:cepiſſet:& eos qui intus erant remiſit ad regẽ captiuos clã ſociis:iactata illoꝝ fuga:adiutore in hac re Congylo Eretrienſi:cui curã Bizã tii captiuorumq; mandauerat.Eiq; Congylo dedit ad regẽ epiſtolã in hęc verba vt poſtea compertum eſt.

Pauſanię epiſtola ad Xerxẽ.

Epiſtola Pauſaniæ ad regem.

PAuſanias Spartę dux,iſtos tibi quos armis cepi conciliãdi tui gr̃a miſſos facio:habeoq; ĩ aĩo,ſi tua volũtas fert,filiã tuã ĩ matrimoniũ ducere:ac tibi Spartã cũ reliq̃ Græciæ obnoxiã reddere.Cui rei par eſſe mihi videor:cõmunicatis tecũ conſiliis. Hoc igitur ſi tibi eſt cordi fidelẽ mittito ad mare quẽpiã;quicum cætera colloquar.Hæc demum ſignificabat epiſtola.Ex qua Xerxes voluptatẽ cum cepiſſet miſit Artabazum Pharnaci filiũ in oram maritimã iuſſum accipere ꝓuinciã Diaſclitẽ:Megabata qui præfuerat:reuocato:dataq; ei epiſtola ad Pauſaniã:vt eã Bizãtiũ q̃celerrime mitteret:illiq; ſigillũ oſtẽderet:& ſi quid Pauſanias de iis ipſis negotiis mandaret:q̃ rectiſſime & q̃fideliſſime conficeret.Ille vbi venit:cum alia;quẽadmodũ dictũ eſt,cõfecit:tũ vero epiſtolã miſit in hęc verba reſpondentẽ.

Artabazꝰ Xerxis legatus.

Epiſtola regis Pauſaniæ reſpondentis.

Xerxis regis ep̃ia.

ITa:inquit rex Xerxes Pauſaniæ:& ob viros quos mihi trans mare ex Bizantio ſaluos eſſe voluiſti habet̃ tibi gratia:nũq̃ domi noſtrę delenda:& verbis tuis gaudeo:neq; nox te,neq; dies remoret̃ quin ſedulo agas quod mihi ſpopondiſti:nullis retardat̃ neq; auri argẽtiq; ſũptibꝰ:neq; copiis ſicubi pſto illas eſſe oporteat.Verꝰ cũ Artabazo viro egregio:quẽ ad te miſi trãſige nihil diffiſꝰ.Vnde & meę & tuę res ex ãboꝝ dignitate atq; vtilitate optime hẽbũt.His Pauſanias litteris acceptis:cũprius ĩ magna fuiſſet apđ Gręcos veneratiõe ꝓpter impii magnitudinẽ:tunc maiorẽ ĩ modũ aĩos ſuſtulit:nõ ſuſtinẽs modeſto more viuere:ſed Medico cultu e Bizãtio ꝓdiit:eũtẽq; ꝑ Thraciã Medi atq; Aegyptii Satellites comitabant̃.Mẽſa quoq; ei Medica apponebat̃.Deniq; cogitationẽ cohibere non poterat:paucis actibꝰ ꝓdẽs,q̃nã aĩo ĩ poſteꝝ maiora eẽt acturꝰ:ad hęc difficilẽ aditu ſe pbebat:tãq̃ acerba in oẽs æqualiter vtebat̃ iracũdia:vt nemo poſſet accedere.Eapropter vl maxĩe ſe ad Atheniẽſes ſocii applicauerũt.Quibꝰ rebꝰ cognitis Lacedęmonii eũ ob hęc ipa primũ reuocauerũt.Poſtq̃ ruſꝰ Hermionide naui in viſu eoꝝ ꝓfectus eandẽ agere notatus ẽ:& Byzãtio expugnãtibꝰ Atheniẽſibꝰ eiectus Spartẽ nõ rediit:ſed in Troadis q̃buſdã pagis ſe tenẽs:tractare cũ Barbaris:nec ſincęre morã facere delatus ẽ.Ita nõ iã cunctandũ ſibi ampliꝰ putauerũt:miſſoq; caduceatore cũ ſcacillo Ephori id eſt tribuni plæbis edicũt hõi a caduceatore ne diſcederet:alioqui Spartiatas bellũ indicere.Ille volẽs q̃minimũ ſuſpectus eẽ:ſperãſq; pecunia ſe criminibus abſolutũ iri:iterꝝ redit Sparten:ante oĩaq; in carcerem ab Ephoris cõiicit̃:licet.n.hoc Ephoris in regẽ agere.Mox deĩde ꝑ quoſdã quos corruperat exiuit:exhibuitq; in iudiciũ ſeſe inſimulare volentibꝰ.Et ſignũ quidem euidens nullum Spartiatę habebant:neq; inimici:neq; ciuitas omnis;quo ſtantes libere mulctarent virum vtiq; tum regii generis:tum impręſẽtiarum prędítum dignitate.Nam regis Pliſtarchi Leonidæ filii adhuc pueri tutelam patruus geſſerat.Multũ tamen ſuſpitionis dabat vitæ inſolentia & Barbaroꝝ æmulatione:ne illis ſe ſimilẽ eſſe apud ſuos affectaret:Cuius cum alios actus ſicubi leges atq; inſtituta tranſgreſſus eſſet conſiderabãt:tum ꝙ aliquãdo tantum ſibi tribuiſſet:vt in tripode quem apud Delphos Græci,ex Medorum manubiis primitias conſecrauerãt;priuati hoc elegũ carmen inſcriberet.Poſtq̃ Græcoꝝ dux agmina Medica fudit: Phębo Pauſanias hęc monumẽta dedit.Qđ carmẽ Lacedęmõii ꝓtinꝰ e tripode deleuerũt ſcripſeruntq; ciuitates nominatim quęcunq; ſimul Barbarum euerterunt.Hoc quoq; Pau

Pauſani. ĩ vincula cõiicitur.

Ephoroꝝ auctoritas.

Epigramma Pauſaniæ.

ſanię crimini dabatur: ꝙ in ipſo reatu vel multo magis abhorrere a mente hominis rei videbatur. Quippe audiebant quiddam eum agitare cum ſeruis prout & erat. Spōdebat enim illis & libertatem & ciuitatē ſi ſecum inſurgere & omnia exequi vellent. Verum ne ſic quidem, nec ſeruorum indiciis fas eſſe ducebant: noui quicq̃ in eum ſtatuere: vtentes quo conſueuerant more erga ſeipſos: ne celeres eſſent ad aliquid de viro Spartiata quod inemendabile ſit: ſine indubitatis indiciis decernendū. Priuſq̃ hoc fieret quidam (vt fertur) q poſtremas ad regem ſcriptas epiſtolas erat ad Artabazum platurus vir Argilius: & aliquādo ipſius amaſius: idemq; illi fideliſſimus: ad eos indiciū detulit: territus ex quadā animi cogitatione ꝙ nemo prorſus rediret ſuperiorꝝ nuntiorum: aſſimulatoq; ſigillo: ne ſi deceptus eſſet opiniōe: aut ſi quid ille reſcribi poſtularet agnoſceret: ſoluit epiſtolas: in quibus prout ſuſpicabatur ad aliquid tale mittebatur: inuenitq; ſcriptum vt ipſe occideretur. His litteris per hunc oſtenſis, Ephori vehemētius illi quidē crediderunt: ſuis tamen auribus ipſum Pauſaniam audire voluerunt: hoc hominis machinamento: vt ſpecie ſupplicis ad Tænarum veniret: conſtructoq; latibulo duplici ſpe diſcluſo: quoſdam ex Ephoris abſcondit. Qui cum ad hominem Pauſanias veniſſet cauſamq; obſecratiōis ſcitaret: plane omnia cognouerūt: illo tū incuſante quę de ſe ſcripta eſſent: tū referente ſingula: & ſe quē nunq̃ miniſteriis quę ad regem pertinerēt adhibitum voluiſſet: tamen hoc honore præ cæteris dignum putauerit: vt quemadmodum priores miniſtri, periret: & iſto hæc ipſa confitente: & imprę ſentiarꝝ non ſinente iraſci: ſed fidem per ipſum templum dante futuræ ſalutis: orante vt q̃ velociſſime pergeret: ne quę agenda eſſent impediret. Hæc quum diligenter audiſſent Ephori: abierunt: planeq; rem compertam habentes, comprehendēdum Pauſaniam in vrbe curauerūt.

Lacedæmoniorꝝ tarditatē ī puniēdo attende.

Pauſanias iubet comprehendi.

Qui cum iam comprehendendus eſſet: conſpecto in via vnius Ephororum vultu, fertur intellexiſſe qua gratia veniret: alteriuſq; id tacito nutu ob beniuolentiam ſignificātis: in templum Palladis Chalcidonię ſe proripuiſſe: curſuq; cęteros prę ueniſſe. Erat aūt in vicino fanum: in cuius ędiculam ingreſſus ne ſub dio agens affligeretur quieuit. Statimq; qui inſequebantur affuerunt. Tum denudato tecto ædiculę: obſtructiſq; ianuis: illum intus agentem & interius reductū cuſtodientes atq; obſidentes, fame expugnauerunt. Eū quum iam efflaturus aīam eſſet: put ſe hēbat in ædicula vbi cognouerūt: e fano educunt adhuc ſpirātē: q eductus continuo expirauit. Eūdē in foſſatum (in quod noxii ſolent) deiecturi erant. Poſtea viſum alicubi in propinquo defodere. Sed deus q ē apud Delphos: oraculum poſtea reddidit Lacedæmoniis ſepulcrū eo transferrent vbi deceſſiſſet. Et nunc ſitus eſt ante fanū vt lapides litteris inciſi declarāt. Ac tanq̃ piaculum admiſiſſent duo pro vno corpora Palladi Chalcidoniæ redderent: quod & fecerunt duabus ex ęre ſtatuis pro Pauſania conſecratis.

Pauſanię interitus

Athenienſes igitur tanq̃ deus quoq; piaculū iudicaſſet: viciſſim exegerunt a Lacedæmoniis illud ammoueri. At illi miſſis ad Athenienſes legatis, Themiſtoclem eiuſdem, cuius Pauſaniam, proditionis, inſimulant: ꝙ cum Medo ſenſerit: vt compererunt ex factis circa Pauſaniam probationibus: poſtulantq; eiſdem eum affici ſuppliciis. Iſti fidem verbis habentes (erat autem Themiſtocles extorris apud Argos vitam agens: & per cæteram Peloponneſum commeare ſolitus) mittunt vna cū Lacedęmoniis ad illū ſimul pſequēdū, paratis quoſdā cū mādatis: vt ducerēt vbicūq; eū adipiſcerent. Themiſtocles rē pſentiēs, ex Pelopōneſo ī Corcyrā: quo de ppl'o benemerit' erat: pfugit. Illis vereri ſe dicētib' tāq̃ Lacedęmōios Athenieſeſq; ſi eū tenerēt hoſtes habituris: deduct' ab eis ē ī oppoſitā cōtinētē: & pſequētib' iis qbus hoc mādatū erat: ad rumorē: q̃nā iret: cōpulſus ē p īcerto cōſilii ad Admetū Moloſſorū regē: nō ſibi beniuolū: diuertere: tūc forte domo abſētē: ſed ab vxore ei' cui ſupplicē ſe prębuerat: edoctus vt eorꝝ ſumpto filio apd lares ſederet: non ita multo poſt

Athenięſ. & Lacedęmonii in Themiſtoclem.

Themiſtoclis abitio.

Admet' Moloſſorum rex.

reuerſo Admeto oſtẽdit qs eſſet: nec ſiqd ipe illi Atheniẽſiũ ſupplicii cõtradixiſſet æquũ eẽ
Admetꝰ cẽſeret ſumere pœnas de ꝓfugo: ſe eñ nũc multo imbecilliorẽ ab illo lędi: q̃ ille tũc fuiſſet
Themi- cũ læſus eſt: & generoſũ eſſe pares a paribus expetere vltionẽ. Præterea ſe quidẽ illi ꝑ cõmo
ſtoclem do quodã, nõ ꝓ ſalute laboranti, fuiſſe aduerſatũ: ipm vero ſi iis q ꝑſequerent̃ & ob eã cauſã
ſeruat. traderet hominẽ: ſalute animę priuaturꝫ. His auditis Admetus eũ cũ ſuo filio, vt illũ tenẽs
Themi- ſedebat, erexit: Eſt. n. hoc maximũ ſupplicãdi genꝰ: nec Lacedęmoniis Atheniẽſibuſqꝫ mul
ſtocles di ta memorãtibꝰ tradidit: ſed dimiſit volẽtẽ ad regẽ ꝑgere itinere pedeſtri ad alterꝫ mare vſqꝫ
mittit̃. Pydnã: q̃ erat Alexãdri. Ibi nauigiũ nactus qđ in oĩa iter hẽbat: eo cõſcẽſo tẽpeſtate delatꝰ
Pydna. ẽ in exercitũ Atheniẽſẽ: q Naxũ obſidebat. Ac territꝰ, gubernatori aperit qs eſſet. Nã igno
tus iis q in naui erat: ꝙꝙ fugeret: & niſi ipſũ ſeruet ait ſe ducturꝫ ab illo duce pecunia ꝑſua
ſo remediũ eſſe: vt nemo ante confectã nauigationẽ naui exeat: ſi acquieſcat dignã ſe ei gra
tiã redditurꝫ. Atqꝫ ita fecit gubernator: & cũ diẽ ac noctem in ſalo ſupra exercitũ ſtetiſſet:
poſtea Epheſũ tenuit: quẽ Themiſtocles liberali pecunia proſecutus eſt: venerũt. n. ei poſt
modũ & Athenis ab amicis & Argo q ſupauerãt. Et cũ quodã maritimoꝝ Perſaꝝ ĩ medi-
Artaxer- terranea ꝓfectꝰ: litteras ad Artaxerxẽ dedit Xerxis filiũ nuꝑ regnare ĩcipiẽtẽ: ĩ hãc ſẽtẽtiã.
xes. Themiſtocles ad te venio: qui domum quidem veſtram vſqꝫ eo prohibui multas inferre
Themi. Græciæ calamitates: quo ad patrẽ tuum nos inuadentẽ coactus ſum ꝓpulſare. Sed multo
ſtocles plura bona cõtuli: poſtq̃ mihi integro fuit. Et ille ꝙ in periculo poſitus iterꝫ reuerſꝰ eſt: hoc
ad Arta- mihi beneficiũ debet. Scripſerat aũt ex Salamine Themiſtocles illi vt occuparet reditũ: &
xerxem pontium quã tunc falſo futurã propter eum ſimulauerat ſolutionem. Et nunc magno tibi
epiſtola emolumento futurus adſum: perſequentibus me Græcis vt tibi amicum. Conſtitui au-
tem annum hic ſubſidere: vt ea tibi demonſtrem quorum gratia venio. Rex admiratus (vt
aiunt) illius propoſitum: ita agere iuſſit. Hic intra annum quo moratus eſt: quicquid diſci
potuit & linguæ & conſuetudinis Perſicæ didicit. Exactoqꝫ anno ad regẽ ſe contulit: effe-
ctuſqꝫ eſt apud eũ magnus & quãtus nemo vnq̃ Græcoꝝ: tum propter priſtinã hominis di
gnitatẽ: tum propter ſpem quam proponebat ei Græciam ſubiiciẽdi: maximeqꝫ ꝙ ſpecimẽ
Themi ſui dabat vt ſolers videretur. Fuit nãqꝫ Themiſtocles qui vim ingenii ſui validiſſime ſigni-
ſtoclis ficaret: & in hoc multo magis q̃ quiuis alius admiratiõe dignus: natura ſolers: neqꝫ ꝓceden
ꝓconiũ. te vlla: neqꝫ accedẽte doctrina: ad ſubitos caſus præſentiſſimi conſilii: futurorum optimus
plęrunqꝫ coniector: eoꝝ quę inter manus haberet efficax adminiſtrator: quorum eſſet inex
pertus ab iis commode iudicandis: non alienus in rebus adhuc ambiguis: quid melius pe-
iuſve foret pręcipue prouidens: deniqꝫ in omnibus dicendis: tum naturæ beneficio: tum cõ
Themi. ſilii celeritate præſtantiſſimus hic eorum quæ oporteret explicator extitit. Morbo aũt cor-
ĩteritus. reptus vita defunctus eſt. Quidam aiunt eum ſponte etiam veneno deceſſiſſe: deſperantẽ
Themi. poſſe pręſtare quę regi ſpopondiſſet. Itaqꝫ monumentum eius apud Magneſiam Aſiæ in fo
ſepulcrũ. ro oſtendit̃. Nam huic regioni præfuit a rege ſibi datæ: Magneſiæ quidem ob panem: quæ
quotannis quinquagena pendebat talenta: Lampſaco autem ob vinum: putabatur enim
tunc ea vini vbertate pręſtare: Myunti vero propter obſonium. Oſſa eius dicunt̃ a propinqs
domum reportata ipſius iuſſu: clamqꝫ Atheniẽſibus in Attica fuiſſe humata. Neqꝫ. n. fas
erat: ꝓditiõis reũ ſepeliri. Hunc exitũ habuerunt Pauſanias Lacedæmonius: & Themiſto-
cles Atheniẽſis: apud ſuos vterqꝫ Gręcorum nobiliſſimi. Lacedęmonii cũ in prima legatiõe
iſta iuſſiſſent: inuicemqꝫ iuſſi eſſent de piaculis tollẽdis: iterum aditis Atheniẽſibus iubẽt
reſtitui Potidæatas: & Aeginam ſuis ſini viuere legibus: & ſuper omnia negant aptiſſime
bellũ fore: ſi decretũ de Megarẽſibus illi reuocẽt: quo Megarẽſibꝰ interdictũ erat portibꝰ ĩ
Atheniẽſiũ ditiõe: & foro ĩ Attica. Atheniẽſes cũ ĩ cęteris, tũ vero ĩ decreto reuocãdo non

parendum eſſe cenſuerunt: dantes crimini Megarenſibus ꝙ exercerent ſacrum ſolum & indefinitum: ꝙꝗ fugitiuos receptarēt: ad extremū venerūt Lacedęmone legati Raphius Maleſippus & Ageſandrus: nihilqꝫ ex conſuetis dixerunt niſi hęc. Lacedęmonii pacē volunt eē fuerit aūt ſi græcos liberos dimittatis. Conuocato concilio Athenienſes, factaqꝫ in mediū conſulendi poteſtate, viſum eſt ſemel de omnibus reſpondendū. Et alii multi procedentes in vtranqꝫ partē diſſerebant: vel oportere ſumi bellum: vel non oportere: nec illo decreto impediri pacē ſed eſſe reuocandū. Tum procedens Pericles Xantippi filius vir, vt illis temporibus, primus: ac in dicendo & agendo pręſtantiſſimus: hanc ſententiam dixit.

Legati Lacedæ.

Oratio Periclis apud Athenienſes.

Concio Periclis apud Atheniē.

earũ quæ nũc ſunt: fama ſui: vt experimẽto cõſtat: maior eſt: ſola q̃ nec hoſti occurrẽs iraſciť
ob acceptã ab illo cladẽ: neq; a ſubiectis male audit: tanq̃ indigna quæ domineť. Neq; nul=
lis potentiã noſtrã: ſed vel maximis teſtificamur indiciis: futuri p̃ſentib⁹ venturiſq; mira=
culo: nec deſiderantes aut Homeꝝ p̃conẽ: aut quiſquis in præſẽs carminibus mulceat. Opi
nionẽ rerũ veritas delet. Sed oĩa maria omneſq; terras noſtra audacia peruias fecim⁹: vbiq;
bonorũ maloꝝq; ſeparatĩ monumenta collocãtes. Pro hac igiť ciuitate: & iſti quia indignũ
ducerent eã euerti: pręliantes generoſe occubuerũt: & reliquorũ decet vnũquẽq; velle anni
ti. Quæ cauſa mihi fuit vt prolixius de ciuitate loquẽs: tũ docerẽ nõ de pari re nobis eſſe cet
tamẽ: & quib⁹ nihil ſimile adeſt: tũ planã facerem ꝓbationib⁹ iſtorũ laudẽ: de quibus nunc a
me habeť oratio. Cuius haud ea quæ maxĩa, iam dicta ſunt. Nã quæ ego ciuitatis decora p̃=
dicaui: ea nimirum iſtorum atq; eorum ſimiliũ virtuti debentur. Qualis non in multis Gręcorum de ſuis operibus ratio conſtet. Atq; mihi videť virtutem viri vt nunc iſtorum vita
ſignificare: mors plane declarare. Etenim iuſtum eſt: eos qui pręſtarę alia nequeunt: certe in
bellis patrię fortunam in animo proponere. Cum meliusꝑublice de ciuitate: q̃ peius pri=
uatim meruerũt: hoc malum illo bono obruentes. Veluti iſti: quorũ nemo neq; diuitiis mol
litus eſt: præoptans illis imposterum frui: neq; ſpe paupertatis in diuitias commutandæ a
ſubeundis aſperis retentus eſt: hoſtilis pene q̃ ſalutis ſuæ cupidiores. Simulq; hoc omnium
pulcherrimum periculum exiſtimantes: voluerunt ex vltione hoſtium ad hęc peruenire: frę
ti ſpe, id quod non viderunt: conſequendi: dignum etiã opus ex iis quæ iam viderant ducẽ
tes: cui ſe crederent: ſatiuſq; eſſe in propulſanda vi pati: q̃ in cedendo incolumes fieri. Et cũ
dedecus infamię fugiunt rem corpore pertulerunt: & breuiſſimum intra tempus cum fortu
na potius per ſummam gloriam: q̃ cum timore tranſigere. Et iſti quidẽ: quales par erat: ta=
les in patriam extitere. Reliqui vero debent minus quidem obnoxium caſibus optare: ſed
nequaq̃ minus audacem poſtulare in hoſtes vt habeãt animum: conſiderãtes non ſola ora=
tione conſtare profectum: quẽ apud vos, non minus q̃ ego cognitum habentes, ampliaret
quiſpiam commemorando: quantum boni ineſt in hoſtibus propulſandis: ſed vel magis ſi
contemplantes quotidie ex operibus potentiam ciuitatis: efficiamini illius amatores: & cũ
ea vobis magna videatur eſſe: cogitetis viros magnanimos qui ius faſq; ĩtelligerent: in ope
tibus prudentes, iſta cõparaſſe; & qui quoties eis ex ſententia nõ ceſſiſſet: nõ ſtatuerũt ſua

virtute fraudandã eſſe ciuitatẽ: ſpecioſiſſima eam collecta donantes. Publice nãq; corpora
impenderunt: priuati laudẽ, quæ nũq̃ ſeneſceret: acceperũt: ſimul & honorificentiſſimã ſe
pulturam: in qua non magis ipſi ſunt ſiti: q̃ ſempiterna eorum gloria: vt ſeſe quoq; offeret
tempus vel narrandi vel imitandi celebranda relinquitur. Quippe illuſtrium virorum oĩs
terra ſepulcrũ: neq; id domeſticoꝝ tantũ ſaxorum teſtat̃ inſcriptio: ſed etiã ſine ſcripto ĩ ex-
teras gentes egreſſa memoria: magis apud animũ cuiuſq; q̃ apud vrnas hoſpitatur. Quos
ipſi nunc ad imitandũ vobis ꝓponẽtes: & fœlicitatẽ exiſtimantes eſſe libertatẽ: rurſus liber
tatẽ eẽ fœlicitatẽ: nolite bellica recuſare diſcrimina. Neq; .n. calamitoſi: quibus ſpes boni nõ
adeſt: iuſtius vitæ non parcãt: q̃ ii quorũ diuerſa vitę conditio, & pręſertim optima pericli-
tatur. Triſtiorq; eſt viro prudentia prędito: contumelia comes ignauiæ: q̃ per robur & pu-
blicã ſpẽ ſine ſenſu futura mors. Ideoq; parentes iſtorũ, nũc quicũq; adeſtis: non magis de-
fleo: q̃ conſolor. Cũ .n. multiplicibus dum educant̃: vt ſcimus: ſubiaceant accidentibus: prę
clare cũ illis agitur: ꝙ pręclariſſimũ ſortiuntur: vt nunc iſti obitum: vos mœrorẽ: & quibuſ
cũq; datũ eſt vt eorum vita fœliciter acta pariter & finita cenſeatur. Nec me fallit arduum
eſſe perſuaſu: ne mœſticiã ſentiatis: quoties vobis iſtoꝝ memoria refricabitur: in aliorũ reb⁹
ſecundis: quibus & ipſi aliquando exultaſtis: & ex iis bonis non quibus nunq̃ potituri: ſed q
bus diu potiti priuantur. Tolerare tñ oportet ſe aliorũ liberorũ eos: qui in ætate adhuc ſunt
ꝓcreãdi. Siquidẽ futura ſoboles: & quibuſdam erit particularis obliuio defunctorũ: & reipu
blicę bis ꝓderit: ꝙ eã nec deſolatã patiet̃: & tutã pręſtabit. Nõ .n. poſſũt aut par aut iuſtũ cõ
ſiliũ dare: ii qui exponũt periculis liberos: iſtorũ more: & qui nõ exponunt. Vos vero qui in
ętate ꝓceſſiſtis: quo diuturniorẽ vitã feliciter traduxiſtis: eo plus lucri vos feciſſe exiſtime-
tis: & hoc qđ ſupeſt vitæ breue futuꝝ: quod vtiq; ob iſtorũ gloriã leuius fiet. Sola nanq; ma
gnanimitas non ſeneſcit: nec magis in affecta iã ætate lucrari delectat: vt quidã aiũt: q̃ ho-
norari. Filii aũt horũ: ac fratres qui adeſtis: magnũ video vobis ꝓpoſitũ eẽ certamẽ. Nã ei⁹ q
fato functus eſt: virtutẽ nemo non ſolet proſequi laude: ac fere ſupra modũ. At vos non pa-
res iudicamini: ſed aliquãtulo inferiores eſſe. Quippe viuentiũ inter ęmulos liuor eſt. Quo
ſublato virtus cum beniuolo celebratur aſſenſu. Si quid autem me oportet de muliebri quo
q; virtute cõmemorare: earum quæ nũc erunt viduitate breui omnia exhortatione comple
ctar. Etenim ingenti vobis eſt glorię: non eſſe vos ſexu veſtro ĩfirmiores: hoc eſt pudicas eẽ.
Cuius rei decus dedecuſve nimiũ cadit in viros. In hac ego oratione legibus iniuncta retu-
li quęcũq; habui vtilia: & re ipſa qui ſepeliebantur ornati ſunt. Quoꝝ liberos ciuitas hĩc ad
pubertatẽ publice alet: vtilẽ ꝓfecto & iſtis & futuris proponẽs laureã taliũ certaminũ. Quę
Peroſo. em̃ vberrima virtutis ꝓpoſita ſunt præmia: ad ea optimo qſq; in rẽpublicã aĩo cõtẽdit. Iam
poſtq̃ ſuos qſq; neceſſarios deploraſtis abſcedite. Actum eſt autẽ huiuſmodi funus hyeme:
tũ qua primus annus belli finitus eſt. Ineũte æſtate, Peloponnenſes ſociiq; ex duabus quem
Pelopon nenſes in Atticã. admodum ſuperiore anno partib⁹ Atticam ingreſſi ſunt: duce Archidamo Zeuxidami fi-
lio Lacedęmonioꝝ rege: caſtriſq; poſitis regionẽ populabant̃. Vbi cũ nõ multos dies fuiſſẽt
Atheniẽ. peſtis. morbus primũ apud Athenienſes cœpit: prius quidẽ: vt aiunt: alibi quoq; & circa *Lemnũ*:
& aliis multis in locis graſſat⁹. Cæterũ neq; tãtũ peſtilẽtię neq; tantũ funeꝝ vſq̃ fuiſſe me-
morat̃. Nã huic nec medici pares erãt ignoto eis inter initia: imo ipſoꝝ plurimi extĩgueban
tur: vt maxime illos adibãt: nec alia vlla hoĩm ars: nec quę in tẽplis expoſcebãt̃: nec diuina
tiones: & quæ ſunt id genus quibus vtebantur: omnia deniq; fruſtra fuerunt. Eaq; homines
Peſtis initium. malo ipſo euicti cum morerentur reliquerunt. Incœpit autẽ vt fertur primũ ex Aethiopia
quæ eſt ſuper Aegyptũ. Deinde in Aegyptum Libyamq; deſcendit: & in regis magna ex
parte regionẽ: cõfeſtĩq; Athenas ĩuaſit: ꝓĩcipio ĩ Pyreo cõtagiõis facto: ita vt ab eis diceret̃

venena in puteos(nondū.n.illic fontes erant)a Peloponnēſibus eſſe deiecta.Mox & in ſupē
riorē vrbē proceſſit:multoqꝫ magis iam mors īgruebat.Referatur igit̄ hoc:vt cognoſcat qſ
qꝫ:vel peritꝰ medicinę:vel imperitus:vnde credibile ſit id extitiſſe:quaſve ſatis idoneas ex
īſtimet cauſas:q̄ ad tantā mutationē vī haberēt.Ego vero quæ potero referā:& quę ſibi quiſ
qꝫ ꝓponēs,ſi qn̄ hoc rurſus incidat:iā ꝑdoctus,habeat aliquid præcipue:vnde non ignoret
aperiā & ipſe paſſus hūc morbū:& alios patientes intuitus.Enimuero annus ille vt confeſ
ſione fere oīum cōſtat maxime immunis fuit aliorū morboꝝ.Qꝫ ſiquo qs alio prius labora-
bat:is morbus in hunc omnino conuertebat̄.Ceteros quoqꝫ ſalubri corpore repente nulla ex
cauſa corripiebāt̄ante oīa capitis acres feruores:oculorū ſuffuſio ruboris aduſtioqꝫ,Intror-
ſū vero ſtatī līgua cū faucibꝰ ſāguinolēta viſebat̄:ſpiritꝰ arcte,& cum grauiolētia meabat.
Deīde ex iis ſternutatio raucitaſqꝫ exiſtebat:nec diu poſt labor in pectus cū vehemēti tuſſi
deſcendebat:& cū ad ꝑcordia heſerat:illa vexabat:ſequebant̄ cunctę fellis & humoris quę a
medicis nomināt̄ apocatharſes:& ipę cū ingēti cruciatu:& plæriſqꝫ inanis incidebat ſingul
tus:acrem ciens ſpaſmū:q in quibuſdā ꝓtinus,in quibuſdā ſerius ſedabatur.Et corpus qui
dē exteriꝰ nō admodū feruēs tactu erat:neqꝫ pallidū:ſed ſubrubrū,fuſcū,minutis puſtulis,
ac papulis ſcatens:interius autē ita ardebat:vt neqꝫ ꝑq̄ tenuia veſtimenta aut ſindones in-
ſici:neqꝫ aliud qppiā niſi nuditatē ſuſtineret.Iocundiſſimū erat ī gelidā ſeipſos aquā abiice
re:id quod in puteis multi eorum quibus cuſtos deerat fecerunt inexhauſta ſiti adacti.Qꝫq̄ Attē.vī
perinde erat nimis ac minus bibere.Accedebat huc inquies membrorū perpetuaqꝫ vigilia. peſtiſ.
Neqꝫ vero corpus quoad morbus augebat̄ flacceſcebat:ſed opinione hominū fortius peſti
reluctabat̄.Adeo plurimi intra nonū & ſeptimū diem ab ardore vrente vitalia necabantur:
adhuc aliquid roboris habētes:aut ſi hoc tp̄s exiſſent:tn̄ deſidente ad vteꝝ morbo atqꝫ illū
acriter concutiēte:idqꝫ cū aſſiduo profluuio:multi quoqꝫ poſtmodū debilitate ipa peribāt
Peruagabat̄.n.oēm corporis ſuperficiē:in capite primū coalita lues.Ex qua vtiqꝫ ꝑniciosiſſi
ma ſiquis conualeſcebat:eius violētiā ſignificabāt extrema membroꝝ.Siquidē ad verenda
& ad ſūmas manus ſūmoſqꝫ pedes ꝓrūpebat:quibꝰ nōnulli amiſſis liberabant̄:quidā amiſ
ſis & oculis.Sūt ēt quos ſimlʼac ſurrexerunt oīm pariter cepit obliuio:neceſſarioꝝ quoqꝫ ac
ſuiiꝑorū.Nam genus morbi in ſingulis extitit:& maius q̄ vt exprimi:& acerbius:q̄ vt hu
mana natura tolerari poſſit:in hoc declarans ꝑcipue aliquid aliud fuiſſe pręter conſueta:ꝙ
cū multa hominū cadauera iacerent inſepulta:alites,quadrupedeſqꝫ ea vel nō adierunt:vl̄
quæcūqꝫ guſtarūt attigeruntqꝫ ꝑiere.Quibus ex auibꝰ euidēs fiebat cōiectura:ꝙ neqꝫ circa
cadauera neqꝫ alibi viſebant̄.Canes magis ꝓpter hominis cōſuetudinē mali ſignificationē
dabāt.Verū vt alia multa calamitatis genera ꝑtereā:q̄ ſingulis acciderūt:aliis q̄ aliis aſpe-
rius:eiuſmōi in totū morbꝰ fuit:cū aliud quiddā īſolēs acceſſit:quod tūc animos affligeret:
ꝙ qcquid fiebat ꝓficiebat ī morbū:peribant alii ꝑ incuriā:alii ꝑ multā curationē:nec de vlla
medicina conſtabat:quā qs diceret vtilē fore ſi offerret̄.Qđ.n.alteri ꝓderat:id officiebat al
teri.Corpus integrū erat:nullū ꝑ ſe ferēs roboris imbecillitatiſve diſcrimē:idqꝫ & ſi quanta
libet obſeruatiōe curaret̄:a peſte corripiebat̄.Teterrimū tn̄ totius mali fuit animi defectio:
quoties qs lāguoris ſibi cōſciꝰ:ꝓtinꝰ anticipata deſpatiōe ſui:multo ſeipſos magis deſtitu
ebāt:nec lāguori reſiſtebāt.Et qa aliꝰ ob alterius curationē plus lædebat̄ ritu ouiū moriebā
tur:q̄ ꝑcipua mortiū cauſa extitit.Nā ſiue ꝑ metu inuicē nō adirēt deſtituti peribāt:vnde Mortiū.
multę domꝰ vacuę factę ſūt:ſiue adirēt:ꝑficiebant̄:& ꝑcipue q officii gr̄a diligētiꝰ aliqd ad
miniſtraſſēt:vtpote pudore nō adeūdi amicos,ipi ſibi nō parcētes.Poſtq̄ domeſtici eos qui
vita exceſſerant:cōplorauerāt:deficiebāt luis vehemētia ſuperati.Verū ii præcipue moriē
tem laborantemqꝫ miſerebantur:qui ipſi euaſerant.Quippe id iam antea experti ac de ſe

ſecuri. Neqꝫ.n.bis eũdẽ morbus corripiebat duntaxat vt extĩgueret. Qui qdẽ ab aliis beati
cẽſebant: & ſua ipſi ſponte ob ſuę ſoſpitatis lęticiã ſpẽ in poſterꝝ ꝓſumebãt: ne qñ alio mor-
bo abſumerent. Angebat aũt eos ꝓter ingruentẽ peſtẽ cõportatio rerũ ex agris in vrbẽ: iis q
ex agris migrauerãt grauior. Quippe domorum penuria in cauernis vtiqꝫ tẽpore ęſtiuo ani
mã ſtrãgulãtibꝰ agitabãt. Ita non mõ ſine vlla dignitate expirabant: ſed alii aliis immortui
mutuo iacebant: ſemianimeſqꝫ in viis & circa fõtes omnes aquę deſiderio volutabant. Qui
ĩpa tẽpla in qbus tabernacula fecerant: referta erant illic mortuoꝝ: hoĩbus violẽtia mali qd
agerent non habẽtibꝰ: abalienatiſqꝫ a cognitiõe ſacroꝝ ſanctorũqꝫ: ꝑturbatis ꝑiter oĩbus ſe
pulcroꝝ iuribus: qbus antea vtebant cũ ſepelirent quiſqꝫ vt poterãt. Multi quoqꝫ crebra iã
familiariũ ſtrage quia idonea deerant: ad pudenda conuertebant ſepulcra. Nã alii occupa-
tis quos alieni extruxerant Pyris mortuũ ſuũ imponebãt: igꝛemqꝫ ſubiiciebant: alii cum al
ter arderet ſupiecto quẽ ferebant abibãt. Vnde primũ incœpit in ciuitate vitium hoc in ma
ius euaſurꝫ. Facilius enim quis audeat ea quæ prius occulta voluiſſet: ne compta forent in-
imicis voluptati. Vidẽtes tã in promptu fortunę cõmutationẽ, beatos repente morientes:
mõ inopes repente illoꝝ bona conſequentes, opęprecIũ putauerunt: ad ſubita gaudia volu
ptateſqꝫ tranſire: diurnã arbitrantes & vitã & pecuniã. Nemoqꝫ per honeſtatem quã cerne
bat animũ induxit: ad inferendas ſibi ærumnas: inexploratũ habens: priuſq̃ ad illã ꝑueniret
occũberet necne. Qđ aũt in ꝑſentia erat iocũdum & vndiqꝫ ad ſe animũ pelliciens: id & ho
neſtum cõſtituebat & vtile: deorum metu aut hominũ legibꝰ neq̃q̃ coercitus: cũ & in ęquo
poneret piũ vel impiũ eſſe: videntes æqualiter cunctos oppetere mortẽ: nec timerẽt eo vſqꝫ
vindictę veniendũ: vt delicta viuentes luerent: multoqꝫ maiorẽ illius iudicii pœnã immine
re: in quo tuliſſent iã facta ſententiã: quæ anteq̃ decidat conſentaneũ eſſe ſe aliquantulũ vi
ta frui. Tali igit clade Athenienſes circũuenti vexabant: hominibus intra muros mortẽ ob
euntibus: & extra hoſtibus agrũ ferro igniqꝫ vaſtantibus. Qua in calamitate cum alia repe
tebant memoria: qualia credibile eſt: tũ vero hoc carmẽ qđ ſenes aiebant iãpridẽ decantari.
Epigram Doriacũ veniet Limo comitante duellum. De quo altercatio erat: num Limos.i.peſtilentia
ma. in hoc carmine ab antiquis nominaretur: an Limos id eſt fames. Sed euicit impręſentiarum
Limos. merito peſtilentię interpretatio. Ad ea.n.q̃ patiebant homines oraculũ retorquebant. Equi
dem exiſtimo ſi aliud poſt hoc aliquando cõtigerit Doricũ bellũ: itidẽ ex rerũ fide famẽ cãta
turos. Memorabant pręterea qui norant oraculũ Lacedæmoniorum: cum illis deus conſulẽ
tibꝰ an oporteret bellũ mouere: reſpõdit penes oĩ conatu bellãtes victoriã fore: ſe quoqꝫ ipſũ
auxilio. Itaqꝫ ſimilia circa hoc quoqꝫ futura augurabant. Morbus aũt primo ſtati Pelopõnẽ
ſiũ igreſſu cœpit: nec ipſã Pelopõneſũ iuaſit: vt dignũ relatu ſit. Athenis ꝓcipue graſſabat.
Secũdo loca aliis oppidis: vt quotqꝫ frequẽtiſſimũ populo erat. Et hæc qdẽ q̃ circa morbũ ex
titere. Pelopõnenſes vero vbi cãpeſtria populati ſunt: in partẽ: q̃ maritima vocat ꝓceſſerũt
vſqꝫ ad Lauriũ: vbi ſunt argentea metalla Athenienſibus: & hanc primum quæ Peloponne
ſum ſpectat: deinde quæ ad Eubœam & Andrum vergit vaſtauerũt. Pericles aũt tunc quo
qꝫ dux in eadem perſtabat ſententia: ſicut ſuperiore expeditione fecerat: ne Athenienſes ex
irent. Qui cum hoſtes adhuc in campo agitarẽt: priuſq̃ maritimas copias ꝓmouerent: cen
tum naues ad inuadendum Peloponneſum inſtruebat: quas omnibus præparatis ſoluit du
cens in iis Athenienſium armatorum quatuor milia: trecentos equites ĩ hippaginibꝰ. Quas
tunc primum ex vetuſtis nauigiis fecerant. Conſtantibus Chiis & Leſbiis cum nauibus
qnquagita. Dũ ſolueret Pericles cum exercitu: Peloponnenſes ad maritima Atticę agentes
Epidau- reliqt: Vbi ꝑuentũ eſt Epidaurũ: q eſt ĩ Pelopõneſo: magnã agri partẽ populati ſũt: adortiqꝫ
rus. vrbẽ ĩ ſpẽ venerãt expugnãdi: ſed nõ ſucceſſit. Recipientes ſe illic idẽ fecerũt in ora Trœize-

nide & Halide & Hermionide. Quę loca in Peloponneſo ſunt ad mare omnia. Profecti illic
in Praſias quod ē in ora maritima Laconicū oppidū: vaſtato agro ipſū ceperūt diripuerūtq;. Praſia.
His actis domū rediere: nec nacti ſunt apud Atticā Peloponnēſes iā domū reuerſos. Q̄z diu
Pelopōnēſes in Attica erant: & Athenīēſes cū claſſe nauigabant: tādiu morbus Athenien
ſes domi foriſq; vexabat. Ex quo ferebat̄ Pelopōnēſes metu morbi: quē de tranſfugis diſce-
bāt in ciuitate ſæuire: & ſimul ſepeliri mortuos ſentiebāt: rapti ex finibus exceſſiſſe. Hac au
tē expeditiōe Pelopōnēſes cū diutiſſime māſiſſēt: vniuerſam regionē ferro populati ſunt: q̄
draginta ferme diebus illic conſūptis. Eadē ęſtate Agnō Nicię & Cleopompus Cliniæ filiꝰ Agnon.
collegæ in p̄tura Periclis: ſūptas eaſdē: qbꝰ ille vſus fuerat: copias feſtinato duxerūt aduer- Cleopō-
ſus eos qui ſunt in Thracia Chalcidenſes: Potidęāq; adhuc obſeſſā cū perueniſſent: machi- pus.
nas vrbi admouēt: oīq; ope illā expugnare conant̄. Sed neq; conatus hic: neq; apparatꝰ aliꝰ
ꝓceſſit: interueniente morbo: q ꝓrſus in Athenīēſiū exercitu graſſabat̄: ita vt eo prior exer-
citus: ob hūc q cū Agnone ſupuenerat lęderet̄: cū hactenꝰ ꝓſpera valitudine vſus eſſet. Nā
Phormio cū mille ſexcētis apd̄ Chalcidēſes āplius nō erat. Itaq; Agnō mille qnquagita mi
litibus quadragita circiter intra dies morbo amiſſis, Athenas renauigauit: relictis priſtinis Phormio
in Potidęę obſidiōe militibꝰ. Poſt alterā vero Pelopōnēſiū inuaſionē Athenīēſes cū & ager
ipſoꝝ iteꝝ ferro vaſtaret̄: & morbo p̄iter ac bello p̄merent̄: mutata voluntate Periclē īſimu
labāt: tanq̄ auctorē ipſis belli gerēdi: eiq; calamitates referebāt acceptas. Igit̄ ad cedendum
Lacedęmoniis aīo inclinant̄. Sed miſſi aliquot legati re infecta redierunt. Tunc vndiq; con
ſilii inopes in Periclē inuehebant̄. Ille cernēs eos p̄ſentē ſtatū ęgreferentes: omniaq; agentes
q̄ ipſe ꝓuiderat: aduocata concione: adhuc.n. ꝓtor exercitus erat: exhortatus eſt eos ad bene
ſperandū reuocās iracundiā ad lenitatē: & metū ad fiduciā, ꝓcedens: atq; hunc in modū lo
cutus eſt. Oratio Periclis. Concio Periclis.

NEc inexpectata mihi veſtra in me īdignatio fuit: ītelligo.n. eiꝰ cauſas: & eā ob rē co
egi cōciliū: vt in memoriā redigā ac rep̄hendā: ſi qd vos haud recte vel mihi ſuccē
ſetis: vl' aduerſis ſuccūbitis. Ego.n. exiſtimo: meliꝰ agi cū ciuibꝰ priuati: ſi tota ci-
uitas fortunata ſit: q̄ ſi ꝑ ſingulos ciues felix ſit: publice vero labefactet̄. Nā quū euertit̄ pa-
tria: is cui priuati bene ē: nihil tñ minꝰ & ipſe euertit̄. Cui aūt male: is ī illa ꝓſpere agēte mul
to magis īcolumis ē. Quoties igit̄ patria ſuas ipſiꝰ pōt tolerare clades: q̄s nemo vnꝰ poſſit:
quo pacto nō cōueniat vniuerſos illi opitulari: neq; id qd̄ nūc agitis: domeſticis iacturis at
tonitos, reipublicę ſalutē pro derelicta habere: incuſātes me q bellādi cōſiliū dedi: atq; adeo
vos ipſos qui id cōprobaſtis. Et mihi tali viro iraſcimini: qui (vt reor) ſū nulli ſecūdus: vel ī
cognoſcēdo q̄ opus facto ſunt: vel in explicādo: vel in amāda ciuitate: vel in vīcenda pecu-
nia. Nā q nouit: neq; id qd̄ ſētit explicat: ꝑinde ē ac ſi neſciret. Qui vero vtrunq; habet: niſi
ſtudioſus reipublicę fuerit: is pęque nihil ex vtilitate ciuitatis loquet̄. Cui aūt hoc etiā affu
erit: ſi idē pecunia vīcatur: ꝓ hac vna habebit cuncta vęnalia. Itaq; ſi mihi hęc oīa mediocri
ter p̄ter cæteros adeſſe vos iudicantes, de bello gerēdo fidē habuiſtis: nūc haud ꝓbe eidē crī
mē imponitis. Etem̄ eos q ꝓſpera fortuna vtunt̄: bellū p̄optare q̄ pacē: magna vecordia eſt.
Sin vero neceſſe ſit: aut finitimis cedentes impata facere: aut ꝓ victoria belli adire diſcrimē
ꝑfecto qui cedūt: iis q reſiſtunt vituperari digniores. Et ego qdem idem qui antea ſum: nec
a ſentētia diſcedo. Vos autem vacillatis: quos conſtat integra re mihi acquieſcere: accepta
calamitate pœnitere: & rationem meam veſtra infirmitate metientes non rectā iudicatis.
Quia ſenſum moleſtiarum vnuſquiſq; hactenus habuit: communis aūt vtilitas nondum
patet. Magnaq; mutatione facta, & hac ex leui momēto, mēs veſtra lāgueſcit: ad ea perferē
da quę decreuiſtis. Rapiunt.n. conſilium repentina & inexpectata & longe pręter opinionē

accidentia:id qđ nobis cum circa alia tum vel maxime circa morbum vſu venit. Tamen cũ
vrbem ciuitatemq̨ magnã habeamus: & perinde egregiis inſtitutis ſim⁹ educati: decet ne
maximis quidem nos incõmodis velle ſuccũbere: nec amplitudinẽ noſtrã labefactare. Nam
æqui iuris eſſe hoĩes cenſent: & accuſare eum: qui per ignauiam glorię quam obtinet deſer-
tor eſt: & odiſſe eum: qui per confidentiam gloriam ad ſe non pertinentem affectat: ſepoſi-
toq̨ priuatarꝛ rerum dolore debemus ſalutẽ publicã vĩdicare: huic belli labori, ne magnus
ſit: neue aliud contingat: reſiſtentes. Et ſatis quidẽ illa ſint: in quibus alias ſæpe demonſtra
ui: me non iure vobis in ſuſpitionẽ venire. Aperiã aũt & hoc: qđ neq̨ ipſi videmini vnq̃ co-
gitaſſe: cũ vobis aſſit (de magnitudine loquor impii) neq̨ ego in priſtinis orationibus vſur
paui: ne nũc quidẽ memoraturus: vtpote ſpecie ipſa iactantiuſculũ: niſi vos p̄ter rationẽ at
tonitos viderem. Ipſi quidẽ exiſtimatis: in ſocios tantum vos tenere imperiũ: ego vero pro-
nuncio: ex duabus partibus: quæ in vſum patent terra & mari: vos alterius in ſolidum potẽ
tiſſimos eſſe: duntaxat quatenus obire conſueſtis: & ſi plus obire velletis potentiſſimos fo-
re. Neq̨ eſt hac tempeſtate rex quiſpiam: aut aliqua gẽs: q̃ vos inſtructa quæ nũc adeſt claſ-
ſe nauigantes, prohibere poſſit. Qua ex potentia vt apparet ne iis quidẽ caremus: quæ vos
magnifacitis: ad domeſticum & terræ vſum pertinentia. Itaq̨ non eſt conſentaneũ: iniquo
vos ea ferre animo: & non potius æquo atq̨ ſedato: exiſtimantes ornamẽtum diuitiarꝛ apđ
potentiam eſſe: & libertate per nos incolumi facile hæc iri recuperatum: quæq̨ ſi nõ ſerua-
m⁹ ſed imminui liberi aĩo patimur: in neutro nõ degenerare nos a patribus noſtris iudican
dos: q hęc non ab aliis acceperunt: ſed laboribus ſuis parta atq̨ cuſtodita nobis tradiderũt.
Nam turpius eſt q̃ conatu potiendi fruſtrari: exui potientẽ. Conuenitq̨ aduerſus hoſtẽ ire
nos: non modo confidentes: ſed etiã fidentes. Siquidem confidentia ex improuiſa quoq̨ ꝓ
ſperitate in ignauũ etiã aliquẽ cadit: fiducia vero prębet ei: qui ſe conſilio credit: vt hoſti p̄-
ualeat: id quod vobis accidit: & in pari conditione fortunę, ſolertia ex altitudine mentis tu
tiorem reddit audaciam: ſpe cuius vis in lubrico eſt: minus fidei habens: q̃ ex p̄ſentibus co-
piis, conſilio: cuius exploratior prouidentia eſt. Decet item vos publicę ob imperium digni
tati: qua cũcti lętamini: cõſulere: nullum recuſantes laborem: niſi & honores recuſetis: neq̨
exiſtimare de libertate tantum amittenda rem eſſe: ſed de amittendo imperio p̄iculũ quoq̨
ſubeundũ: ob eas quas in imperio contraxiſtis offenſas: a quo diſcedere vos iam integrum
nõ eſt: ne quis hoc in pręſẽtiarũ veritus exiſtimet ſe nullo negotio liberaliter degere. Quip
pe impiũ iam veluti tyrannidẽ adminiſtratis: qđ ſumere quidẽ videt̃ eſſe iniuriũ: deponere
autem periculoſum: Nã huiuſmodi homines qui bellũ timent: perſuadendo, alios protin⁹
& ciuitatem perderent: & ſi quibus ipſi præeſſet: eos liberos eſſe ſinerent. Enimuero ocium
neq̨ poteſt eſſe incolume: niſi negocio modificatũ: neq̨ ĩ principe ciuitate conducit: ſed in
ea quæ bona fide tolerat ſeruitutẽ. Vos vero neq̨ huiuſcemõi ciuibus ſeducamini: neq̨ mi
hi ſuccenſeatis: cui de bello gerendo fuiſtis aſſenſi. Quod ſi hoſtilis aduentus ea fecit quę factu
rum eſſe credibile erat: vobis ſibi obedire nolentibus: & ſi acceſſit præter expectationem hic
morbus: res ſola omnium ſpe noſtra potẽtior: vnde ſcio me magna ex parte magis inuiſum
eſſe: profecto iniuſte me peroſi eſtis: niſi & quoties vobis ꝓſpere præter opinionem euenit: eã
mihi felicitatem referatis acceptã. Oportet enim quę diuinitus, neceſſario: quæ ab hoſtib⁹
ꝓficiſcuntur fortiter ferre. Quę cum fuerit olim in more huius ciuitatis: cauete: ne nũc diſ
ſoluantur in vobis. Cum pręſertim ſciatis eam apud omnes homines ideo maximũ habere
nomen: q non cedat aduerſis: q̨q̨ plurimos labores ac plurima corpora in bello conſumpſe
rit: & ſumma ad hanc diem ſit potita potentia. Cuius apud poſteros in æternum ſi quando
nunc cedamus (Natura enim comparatum eſt vt omnia decreſcãt) memoria deferetur: at

ꝙ adeo Grę̨corum:quoniam Grę̨ci nos latiſſimum tenuimus imperium: & maxima tolera
uimus bella:tum aduerſus vniuerſos:tum aduerſus ſingulos:ciuitatemq; opulētiſſimam
& frequentiſſimam habuimus. Quā̃ qui ſegnis eſt:iſta haud dubie vituperabit : ſed rerū̃ ge
rendarū ſtudioſus æmulabitur. Quod ſi quis opes non adeptus ſit:inuidebit. Cæterum odiſſe
& mœſtum eſſe omnibus quidem in ſuo tempore cōtingit:quicunq; ſe dignos exiſtimarūt
vt aliis imperarent. Quiſquis in maximis rebus inuidiam ſuſcipit ;recte is cōſulit: nam odi
um non admodum reſiſtit. Verū ſplendor in pręſens: & perpetua in poſterum gloria cele-
branda relinquitur. Quę duo vos proſpicientes: decus futurum: & dedecus præſens: alacri
iam animo decus capeſcite:ac dedecus deuitate:nullum ad Lacedemonios caduceatorem
mittendo: ſignificantes nos pręſentibus ærumnis opprimi: tanq̃ ii qui quoniam inter acci-
dentia ,& minimum affli̇ctantur animo: & re q̃ maxime reluctantur: ſunt omnium & priua
tim & publice præſtantiſſimi. Talibus Pericles dictis tentauit: tum mitigare in ſe conceptā Peroſo.
Athenienſium iram: tū animos a p̃ſentibus malis abducere. Cui publice quidem acquieue
runt: nulliſq; amplius ad Lacedę̨monios miſſis legatis, impenſi incubuere in bellum: priua
tim tamen difficultates ę̨gre ferebant: plę̨bs qa q̃s tenues habebat facultates exhauriebāt:
proceres ꝙ eximia in agris prædia villaſq; ſumptuoſe magnificeq; ædificatas amiſerant: ꝓ
pace maximum oēs bellum habētes. Nec pri⁹ quam gerebāt indignationē poſuere: q̃ eū pe
cunia mulctarunt: rurſuſq; non multo poſt id quod fieri vulgus amat: ducem delegerūt oī
um ei rerum permiſſo arbitrio: quē & ſi ſuam quiſq; vicem dolentes ob iacturam rei familia
ris abiectiori iam animo erant: tamen iis quæ ad rempublicā ſpectabant longe omniū p̃ſtā-
tiſſimum iudicabant. Quā diu enim reipublicæ pręfuit in pace moderate eam adminiſtrauit
integre tutatus eſt: ampliſſimam reddidit: illatoq; poſtea bello ciuitatis vires vt liquet prę
uidit. Cuius poſt obitum prouidētia in bellū: duos enim ab eo moto annos & dimidiatum Periclis
vixit vel magis: cognita ē. Nā is dicebat ita demum victores euaſuros: ſi bello abſtinerēt: rē mors.
nauticam curantes: neq; imperium capeſcerēt bello: neq; ciuitatem in periculum vocarēt.
Illi vero hæc omnia e contrario egerunt: & cætera quæ extra bellum eſſe videbantur: ex ſua
quiſq; ambitione atq; priuato quæſtu, in ſuā ſociorūq; perniciem adminiſtrauerunt: quę ſi
proſpere ceſſiſſēt: fructuoſa priuatis hominibus: & honorificata potius fuiſſent. Cum vero
improſpere ceſſerint: pernocioſa in bellum reipublicæ extiterunt. Cuius rei cauſa fuit: ꝙ cū Periclis
ille polleret dignitate atq; conſilio: & pecunia proculdubio incorruptus eſſet : libere multi laus.
tudinem continebat. Nec magis illi ſe comitem q̃ ducem præbebat. Nec enim adeptus per
illicita potentiam, aliquid ad voluptatem loquebatur: ſed vnde moueret indignationem
cum auctoritate contradicebat. Quoties itaq; intelligebat: eos quippiam intempeſtiue, fe
rociterq; conātes: oratiōis acrimonia deterrebat. Quoties ab re formidātes: rurſus ad fidu-
ciam erigebat. Deniq; verbo quidem popularis ſtatus: re autem ipſa penes primarium virū
principatus erat. Nam qui ſucceſſerunt cum potius inter ſe pares forent: primum quiſq; lo
cum affectantes, ad demulcendum voluptatibus populum ſe conuerterunt: negociis rela- Athenīē.
xatis. Vnde cum alia multa: vt in magna ciuitate: tum vero illū̃ peccarunt: ꝙ in Siciliā na impendē
uigauerunt: magnum imprudētię flagitium: non tam propter eos aduerſus quos ierunt: q̃ tia.
propter eos qui miſerunt ; non ꝓſpicientes iis quos mittebant. Nam dum domi inuicem ꝑ
turbantur: mutuiſq; criminibus de principatu contendunt: ſtatum poſtea exercitus conq̃ſ
ſarunt. Re autem apud Siciliam infeliciter geſta: alioq; apparatu amiſſo, cum claſſis maio-
re parte: & intra vrbē iā ſeditione laborātes: tñ tres annos reſtiterūt : & prioribus hoſtibus,
& Siculis ad hos adiunctis: cum iam plærīq; ſociorum defeciſſent : & mox Cyrus regis fi-
lius eſſet in partibus pecunia ad claſſem Peloponnenſibus data. Neq; prius ſuccubuerunt

ꝗ ipſi priuatis inter ſe diſcordiis colliſi defecerunt. Adeo ſuppeditabãt Pericli quæ ipſe præ
uiderat: & quidem facile ſane ad reſiſtendum in eo bello Pelopõnenſibus. Lacedęmonii au-
tẽ ſociiq; eadem ęſtate cẽtum cũ nauib⁹ ac militib⁹ mille, Cnemo Spartiata nauarcho, pro-
Zazynthos. fecti ſunt in Zazynthum inſulam; quæ e regione Elidis iacet: Athæorum qui ſunt in Pelo-
ponneſo coloniã: Athenienſibus belli ſociam. Egreſſiq; in terram multa hoſtiliter egerunt:
Athẹi. & cũ illos ad deditionem nõ poſſent compellere: domũ ſe receperunt. Eadẽ iã extrema æſta
Ariſteus Corĩthi. te Ariſteus Corinthius, Lacedæmoniorũq; legati Aneriſtus: Nicolaus: Pratodemus: ac Ti
magoras Tegeates: & ſuo nomine Polis Argius: iter habentes ad regem in Aſiam: ſi qua ra
tione pſuaderẽt illũ: vt pecuniã daret belliq; ſocietatẽ iniret: adierũt prius in Thracia Sital-
cẽ Terei filiũ volentes: ſi poſſent: eum inducere ad cõmutãdam cum ipſis quã haberet cum
Athenienſib⁹ ſocietatẽ: ſimulq; cum copiis eundẽ Potidæã ꝗuã exercitus Athenienſiũ ob
Pharnax. ſideret. Cũq; per regnũ Sitalcę iter ingreſſi, eſſent tranſituri Helleſpõtũ: ad Pharnacẽ Phar
nabazi filium: a quo erant ad regem deducendi: forte legati Athenienſes cum apud Sitalcẽ
Sadocus. eſſent Learchus Callimachi: & Amẽiades Philemonis: ſuadent Sadoco Sitalcę filio: qui fa-
ctus erat Athenienſis: vt ipſi illos interciperent: ne ciuitatem eius per quã ad regem perge-
bant aliqua ex parte læderẽt. Is autem perſuaſus, miſſis aliquot cum Learcho & Ameniade
eos iam Thraciam emenſos, anteꝗ nauẽ conſcenderent Helleſpontum tranſituri compre-
hendit: iuſſitq; his dari: eos traditos iidem Athenas portauerunt. Vbi peruentũ eſt veriti
Athenienſes ne quid Ariſteus rurſus adhuc in ipſos graſſaretur: ſi euaſiſſet: quẽ antea om-
Lacedæmoniorũ legati trucidãtur. nium quę apud Potidæam & Thraciam acciderãt: auctorem fuiſſe conſtabat: cunctos eodẽ
die interemerunt indemnatos: & quædã dicere volentes: atq; in foſſas deiecerunt: arbitrati
ſe iuſte ſuis ſociorumq; negociatoribus parentare: quos circa Peloponneſum onerariis naui
bus curſum tenentes, nacti Lacedæmonii trucidarant: in foſſaſq; abiecerant ipſi iniuria pri
Argos Amphilochicũ. ores. Quippe initio belli quoſcunq; mari cepiſſent: omnes velut hoſtes vita priuabant: ſiue
Athenienſiũ partes ſecutos: ſiue neutrorꝝ. Circa extremũ eiuſdẽ æſtatis Ambraciotæ aſci-
tis in ſocietatem multis Barbarorum expeditionẽ ſumpſerunt aduerſus Argos Amphilo
chicũ: cæteraq; Amphilociã: exorta hinc primum ſimultate. Amphilochus Amphiarai fi-
lius poſt bellũ troianum cum domum repeteret: exoſus Argi domicilium, condidit in ſinu
Ambracico vrbem: quam nomine primæ ſuæ appellauit Argos: cognomine, Amphilochi-
cum: cum cætera Amphilochia: quæq; fuit in omni Ambracia maxima potentiſſimos
habens populares. Ii multis poſtea ętatibus agitati cladibus, Ambraciotas ſibi finitimos in
conſortium accerſierunt: linguamq; tunc primum ex Ambraciotis vna habitantibus Gręcã
Ambraciotarũ & Argiuorꝝ odiũ. cã effecerũt. Nã cęteri Amphilochi Barbari ſunt. Progreſſu itaq; tẽporis Ambraciotę vrbe
Argiuis expulſis ipſi potiunt. Qua de re Amphilochi ſeſe Acharnanibus dedũt: & vtriq; ĩ
auxiliũ vocant Athenienſes. Ab iis Phormio dux cum trigĩta nauibus ad eos miſſus: vbi ꝑ
uenit: vi Argos capiunt: Ambraciotas diripiunt: cõmuniter ipſi vrbẽ incolunt. Atq; his ge
ſtis primũ inter Atheniẽſes inita ẽ Acharnaneſq; ſocietas: & Ambraciotis orta aduerſ⁹ Ar
giuos propter ſuorum captiuitatem ſimultas. Poſtea vero belli tempore coacta manu & ip
ſorum & Chaonum & aliorum quorundam ex finitimis Barbarorum, Argos ſe contulerũt
& regione occupata: cum vrbem aggreſſi expugnare nequiſſent: domum in ſua quiq; loca
redierunt. Hactenus ęſtate geſtum eſt: ineũte hyeme Athenienſes viginti quidem circa Pe
loponneſum naues dimiſere Phormione duce. Qui profectus ex Naupacto obſeruabat ne-
qua nauis Corinthum ſinumq; Criſæũ aut intraret aut exiret. Alias autem ſex in Cariã Ly
Meleſander. ciamq; duce Meleſandro: illinc pecuniã exacturas: & oneraria nauigia ex Phaſide & Phœni
ce: atq; ex illa continente ꝓficiſcentia: ꝓhibituras a latronib⁹ ex Pelopõneſo infeſtari. Egreſ

ſus in Lyciã Meleſander eductis in aciem Athenieñſium ſocialiumq; nauiũ copiis, ſuperat⁹ occiſuſq; eſt amiſſa ſuorum parte. Eadem hyeme Potidæatę cum iam obſidẽtibus impares eſſent: & Peloponnenſiũ expeditiones in Atticam nihil magis ſummouiſſent ab obſidione Athenienſes: re frumentaria deficiente: adeo vt iam pręter alia quæ acciderunt penuria cibi quidã mutuo ſe depaſti eſſent: ita demum in colloquiũ de deditione venerunt cum Athenienſium ducibus: quibus ea cura mandata erat: Xenophonte Euripidis; Heſtiodoro Ariſtoclidę: & Phenomacho Callimachi filio. Qui ideo cõditionem acceperũt: ꝙ videbant exercitus ærumnam in loco hyberno: & duo milia talentorum in obſidiõe per patriam eſſe cõſumpta. Conuenit itaq; vt exirent ipſi & liberti & auxiliares cum ſingulis veſtimentis: fœminæ cum binis: cunq; certa ſinguli ad viaticum pecunia. Et hi quidem interpoſita fide in regionẽ Chalcidis abierunt quo quiſq; potuit. Athenienſes vero duces ſuos ꝙ iniuſſu ipſorum conueniſſẽt incuſauerunt: exiſtimantes hos ſi voluiſſent vrbem expugnaturos fuiſſe. Eam poſtea colonis ex ſuo corpore illuc miſſis habitauerũt. Atq; hęc per hyemem geſta ſũt ſecunduſq; belli annus finitus: quod Thucydides conſcripſit. Ineunte ęſtate Peloponnenſes ſociiq; non in Atticam ſed aduerſus Platęam cum exercitu venerunt duce Archidamo Zeuxidami filio Lacedæmoniorum rege: quẽ caſtra iam metatum ac regionem vaſtaturũ: miſſa protinus Platæenſium legatio adiit: itaq; inquit.

Potidæatã deditio.

Platęa obſidetur.

Oratio legatorum Platæenſium.

Concio legatorũ Platęẽſiũ

ARchidame ac Lacedęmonii, neq; iuſte: neq; e dignitate veſtra patrumq; veſtrorũ facitis: ꝙ agrum Platæenſem hoſtiliter inſidetis. Nam Pauſanias Lacedęmonius Cleombroti filius, qui Græciam Medorum dominatu liberauit: cum iis Græcis q pugnę apud nos commiſſæ vltro ſubiere diſcrimen: victimis in foro Platęenſi immolatis loui liberatori: cõuocatiſq; omnib⁹ ſociis: reddidit Platęenſibus & agrum & vrbem: vbi ſuis legibus viuerent: ne quis iniuſte, neve dominandi cauſa, illis arma inferret: alioqui eos qui aderant ſocios: pro viribus auxilio futuros. Hæc patres veſtri virtutis ergo qua fuerunt in illis periculis præſtantia: dederunt nobis. At vos econtrario agitis: qui cum Thebanis iimiciſſimis noſtris: ad redigendos nos in ſeruitutem veniſtis. Itaq; & eos qui iuriiurando tunc affuerunt: & veſtros patrios, & noſtros indigenas deos teſtati, dicimus vobis ne agrum Platęenſem lædatis: neve iuſiurandum violetis: ſed noſtro nos iure viuere ſinatis: quẽadmodũ Pauſanias ſtatuit. Hęc tantum locutis Platæenſibus excepit Archidamus. Recte (iquiẽs) dicitis viri Platęenſes: ſi verbis facta reſpondeant. Quẽadmodum enim Pauſanias vobis pſtitit: vt ipſi veſtro iure viuatis: pſtate vos quoq; p veſtra virili liberos alios: quicunq; & periculorum, & iuſiurandi vobis ea tempeſtate participes, nunc Athenienſibus ſeruiũt: quorumq; in libertatem aſſerendorum gratia, tantus apparatus ſit tantumq; bellum. Cuius liberationis vt maxime adiutores fueritis: ita maxime iuſiurandum ſeruaueritis. Sin minus eadem quæ iam antea, hortamur: ocium agite: colentes quę veſtra ipſorum ſunt: nec ſitis in partibus apud alterutros: & tamen vtriſq; pro amicis recipite: hęc ſat vobis erunt. Nõ plura Archidamus. Quę cum audiſſent legati Platęẽſes: ingreſſiq; vrbem ad multitudinem retuliſſent: Archidamo reſponderunt: impoſſibilia ſibi factum eiſe: quę ſuaderent: ſine Athenienſibus: apud quos liberi ipſorum atq; vxores eſſent: timere quoq; ſe toti ciuitati: ne ſcilicet: aut illis digreſſis Athenienſes venirent iſta non permiſſuri: aut Thebani: vtpote in iureiurando contenti: dum vtraq; pars recipitur: rurſus vrbem occupare conarẽtur. Ille bene eos iubens ſperare reſpondit. Vos vero vrbem ac domos nobis Lacedæmoniis tradite: fines agri demõſtrate: arbores & quicquid aliud poteſt ſub numerum cadere numerate. Ipſi quocunq; libuerit abſcedite: quouſq; fuerit bellum: vbi deſierit: redditurí vobis quæcunq; acce

Peroſo.

Archidami Apologia.

perimus: habẽtes ea interim in depoſito: colenteſꝗ ac fructũ reddentes: qui vobis ad vſum ſuppetat vitę. Eo audito legati ingreſſi iterũ, habito cũ multitudie cõſilio: dixerunt ea quæ ſuaderentur velle ſe prius cõmunicare cum Atheniẽſib⁹: accepturoſꝗ conditionẽ ſi illos ꝑ ſuaſerint. Interea loci iuſſerunt ſibi fidẽ dari in ipſorũ regiõe nihil eos hoſtiliter acturos. Atꝗ ita interpoſita fide: intra quot dies credibile fuit acceptũ iri reſponſũ: a regionis vaſtatiõe tẽperarũt. Aditis Atheniẽſib⁹ legati Platæẽſes agitatoꝗ cũ eis cõſilio reuerſi, hæc ciuitati renũciãt. Neꝗ in ſupiori tẽpore viri Platęenſes ex quo ſocietatẽ iniuimus: inquiũt Atheniẽſes ſe permiſiſſe vobis iniuriã fieri: neꝗ nunc eſſe neglecturos:: ſed pro virib⁹ adiuturos. Admonẽtꝗ vos iuriſiurandi: quo veſtri ſe patres obſtruxere. Nihil noui ſe circa ſocietatẽ actu-ros. Hęc cũ legati renuntiaſſent: Platęenſes docuerunt non ꝓdere Athenienſes: ſed reſiſte-re: & ſi oporteat vel ante ipſorũ oculos vaſtari agros: & quicq̃d aliud contingere poſſet: pati neminemꝗ emittere: ſed de muro reſpondere impoſſibilia ſibi eſſe quæ Lacedęmonii ſuaderent. Qui cum reſpondiſſent: tunc vero Archidamus Rex ſtetit conteſtans deos atꝗ hero-es indigenas his verbis. Dii quicũꝗ terrã Platęenſẽ tenetis heroes conſcii eſte: iureiurando prius ab iſtis violato: nõ incipere a nobis iniuriam: ꝙ in hãc terrã venimus: in qua patres noſtri votis apud vos nũcupatis, Medos ſuperauerunt: quãꝗ vos ꝓpicii adiutricẽ Gręcis in ꝑlio pſtitiſtis: neꝗ nũc nos ſiquid faciemus: iniuſtos fore. Quoniã qui adhortati eos multis iuſtiſꝗ rationibus nihil proficimus. Itaꝗ concedite vt & ii qui ceperunt iniuriã facere: pœ-nas dent: & qui merito punire parãt: pœnas ſumãt. His deos precat⁹, militi bellũ ꝑmittit.

Archidami ſermo

Platæa vallo circundat.

Et primũ vrbẽ, ne quis iam egrederetur, expopulatis arboribus cancellato vallo circundat. Deinde aggerem ante vrbem iaciũt: ſperantes ꝓpediẽ ſe expugnaturos: tanta manu in ope occupata. Itaꝗ cæſam e Cytherone materiam vtrinꝗ muris opponẽtes, ſupra vrbis ædifi-cia extruũt: in modum caniſtrorum intextã: ne copioſus agger difflueret. In quẽ ẽt conge-runt ac ſuperiaciunt ligna, lapides, humũ, & ſi quid aliud ad excitãdã magnitudinẽ facit. Quo in opere dies noctib⁹ nulla intermiſſione iunctos ſeptuaginta conſumpſerunt: vicib⁹ quieſcentes. Nam cum alteri congerebant: alteri ſomnum cibumꝗ capiebant: ꝓpoſitis operi Lacedęmoniis: qui peregrini ſingularum ciuitatum militibus duces erant: atꝗ vrgẽtib⁹.

Cytherõ.

Platæen. ſedulitas

Hunc aggerem Platęenſes extolli cernentes, murum ligneum & ipſi componunt: quẽ vbi ſtatuerunt qua parte muri hoſtis aggerẽ excitabat: ædificant laterculis vicinarum domorũ quas diruebant: lignis eos internectentibus: ne ſuccreſcens ædificium minus ſe ſuſtineret: ꝓtexentibuſꝗ ad tutelam id coriis ac palliis: ne & ipſi in opere & ligna miſſilibus igniferis ferirentur. Atꝗ ita murus in multũ altitudinis ꝓceſſit. Nihil tamen minus agger ex aduerſo ſurgebat. At Platęẽſes tale quiddam commenti ſunt. Interciſo muro: qua vineæ aggeris admotæ erant: illarum humum egerebant. Ea re Peloponnenſes comperta, ſubactum cœ-nũ caniſtris arundinaceis eo vbi ſubtracta humus erat iniecerunt: ne ſicut humus diffluens efferretur. A quo excluſi Platæenſes id quidem tulerunt: ſed ſub terra actis ab vrbe ad aggerẽ cuniculis per certa veſtigia: rurſus humum ad ſe ſubducebant: diuꝗ eos qui erant foris latuerunt: ita vt illis etiam atꝗ etiam aggerentibus, minus tamen moles creſceret: ſubdu-cto deorſum aggere & aſſidue in locum vacue factum decidente. Cæterum veriti ne pauci permultis eſſent impares: hoc quoꝗ excogitauerunt. Omiſſa magni ædificii contra vineas ſubſtructione: ab vtroꝗ eius latere: qua muro humiliori cõmittebatur: intra vrbẽ lunari ſpecie murum ducunt: vt ſi magnus caperetur his: hic hoſtes intercluderet: cogeretꝗ iterum agere vineas: & procedendo duplicem laborem ſubire: magis etiam in ancipiti futuros. Promouerant autem vrbi machinas ab aggere Peloponnenſes: vnam iuxta vineas contra ſub-ſtructionem oppidanorum: qua ſubſtructione vehemẽter quaſſata, animos illorum perter-

refecerãt:alias alibi contra murum.Quas oppidani tum circundatis laqueis refringebant:
tum hac ratione:trabes ingentes:quas ferreis longiſq; catenis vtrinq; a capitibus ſuſpende
rant:tranſuerſas a binis ãtennis ſupra murũ inclinatis porrectiſq;,contraxerant:& quoties
datura ictũ machina erat:prominentem eius partem laxatis catenis atq; e manu remiſſis p̄
cipiti incuſſione decurtabãt.Poſt hęc Peloponnenſes cum & nihil proficerent machinæ:&
aduerſus vineas antemurale excitatum eſſet:exiſtimãtes arduũ eſſe inter tot impedimẽta
capere vrbem,ad circundandam muro eã ſe accingunt.Prius tamen igni tentandum rati ſi
poſſent ingruente vento incendere:cum ſpacioſa non eſſet.Omnia enim ſecum verſabant
ſiqua ratione rem ſine ſumptu,& ſine obſidione conficerent.Allatos itaq; materię faſces ab — Pelopon
aggere in id foſſatum:quod ad murũ prius interiacebat coniiciunt.Quo protinus vtpote — nenſes
a tãta hominum manu impleto ꝓceſſerunt:quantũ plurimum alterius vrbis occupare e lo — ignẽ accẽ
co ſuperiore potuerunt.Iniectoq; igni cum ſulphure ac pice materiam incenderunt.Vnde — dunt.
tantum flammæ excitatum eſt;q̃tum nemo vnq̃ ad tempus illud inſpexit:duntaxat ma-
nu & induſtria factum.Nam aliquando ventis colliſa ſecum ſilua in montibus ſua ſponte
ignem edidit:& ex eo flãmam.Hoc incendium cum ingens extitit:tum vero parum abfuit — Incendiũ
qui oppidanos qui alia mala effugerant:abſumeret:exiguo vrbis tractu relicto quo nõ per- — ingens.
tingeret.Qꝫ ſi ventus vt hoſtes ſperauerant:cõmodꝰ affuiſſet:actũ de illis erat.Nunc illđ
etiam fertur contigiſſe;magnã vim aquæ de cœlo cum tonitruis effuſam incendium extin
xiſſe:atq; ita periculũ ſummouiſſe.Hoc quoq; fruſtrati Peloponnenſes retenta quadam ex-
ercitus parte,cętera remiſſa,vrbem muro circundãt:certo aſſignato ſingulis ciuitatibus lo
co:ducta interius exteriuſq; foſſa ex qua lateres effecerunt.Eo perfecto ſub exortum arcturi
relicto ad tutelam dimidii muri præſidio:nam alterum dimidium Bœotii cuſtodiebant:cũ
exercitu redierunt ad ſuas quiſq; vrbes digreſſi.At Platęenſes cũ liberos & vxores cum ſeni
oribus,atq; hominum nullius vſus multitudinẽ iã ante exportaſſent:ipſi reliqui qui obſidi — Numerꝰ
onẽ ſuſtentabant quadringenti numero erant:& Athenienſium octoginta:cũ cẽtum ac de — Platæen.
cem fœminis quæ panem facerent.Tot omnino fuerunt cuncti qui ad tolerandã obſidionẽ
ſunt conſtituti:nemine alio intra muros nec ſeruo nec libero.Huiuſcemodi fuit Platæenſiũ
aduerſus oppugnantes pręparatio.Eadem æſtate obſidionis principio:cum duobus milibꝰ
ſui corporis armatorũ ducentiſq; ęquitibus duce Xenophonte Euripidis filio:cum aliis du
obus ducibus arma intulerunt in Thracia Chalcidenſibus & Bottieis:frumento maturo.
Et cum Spartolo quæ eſt in Bottiea copias admouiſſent:frumẽtũ corruperunt.Videbatur — Spartolꝰ.
autẽ ea ciuitas ad Athenienſes defectura quorundã qui intus erant opera.Sed vocatu eorũ
qui hęc nolebant:ex Olyntho armatæ copię pręſidio venerunt.Cum quibus Spartolo pro-
greſſis,Atheniẽſes ante ipſam vrbem conſeruerunt pugnã:Chalcidẽſiumq; peditatum cũ
nõnullis auxiliaribꝰ ſuperarunt:ad vrbemq; cõpulerunt:ſed peditatus ac leuis armatura a
Chalcidenſibus equitibꝰ ac leuiter armatis ſuperatus eſt:habentibus aliquot ſcutatos:e re
gione quę dicitur Cruſidis.Geſto iam prœlio ſuperueniũt:alii ex Olyntho ſcutati auxilio fu
turi.Quos vt viderunt ex Spartolo leuiter armati:addito animo:tum acceſſione ſociorum
tum ꝙ antea non inferiores fuiſſent:iterum cum Chalcidenſium equitatu ac ſubſidiariis — Chalcidẽ
Athenienſes inuadunt.Illi vero ſeſe ad duas cohortes recipiunt:quas cum impedimẽtis re — ſium &
liquerant.Qui quoties infeſtis armis ſe inferebant:toties ab hoſte fuga fiebat:Cum rurſus — Atheniẽ.
ſe referebãt:infeſtabantur miſſiliaq; ingerebantur:adequitantibus Chalcidenſibus equiti- — prœliũ.
bus & qua videbatur adorientibus.Deniq; non mediocriter iam perculſos ĩ fugam vertũt:
longoq; tractu perſequuntur.Athenienſes Potidæam fuga perlati,receptis poſtea ex fœde
re interfectis,Athenas cum reliquiis exercitus reuerterunt.Ex quo deſiderati ſunt quadrin

genti ac triginta cum omnibus ducibus. Chalcidenſes ac Bottiæi vbi Trophæũ ſtatuerũt:
Ambraci mortuoſq; ſuos legerunt: in ſuas quiq; vrbes diſceſſere. Eadem æſtate non multo poſt hæc
otarũ aui Ambraciotæ Chaoneſq; auidi omnem Acarnaniam vexandi, & ab Athenienſibus alienan
ditas. di: Lacedęmoniis ſuadent claſſem ex ſocialibus vrbibus parare: armatos mille in Acarnaniã
mittere: ꝙ dicerent ſi ſecum illi cum nauibus ſimul ac peditatu irẽt: quãdoquidem Acarna
nes mari nequeant mutuo ſibi eẽ auxilio: facile in poteſtatẽ redacta Acarnania, Zazyntho
& Cephalenia eſſe potituros: nec Athenięſes itidẽ vt nuper Peloponneſum peruagaturos
Spem quoq; Naupacti capiẽdę fore. His perſuaſi Lacedęmonii Cnemum adhuc nauarchũ
& milites cum aliquot nauibus eueſtigio mittunt: iuſſum inſtructa q̃ primũ claſſe nauiga-
re in Leucada. Studebant aũt pręcipue Corithii Ambraciotis vtpote ſuis colonis. Et claſſis
quidẽ Corinthiorum Sicyoniorumq; & circa oppidorum, inſtruebatur. Nam Leucadiorũ
Cnem⁹. Anactoriorum Ambraciotarum iam profecta apud Leucada pręſtolabatur. Cnemus & mil
le cũ eo milites vbi tranſfretarunt: ignaro Phormione: qui decem circa Naupactum pręſidi
ariis Athenienſium nauibus præerat: in terra confeſtim copias educit in aciem: eiq; præſto
fuerunt ex Græcis Ambraciotæ: Leucadii: Anactorii: præter eos mille Peloponnenſes quos
Chaones ipſe adduxerat: Barbarorum, Chaones qui non ſub regibus ſed ſub annuis ex principali ge-
nere magiſtratib⁹ viuũt: mille Photio & Nicanore ducib⁹: adiũctis Theſprotis & ipſis ſine
rege agentibus: Moloſſorũ & Athitanũ duxerat Sabylinth⁹ Tharipis regis adhuc pupilli
tutelam gerens: Paraueorũ Oridus rex adiuncto commilitio mille Oreſtarum Antiochi re
gis: eorum permiſſu. Miſit & Perdiccas clam Athenięſibus mille Macedones qui poſtea ſup
uenerunt. Hoc exercitu Cnemus nolens e Corintho opperiri claſſẽ, profect⁹ eſt: perq; Argiũ
Cnemi agrũ iter facientes: cum vicũ Limnęã ſine muris diripuiſſẽt: Stratũ ꝑuenerũt maximã Acar
abitio. naniæ vrbẽ: rati ſi hanc primam cepiſſent: cæteras haud ęgre in deditionem vẽturas. Acar
Limnæa. nanes vbi cognouerunt terra multam manum aduenisse: & mari hoſtes cum claſſe affutu-
ros: non miſerunt mutuo auxilia: ſua enim quiq; cuſtodiebãt: ſed Phormioné accerſierunt
iubentes ire ſuppetias. Ille reſpondet id fieri non poſſe: vt cum claſſis e Coritho ſolutura ſit
Pelopon Naupactum ſine pręſidio relinquat. Peloponnenſes in tres diſpertiti acies ad vrbẽ Stratio-
nẽſes trip rum iter intendunt: eo conſilio vt caſtris cominus poſitis, niſi verbis ĩduxerint oppidanos,
tito didu re oppidum tentent. Et medium quidem locum in pergendo tenebãt Chaones & Barbari
cuntur. alii: dexteram vero Leucadii Anactoriiq; & qui cum eis erant. Siniſtram autem Cnemus cũ
Pelopõnenſibus & Ambratiotis magno inuicem interuallo. Adeo vt aliquando a mutuo
proſpectu abeſſent. Et Gręci ſeruatis ordinibus: exploratiſq; itineribus pergebant: dum ido
neo in loco caſtra cõmunirent: Chaones autem ſuis viribus fręti: vt qui omnium illius cõti
Chaonũ nentis bellaciſſimi haberent: non ſuſtinuerũt caſtris deligere locum: ſed robore ipſo feroces
audacia. additis aliis mutuo auxilio Barbaris: vrbem ſe ipſo clamore expugnaturos ſperabãt: ſuũq;
id opus fore. Quos propius accedere Stratii animaduertentes: arbitrati ſi ab aliis ſeiunctos
ſuperaſſent: fore vt nequaq̃ poſtea Gręci ſimiliter accederent: circa vrbem inſidias collocãt.
Illoſq; cũ propiores facti eſſent: ex vrbe pariter, & ex inſidiis ꝓſiliẽtes circunueniunt timore
Chaonũ ꝑculſos: multiſq; Chaonũ trucidatis: cum alii Barbari hos cedẽtes viderunt: ne ipſi quidẽ
fuga. iam ſuſtinuere: ſed in fugam ſe coniecere: neutro Gręcorum agminũ ſentiente hanc pugnã
ita multum illi pręceſſerant: ſed opinante deligendis caſtris occupatos. Quos poſtq̃ effuſa
fuga ferebantur: ad ſe receperunt: contractiſq; agminibus ibidem per diem quieuerũt: Stra-
Acarna tiis non venientib⁹ cum ipſis ad manum: ꝙ videlicet alii Acarnanes auxilia non ferebant.
nes fũda ſed eminus fundis cum periculo laceſſebãt: quo genere Acarnanes excellere exiſtimantur:
periti. Non enim eis loco moueri ſine armis fas erat. Vbi nox aduenit Cnemus cũ exercitu regreſ

ſus trepide ad Amnem Anapũ.Octoginta ſtadiis Strato diſtantem. Poſtero die cæſos recepit ex fœdere:& cũ Oeniades interueniſſent pro amicitia ad eos cõceſſit: priuſq̃ vndiq; auxilia coirent:atq; illinc oẽs domũ diſceſſerunt:Stratii Trophęũ ſtatuerũt pręlii cum Barbaris geſti.

Anapus flu.

Claſſis autem quam ex Corintho & ab aliis ſociis ex ſinu Criſſęo ad Cnemũ profectam oportuit: ne mari ſuperiores Acarnanes opem ferrent:non venit: ſed coacta eſt per ipſos dies pręlii ad Stratũ cõmiſſi pugnare cum nauibus viginti quibus Phormio ad tutelam Naupacti præerat.Nam eas Phormio:extra ſinum cũ tenderent,obſeruabat: conſilio in aperto mari inuadendi.Corinthii vero ſociiq; non tanq̃ ad nauale pręlium: ſed ad terreſtre militariter inſtructi:in Acarnaniam nauigabant:nihil minus opinantes q̃ contra ſuas ſeptẽ & quadraginta Athenienſes cũ viginti nauibus auſuros cõſerere pugnam.Eos poſtq̃ viderunt e regione veniẽtes: iuxta ipſorum terram ſumptis ex Patris Achaiæ iis qui in oppoſitam continentem ad Acarnaniã tranſibant:nouerunt Athenienſes eſſe ex chalcide Eueno fluuio infeſtis proris euntes:et licet noctu progreſſi non tamen latuere hoſtem. Ita neceſſe fuit in medio freto pręlium facere.

Corinthiorũ nauigatio.
Patrę vrbs.

Duces iidem qui in ſingulis ciuitatibus cõſtituti fuerant.Corinthiorum autem Machon & Iſocrates & Agatharchidas. Et Peloponnenſes quidem in orbem naues diſpoſuere q̃ latiſſimum poterãt exitũ hoſtiũ intercludẽtes: proris extra puppibus intro verſis: minoribus nauigiis in medium receptis:ſimulq; quinq; nauibus omnium velociſſimis:vt exiguo ex internallo ſi qua hoſtis incurreret proſiliẽtes adeſſent.

Peloponnenſium nauium apparatus.

Athenienſes vero ſuas in ſeriem ſingulas circũagebant ſpeciem præbentes iam iam inuadendi:ac pene radentes curſu quos circuibant in anguſtum redigebant: vetiti a Phormione prius inuadere q̃ ipſe ſignum dediſſet.Quippe qui ſperaret fore vt ordo ille nõ perſtaret:ſicut in pugnã peditũ:vtq; naues ſe inuicem cõpingerẽt:ac nauigia turbamentũ pręberent .Ad hæc flaturum e ſinu ventum ſub exortum aurorę fieri conſuetum: ille obnauigando præſtolabatur : exiſtimans tunc nec illos aliquo momento futuros ſtabiles: & ſe ſuo arbitratu aggredi poſſe:ob maiorem nauium ſuarum velocitatem idq; vento ſpirante præcipue.

Phormionis prudentia.

Qui vbi flare cœpit & iam in arctum naues redactę:tum vento leuia nauigia propellentes:tum mediis cum exterioribus ſe compingentibus: vtręq; alteras turbare : mox alia in aliam incidere : viri contis inuicem alienam nauem a ſua repellere: vociferariq;: & dum ſe ab aliis tutantur mutuoq; conuiciantur:nulla neq; pręcepta neq; iuſſa exaudire:& quia remos in vndoſo mari referre non potuerant:quippe homines imperiti: præbere naues minus gubernatoribus obſequentes.

Peloponnenſium cõfuſio.

Ibi Phormio tali in tempore ſuis ſignum dat: illi inuecti primum vnam ex prætoriis nauibus deprimunt:deinde cęteras quaſcunq; adorti corrũpunt:adeo tumultuoſe agentes:vt neminem hoſtium animũ recipere permitterẽt. Fugiẽtes itaq; Patras verſus & Dymẽ Achaiæ perſecuti,duodecim naues ceperunt:ac plurimis eorum hominibus occiſis in Molycritũ nauigarunt:poſitoq; in promontorio Trophæo & naui Neptuno conſecrata in Naupactum reuerterunt.Peloponnenſes quoq; confeſtim cũ reliquis nauibus ex Dymen & Patris ad Cyllenem quę ſunt Eliorum naualia abiere.Quo etiã Cnemus e Leucade & naues quas cũ his mixtas oportuit: poſt præliũ ad Stratũ geſtũ venerunt.Huc pręterea mittunt Lacedęmonii Cnemo Timocratẽ Braſidam & Lycophronem:quorum conſilio ille in re nautica vteretur:iubentes aliud præliũ nauale commodius inſtrui:nec a paucis nauibus mare prohiberi. Videbatur enim cum propter alia: tum vero ꝙ tunc primum pręliũ nauale tentauerant:illud ſane pręter rationem fuiſſe commiſſum: nec tantopere claſſem ſuam imparem:ſed ignauiam quandam potius extitiſſe:nõ reputãtes quantũ diſtaret ab ipoꝝ rei nauticę tyrocinio:iã veterana Atheniẽſiũ exercitatio.Itaq;

cum indignatione iſtos miſerunt. Qui cũ ad Cnemum peruenerunt: edicunt certas ciuita
tibus naues: quę iam aderant reficiunt ex vtilitate pugnæ naualis. Phormio & ipſe Athe-
nas cum nuntio victoriæ mittit qui de hoſtium apparatu edoceat: iubet naues & q̃ pluri-
mas & q̃ maturrime ſibi mitti: propediẽ pręlium expectari. Athenienſes & viginti naues
Nicias | mittunt: mandantq; vt ſimul illas accepiſſet in Cretam ante omnia nauigaret. Nicias eñ
Cretẽſis. | Cretẽſis Gortynius Athenienſiũ amicus author eis erat in Cydoniã traiiciendi: ꝙ diceret
ſe eam illorũ hoſtẽ in poteſtatem redacturum: ſed hoc Polichnitas Cydoniatarũ finitimos
Phormio | demereri ſtudebat. His nauibus acceptis, Phormio adiit Cretã: ac iunctis Polichnitis agrũ
Cydoniã | Cydoniorũ vaſtauit. Vbi ventis & difficultate nauigandi retentus non exiguũ triuit tem
vaſtat. | pus. Peloponnẽſes interea omnibus quę ad pugnam naualem pertinẽt inſtructis, in Panor
Panor- | mum Achaicũ nauigauerunt: vbi interea Pelopõnenſis exercitus pręſto erat eis auxilio fu
mum | turus. Phormio cũ eiſdẽ viginti quibus pugnauerat nauibus profectus in promontorium
Achaicũ. | Molycritũ, exteriora tenuit. Erat autem hoc promontoriũ partium Athenienſium. Nã al
Molycri- | terum eſt e regione in Peloponneſo ſeptem fere ſtadiorum maris interuallo: Criſei ſinus os
tum. | Ipſi quoq; Pelopõnenſes Achaicũ promontoriũ haud ita multũ a Panormo diſtãs: vbi ade
rat eis peditatus: ſubierũt cũ ſeptem & ſeptuaginta nauibꝰ. Iidem vbi cõſpexere Athenien
ſes: vtriq; altrinſecus in ſtatione manſerunt: meditantes pręparãteſq; pugnam ſingulis di
ebus: ſex ſeptemve: eo conſilio ꝙ neq; illi egredi e promontoriis in liberum mare volebant:
ſuperiori clade conterriti: neq; hi ingredi anguſtias: rati pro illis eſſe in arcto pugnare. Cæ-
terum Cnemus & Braſidas & ex Peloponnenſibus alii duces: volentes primo quoq; tem-
pore pugnã cõmittere: priuſq̃ aliquid auxiliorũ ab Athenienſibus ſupueniret: concionem
primum militũ aduocauerũt: Quorum multos priore calamitate perterritos cum aĩaduer
terẽt: ad eos excitandos hunc in modum verba fecerunt.

Concio Cnemi & Peloponnẽſium Ducum ad Milites.

SI quis veſtrum viri Peloponnenſes propter ſuperiorem pugnam, futurã reformi-
Cnemi | dat: is non recte ſibi timendũ interpretatur. Nã & apparatus tũc opportunus de
& Pelo- | fuit: vt ſcitis: nec ad prælium nauale nos magis q̃ ad exercitum nauigabamꝰ. Ac
põnẽſiũ. | ciderunt autem aduerſa non modica & fortunæ temeritate: et in primis pugnę naualis in-
ducum | ſcitia non nihil obfuit. Itaq; neq; noſtra culpa euenit vt ſuperaremur: neq; cõuenit: cũ non
oratio. | vſq; adeo ſis victus conſilio: habeaſq; aliquas apud te in contrarium rationes: ob id quod
accidit animo conſternari: ſed exiſtimare vt homines fortuitis fallantur vſu venire: cum eiſ
dem tñ bene agi ſi fortes ſint: ſemper ſuo conſilio fręti: nec excuſantes imperitiam: cum ea
dẽ animi vix vſq̃ inſtrenui fiant. Et ſane vobis nequaq̃ ita deeſt peritia: vt ſupereſt audacia.
At iſtorum quam pręcipue extimeſcitis ſcientia: ſi quidem fuerit fortitudine prædita me-
mor erit inter aſpera exequi quæ didicit: ſin minus, nullum tunc artificiũ valet. Timor eñ
memoriam excutit: & ars citra pręſtantiã animi inter pericula nil prodeſt. Ergo illorum ma
iori experientiæ maiorem opponite audaciam: timori: quia victi eſtis: opponite ꝙ impara-
ti fuiſtis. Ad hęc ſuppeditat vobis copia: tum nauium: tũ militũ: in terra & noſtra & vicina
ad pugnam naualem accinctorum. Plures eñ ac melius inſtructi fere pręualẽt. Itaq; ne vnũ
quidem reperimus: qđ vos deficiat: & quęcunq; prius peccauimus: hęc eadẽ ipo experimen
to nos edocent. Pręſtanti igitur animo & gubernatores & nautæ ſuum quiſq; munus exe-
quamini: non deſerentes locum cuiq; aſſignatum. Quibus nõ priorem: quã ſuperiores du-
ces fecerunt: commoditatem pugnandi præſtabimus: nec cauſam vlli vt ſit inſtrenuis. Q
ſi quis talis eſſe voluerit: is pro merito plectetur: ſtrenui vero dignis virtute pręmiis ornabũ
Peroratio | tur. Huiuſmodi verbis duces Peloponnenſium ſuos animauerunt. Phormio autem timẽs,

& ipſe militũ pauorem: & animaduertens ꝙ addenſatis inter ſe nauibus multitudinẽ claſ-
ſis hoſtilis formidabant: voluit conuocatos eos animare: pariter & in præſens tempus ad-
monere. Nam ſemper antea quo animos illorũ præpararet: negauerat vllam tantã claſſem
cui inuadenti non foret ab eis reſiſtendum. Et ipſi milites iam pridẽ hanc intra ſe fiduciam
præſumpſerant: vt quia Athenienſes eſſent: nulli quãlibet numeroſę Peloponnẽſium claſ-
ſi cederent. Tunc tamen eos cernens præſenti rerũ aſpectu animo debilitatos: ſtatuit auda
ciæ cõmonefaciendos. Conuocatiſq; illis hoc modo diſſeruit.

Oratio Phormionis Athenienſis ad Milites

CVm vos animaduertã Viri milites pertimeſcere multitudinẽ hoſtiũ: cõuocãdos Concio
cenſui: ꝙ abſurdum duco: eorũ quę horrenda non ſunt horrore præſtringi. Nam Phormio-
iſti primũ idcirco tot naues, nec ex ęquo cõparauerũt: ꝙ priꝰ ſuperati, & ſibi cõſcii nis.
ſunt: nõ eſſe ſe nobis pares. Deinde ideo veniũt tanq̃ i quo pręcipue confidunt: eos deceat
animoſos eſſe: nulla de re alia audaces: niſi ꝙ in pedeſtri acie plęrũq; victores diſcedunt: ra
ti idem ſe in re nautica facturos. Quæ facultas ſi qua eis in illo: multo iuſtius nobis in iſto
adeſt. Quoniam ex ipſa animoſitate nihil antecellunt. Verum hoc ꝙ vtriq; in ſuo quiſq;
loco expertiores ſumus: nos audaciores facit. Lacedęmonii ꝑterea ꝙ ſociorũ principes ſunt:
ſuæ glorię gratia multos inuitos in periculũ ducunt: alioqui nunq̃ tentatuꝝ rurſus pugnã
in qua ita ſuperati ſunt. Eorũ vos nequaq̃ extimeſcatis audaciã: quibus ipſi vehementiorẽ
vt credibile eſt incutitis metũ: tum quia iam victi ſunt: tum quia exiſtimãt nos ita obſtitu
ros: vt nõ nihil egregie dignũ nobis agamus. Atq; hoſtes quidẽ qui numero ꝓſtant: vt iſti:
magis viribus q̃ conſilio fręti inuadũt. Qui vero pauciores ſunt: nec pugnare cogunt̃: ii cõ
firmato ex cõſcientia ingenii animo audacter obuiam eunt. Quod iſti reputãtes merito nõ
magis exterriti ſunt ob id: q̃ ob tantulũ nauiũ apparatũ. Multi iam exercitus per imperitiã
a minoribꝰ, quidã etiã per ignauiã profligati ſunt: quarũ rerũ vtriuſq; nos ſumus expertes.
Neq; vero cõmittã: vt q̃tũ in me erit: aut intra ſinũ certamen ingamus: aut in eũ penetre-
mus: cũ ſciã anguſtias loci nõ cõpetere paucis nauibꝰ agilioribus ſub peritis rectoribꝰ: con
tra multas ab imperitis inſeſſas. Non em̃ aliquis niſi ex longo proſpectu hoſtium, quaſi hoc
expediat in eos inuehebat̃: neq; cũ periclitabit̃ quoties opportunũ erit ſe ſubducere queat
nulliq; ſibi elapſus: nulli receptus: quę agiliorũ & nauiũ & nautarũ opera ſunt: ſed neceſſe
fuerit pro nauali pedeſtre certamen fieri: melioreq; in eo conditionẽ plurium nauiũ. Sed ha
rũ ego rerũ quoad potero curã habebo. Vos vero apud naues in ſuo quiſq; ordine manẽtes
e veſtigio ꝓceptis obtẽperate: cũ pręſertim breui momẽto inuadendi cõſtet occaſio: & inter
agendũ plurimi exiſtimate ornatũ & ſilentiũ: quę cũ aliis in rebus bellicis conducũt: tũ pręcipue in naualibus. Propulſate igitur iſtos pro dignitate eorũ quę geſſiſtis: magna vobis re Peroratio
in hoc certamine propoſita: vtrũ ſpem Pelopõnẽſibus eripiatis cũ claſſe nauigãdi: an Athe
nienſibus metũ maris propiorẽ afferatis. Illud quoq; vobis in memoriã redigo: nos ſuperaſ
ſe eorũ permultos: virorũq; qui ſuperati ſunt mentes: neſcire in eiſdẽ periculis ſibi conſta-
re. Talibus & ſuos Phormion adhortatus eſt. At Pelopõnenſes quãdoquidẽ ab iſtis nõ ꝓce Pelopõnẽ
debatur intra ſinũ, atq; anguſtias: volẽtes introducere inuitos: ſub exortũ aurorę profecti ſiũ bellicꝰ
quadrato agmine vela faciunt intra ſinũ ſuã terrã verſus: dextro cornu procedẽte: ſicut in apparatꝰ.
ſtatione ſteterant: vbi viginti naues maxime celeres cõſtituerũt: vt ſi ipſos Naupactũ ver-
ſus tendere ratus Phormion, ad ferendã opem idem iter intendat: nõ effugiat exterius ve
lificantis cornu incurſum: ſed ab eo intercludatur. Phormion quod illi captabant veritus
pro oppido pręſidiis carenti: vt proficiſcẽtes inſpexit: inuitus feſtinabunduſq; impoſitis in
naues militibus terram legit: ſimulq; peditatus Meſſeniorum pręſto erat auxilio futurus.

Hos vt viderũt Peloponneſes nauem naui ſequente, iam intra ſinum ac prope terram naui gantes: id qđ maxime volebãt vno repente ſigno cõuerſis nauibus dirigũt curſum ĩ Athe nienſes: vt quiſq; celerrime poterat: ſperãtes omnem hoſtium claſſem a ſe captũ iri. Cęterũ hãc cõuerſionẽ & dextrũ cornu ſubterfugerũt ĩ apertũ mare vndecim naues q̃ pręcedebãt

Athenienſes vincũtur.

Cęteras fuga pętẽtes terrã Pelopõnenſes circũuenire: premere: corrũpere: homines quicũq; enatare nõ poterãt: cõficere: quaſdã quas depreſſerãt naues inanes trahere. Nã vnã demũ cũ ipſis viris ceperunt. Quaſdã Meſſenii ſubſidium ferẽtes cũ armis mare ingreſſi cum cõ ſcẽdiſſent: pro tabulatis pugnãdo eripuerũt iam trahi incipientes. Hunc in modũ ſuperauere Pelopõnẽſes: corrupereq; Atticas naues. Eorũ viginti quę pro cornu dextro locatę fue rãt: vndecim illas Athenienſiũ inſequebant: q declinata in altũ fuga elapſę p̃uerterant ho ſtẽ: pręter vnã: applicãteſq; Naupactũ portũ adeptę prope Apollinis tẽplum cõuerſis pro ris, ſeſe ad defenſionẽ accingebãt: ſi cõtra ipſos in terrã hoſtes nauigarent. Illi poſterius ve nientes inter nauigandũ Pęana canebant: tanq̃ victores. Harũ longe prima Leucadia na uis vnã quæ reliqua erat Atticarũ inſequebat. Forte nauis oneraria aliquantũ procul a lit tore ad anchoras ſtabat: quã Attica nauis cũ occupaſſet: eiq; ſe circũegiſſet: mediã Leuca diã incurrit: demergitq;. Quę res ex improuiſo & inopinato cũ accidiſſet: Pelopõnẽſes ter

Athenienſiũ inſtauratio.

rore cõcuſſit. Ad hæc incõpoſiti, vt in victoria ſequẽtes: partim demiſſis remis curſum in hibuerãt: rem inutilem ſibi: vtilẽ Athenienſibus: ad ſe ex breui ſpatio inuadẽdos: cũ volũt aduentũ plurium opperiri: partim imperitia locorũ in breuia impegerãt. Quod fieri viden tes Athenienſes ſubit audacia: vnaq; ſe vociferatione adhortantes in eos tendũt. Illi pro pter ea q̃ peccauerant: & q incõpoſiti erãt paulisper modo ſuſtinuere: tum dantes terga in

Pelopõnẽſes vincũtur.

ſtationẽ vnde diſceſſerãt tendũt. Quorũ tamen ſex naues quæ maxime propinquę fuerãt Atheniẽſes inſecuti ceperũt: & ſuas quas illi corruptas tũc primũ ad terrã religauerãt: abſ tulerũt: hoſtium aliis occiſis: aliis quos ceperãt reſeruatis. Nam Timocrates Lacedæmo

Timocratis interitus.

nius ĩ naui Leucadia nauigãs: quę circa onerariã eſt depreſſa: vbi ea fracta eſt: gladio ſe trãſ egit: in portũq; Naupactũ decidit. Reuerſi Athenienſes Trophęũ ibi ſtatuerũt vnde pro fecti vicerũt: mortuoſq; ac naufragia quęcũq; apud orã ipſorũ erãt legerũt: & ſua hoſtibus

Trophæa duplicia.

ex fœdere reddiderũt. Peloponnẽſes autẽ & ipſi Trophæum ſtatuerũt pro victoribus agen tes: ob fugatas ad terrã quas corruperunt naues: & eã quã ceperunt: iuxta Trophæum in Achaico Promontorio cõſecrarũt. Poſt hæc veriti ne ſuperuenirẽt ab Athenienſibus auxi lia noctu vela fecerũt in ſinũ Criſſæum Corinthũq; omnes p̃ter Leucadios. Nec ita poſt ab eorũ digreſſu Athenienſes e Creta viginti cũ nauibus: quas ante pugnã ad Phormionẽ ad ductas oportuit: Naupactum appulſæ ſunt. Aeſtaſq; exacta: prius tamen q̃ claſſis Corin thũ in ſinũq; Criſſæum diſcederet. Cnemus & Braſidas & alii Pelopõnẽſium principes edo

Piræum.

ctia Megarenſibus ineunte hyeme voluerunt tentare Piræum Athenienſium portũ: qui neq; cuſtodiret: neq; clauderetur haud ab re. Quoniam multo cæteris antecellerẽt re naua li Athenienſes. Placitũ autẽ ſingulos nautas cũ ſingulis remis ſcalmis pellibus: quas remi ges ſibi in remigãdo ſubſtrauerũt: Corintho pedibus ire ad mare qđ Athenas ſpectat. Atq; illinc q̃ celerrime tẽdere Megaram: deductiſq; ex Niſæa quæ ſunt illorũ naualia quadra ginta nauibus quę illic erant: nauigare cõfeſtim in Piręum: vbi neq; vllę naues ad cuſtodiã eſſent: neq; expectatio vlla hoſtium ex improuiſo vnq̃ innauigãtium: ſiue ex aperto & per ocium: ſiue ex inſidiis q̃ præſentirentur. Vbi vero hoc eis agere placuit ſtatim abierunt: cũq; noctu perueniſſent: & naues ex Niſæa deduxiſſent: in Piręum contẽdebant: nõ etiam vt crediti ſunt periculum metuẽtes: & quidã etiam ventus dicitur eis impedimẽto fuiſſe. Supra promontorium qđ Salaminẽ reſpicit Megaram verſus pręſidium erat: iuxta tres ad

cuſtodiam naues: ne quid inueheretur Megarẽſibus: neve quid illinc eueheret. Hoc illi prę
ſidium ſunt aggreſſi: triremes vacuas deduxerunt: cęteram Salaminẽ ex improuiſo adorti Salamini
diripuerunt: ſed ab iis qui expugnabantur leuati ſunt ignes Athenas verſus aduentũ ho- diripitur.
ſtium ſignificantes. Ex quo tantus peruaſit animos terror: vt nullus fuerit maior eo bello.
Nam qui in vrbe erant iam Piræum hoſtes inuectos arbitrabantur: & qui in Piræo, Salami
nẽ eſſe captam: tantũq; non in ſe veniri: qđ ſane facile illi feciſſent: ſi & cunctari voluiſſent
nec vento interpellati fuiſſent. Athenienſes igit prima luce populariter ſuccurrẽtes in Pi-
ræum naues deduxerunt: feſtinanterq; ac multo tumultu cũ aſcendiſſent: in Salaminẽ ve
la fecerunt peditatu ad tutelam Piræi relicto. Quos vbi ſenſere Peloponnẽſes auxilio veni- Budorũ.
re magna ex parte Salaminẽ peruagati: captis hominibus: pręda: & tribus ex Budoro caſtel
lo nauib⁹: propere in Niſęam renauigarũt: diffiſi nauibus quę ad tẽpus deductę nec mari fe
rendo ſatis firmę erãt. Profectiq; Megarã iterum Corinthũ pedeſtri itinere redierunt. Quos
apud Salaminẽ nõ adepti Atheniẽſes: & ipſi reuerſi ſunt: atq; ex eo die Piræũ impẽſius cu-
ſtodierũt: tum clauſtris portuum: tũ alia diligẽtia. Per idem tempus circa initia huius hye Sitalces
mis, Sitalces Odryſes Terei filius Thracũ Rex expeditiõem ſumpſit aduerſus Perdiccam Odryſes.
Alexandri filium Macedoniæ regem: & Chalcidẽſes qui ſunt in Thracia: ob duo promiſſa:
quorum alterum volebat repoſcere: alterum Athenienſibus ipſe perſoluere. Nam & ei Per
diccas principio belli cum rebus eius ad perniciem ſpectantibus ſponſionem feciſſet: ſi ipm
Sitalces Athenienſibus reconciliaſſet: nec Philippum fratrẽ eundemq; hoſtẽ reſtitueret in
regnũ: quæ ſpoponderat non exoluit. Et ipſe Athenienſibus receperat vbi ſocietatẽ cũ Per
dicca iniuiſſet compoſiturum ſe in Thracia Chalcidicũ bellũ. Vtraq; igitur cauſa expedi-
tionẽ ſuſcepit: & Amyntam Philippi filium in regnũ Macedonũ ducebat cũ legatis Athe
nienſium: qui huius rei cauſa aderãt: Agnone duce. Oportebat eñ Athenienſes quoq; cũ
claſſe & peditatu aduerſus Chalcidẽſes pręſto eſſe. Igitur ab Odryſis ingreſſus: accerſit pri Odryſi.
mũ Thraces quibuſcũq; imperitabat: intra Aemũ montẽ & Rhodopẽ ponto Euxino ten⁹
& Helleſponto. Deinde ſuperato Aemo Getas & quæcũq; aliæ cis Iſtrum fluuiũ magis ad Getę.
pontũ Euxinũ vergẽtes incolunt populi: qui ſunt Getæ & Scytharum finitimi: ac ſimiles Scythę.
cultu: omnes ex equis ſagittarii quos Hippotoxotas dicimus. Præterea euocauit mõtano
rũ Thracũ permultos: genus liberũ & machæris accinctũ: qui dii vocantur: Rhodopen plę-
roſq; icolẽtes partim mercede inductos: partim ſtudio ſecutos. Acceſſit & Agrianes & Le-
æos & cęteras gẽtes Pęonias imperii ſui vltimos: vſq; ad Graæos & Leæos Pęonas & Stry- Strymon
monẽ Amnẽ: qui fluit e Scomio monte per Graęos ac Leæos: vbi imperii eſt terminus: hinc flu.
ad Pęonas ſui iam iuris: illinc qua ſpectat Triballos qui & ipſi ſui iuris ſunt Trerib⁹ ac Tila Pęones.
tæis terminãtibus: qui Scomium montẽ incolunt ad Septẽtriones continẽter: ad Solem oc Triballi.
cidẽtem vſq; ad Oſcium flumẽ: ex eodẽ quo Neſtus & Ebrus oriens monte inculto: & ſane Oſciũ flu.
Rhodope vicino. Fuit aũt Odryſorũ imperiũ magnitudine ad mare vſq; pertingẽs ab vrbe Neſt⁹ flu.
Abderorũ ad pontũ Euxinũ vſq; ad flumen Iſtrum. Ea ora vbi minimũ ſpacii habet: poteſt Ebrus flu.
ambiri nauigando: ſi vẽtus a puppi ſemper inſpiret naui rotunda: quattuor diebus ac toti Odryſorũ
dem noctibus. Item itinere terreſtri vbi breuiſſimũ ab Abderis ad Iſtrum vir expeditus vn- imperiũ.
decim intra dies trãſmittat. Et tanta quidẽ fuit ad mare longitudo. Per Mediterranea ve-
ro a Bizantio ad Leæos & ſuper Strymonẽ: hac: hinc eñ longiſſimus eſt a mari tractus: ho-
mini expedito tredecim intra dies peragrabitur. Tributum quoq; qđ ex Barbaris gentibus
Græciſq; exigebatur ſub Seutho qui poſt Sitalcẽ regno potitus maxime id auxit quadrin- Seuthus.
gentorum fere talentorum: fuit vis ſumma auri argentiq;. Nec inferiora his quæ afferebã Sitalcis
tur ex auro & argento munera. Præter res textiles: vel villoſas vel leues: & aliam ſupellecti- regnum.

lem: quæ nõ modo ipſi, ſed etiã proceribus nobilibuſq; Odryſorum ſtata erãt: longe alio q̃
apud regnum perſarum inſtituto: & q̃ apud alios Thraces: accipiendi citius q̃ dandi. De-
formius enim erat eum qui poſceretur non dare: q̃ eum qui poſceret non impetrare. Tam
&ſi hoc inſtituto plęrũq; imperioſe vtebantur: quoniam nihil donanti nihil tranſigere lice
bat. Ita regnũ eo potẽtię pvenit. Quippe omniũ qui in Europa ſunt inter Ioniũ ſinũ & pon

Pontus Euxinus.

tum Euxinum: hoc maximũ extitit prouentu pecuniarũ: & cæteris opibus: ſed robore cer-
tandi & exercitus magnitudine multo eſt Scytharũ gente inferius. Nam Scythis non mo
do quæ in Europa: ſed etiã quæ in Aſia ſunt nationes æquari nequeant: vt ſingulę illis om
nibus inter ſe concordibus reſiſtant: ne in alia quidẽ ſolertia ac prudentia ex præſenti vtili-
tate viuendi. Sitalces igitur tam ingenti plagę imperans: vbi cõparato exercitu omnia in-

Cercina mons.

expedito fuerũt: profectus in Macedoniã eſt primũ per ſuũ regnum. Deinde per Cercinam
montem habitatoribus vacuũ qui Sintos Pæoneſq; cõmittit: eadem via: quã ipſe prius in
expeditione aduerſus Pęones fecerat ſucciſa ſilua. Eum montem tranſeuntes ad dextrã ha
bebant Pęones: ad ſiniſtrã Sintos & Medos. Quem emenſi peruenerunt in Doberũ Pęoniũ

Sinti ppli.

nihil in eo ſuperãdo paſſi niſi aliquid morbo. Nam morbus incidit. Siquidẽ Thracũ ſine im
perio nõ parum multi vltro ſequebant̃ prędæ gratia. Itaq; fertur omnis multitudo nõ mi-
nor centum quinquaginta milibus extitiſſe: & hæc maxima ex parte pedeſtris: ex tertia au
tem ferme equeſtris. Qui equitatus ex Odryſis pcipue conſtabat. Secũdũ hos ex Getis ex
peditatu machæriferi: qui e Rhodope deſcenderũt, gens ſui iuris, bellaciſſimi erant. Cęterũ
vero vulgus ipſa terribiliſſimũ multitudine promiſcuum ſequebatur. In Doberũ vbi coie-
rũt: q̃ in rem fuerãt pparарunt: vt e montis iugo inuaderẽt inferiorẽ Macedoniam q̃ Perdic

Lyncestę Elimiotæ populi.

cæ parebat. Nam inter Macedonas ſunt & Lynceſtę & Elimiotæ: & aliæ in ſuperiorib⁹ gen
tes ſociæ illis atq; obnoxiæ. In hiſq; Perdiccas regnum habebat. Nam eius pater Alexan-
der ac progenitores Temenidæ olim ab Argo oriundi, eam quæ nunc maritima eſt Mace-

Pieria.

doniã primi adepti ſunt: in eaq; regnarũt: bello expulſis ex Pieria quidẽ Pieribus: qui poſtea
ſub Pangeo trans Strymonẽ incoluerunt Phagretẽ aliaq; item oppida. Vnde nunc quoq;

Bottia. Axius flu.

ſub Pangeo plaga vergẽs ad mare vocatur ſinus Piericus. Ex ea vero quę nominat̃ Bottia
Bottiæis: qui nunc Chalcidenſium ſunt cõfines. Quinetiam in Pęonia iuxta Axiũ Amnẽ
occuparunt. Stenentinem a montanis ad Pellam vſq; & mare pertingentem: ac trãs Axiũ
Strymone tenus eã quæ Mygdonia appellatur eiectis Edonibus. Eiecerũt & ex Eordia: ita
nãq; nunc vocatur Eordos: quorum permulti deleti ſunt: aliquantulumq; adhuc ex iis cir-
ca Phyſcam ſedes habet. Necnon ex Almopia, Almopes: alias inſuper gentes in poteſta-
tem redegerũt. Macedones hi quibus nunc etiam imperant: Anthemõtem Greſtoniã: Bi-
ſaltiam: & ipſorum Macedonum Pollam. Quæ omnia Macedonia vocantur: quæq; regis
Perdiccæ Alexandri filii erant: quo tempore Sitalces inuaſit. At hi quidem Macedones in
greſſis tam multis copiis reſiſtere cũ non poſſent: quæcunq; in regione erant comportarũt
in loca munita: ac muros habentia: tum nõ admodum multa. Nam poſtea Archelaus Per
diccę filius regno potitus: ea quæ ibi viſuntur extruxit: amplaſq; vias muniuit: ac cętera ex

Thracum exercitus.

vſu belli, equis, armis, alioq; apparatu melius q̃ ſuperiores octo reges adornauit. Exercitus
autem Thracum vbi ex Dobero mouit: primum ingreſſus ea quæ prius Philippi fuerant:
vi cepit Idomenem: Gortyniam vero & Atlantam: & alia quædam oppida accepit in
fidem ob amicitiam Amyntæ: cuius Philippus filius aderat. Europum autem cum tentaſ
ſet expugnare non potuit. Dehinc in reliquã progreſſus eſt Macedoniam: quę vel ad dexte
rã Pellę iacet & Cyrri. His interiora non adiit Bottiæam & Pieriã: ſed Mygdoniã Greſto-
niã Anthemũtẽ populat⁹ eſt. Macedones cũ ſe pares peditatu fore diffiderẽt: accitis equis

á ſociis ſuperiora habitantibus:pauci contra multos adorti ſunt exercitum Thracũ: & quã
impreſſionẽ fecerũt:nemo ſuſtinuit vtiq; equites egregios ac loricatos;ſed multitudine cir
cũfuſa longe numeroſiore ancipiti marte pręliabantur.Cunq; ſuperatũ ſe iri a pluribus ani
maduerterẽt:pugnã ad extremũ inhibuerunt.Et Sitalces apud Perdiccã verba fecit:q̃obrẽ
arma intuliſſet.Et quoniã Athenienſes cũ claſſe non aderant;quippe nõ iturum credentes
dona ad eũ legatoſq; miſerãt:partẽ copiarũ in Chalcidẽſes Bottiæoſq; dimittit;atq; caſtel
lis extructis regionẽ vaſtabat.Vbi dũ ſtatiua habet Theſſali qui ad auſtrũ ſpectant & Ma-
gnetes & cæteri ſub imperio Theſſalorũ Thermopylarũq; tenꝰ Gręci metu perculſi:ne ĩ ip
ſos iret exercitus in armis erãt.Trepidabant item trans Strymonẽ vergẽtes ad aquilonem
Thraces quicũq; campeſtria incolunt.Panęi inſuper & Odomãti & Droi & Derſęi qui om Panęi.
nes ſuis legibus viuũt.Sitalces autẽ cũ Græcis Athenienſium hoſtibus in colloquium ve-
nit:ſe illorũ inductũ nequaq̃ iure ſocietatis inuicẽ inuaſuros.Ipſe Chalcidicã & Bottięam
& itẽ Macedoniam infeſtus vaſtabat.Cui tãdẽ cum nihil eorum cõfeciſſet:quorum gratia
venerat:& comeatu careret exercitus;atq; hyeme vexaretur:Seuthes Spardoci filius ipſi & Seuthes.
patruelis qui potentia ſecundus,ſuadet:vti q̃ celerrime diſcedat.Seuthẽ autem Perdiccas
clam ſibi conciliauerat:pollicitus ſororem ſe illi cum pecunia daturum. Ita Sitalces perſua
ſus triginta diebus,& horũ apud Chalcidẽ octo conſumptis, cum exercitu domũ q̃ celerri
me reuerſus eſt.Et Perdiccas ſororem Stratonicẽ vti ſpoponderat Seuthę in matrimoniũ
dedit.Atq; ita circa Sitalcis expeditionem res geſtæ ſunt.Ii autem qui apud Naupactum
agebant Athenienſes eadẽ hyeme poſtq̃ claſſis Peloponnẽſium diſſoluta erat:duce Phor
mione ſub armis ad Aſtacũ nauigarunt.Progreſſiq; in Mediterranea Acarnaniæ cum qua
dringẽtis ſuorum claſſiariorũ armatis,ac Meſſeniis totidẽ;eos qui dubiæ in partes fidei viſi
ſunt:ex Strato & Coronte aliiſq; oppidis eiecerũt.Et Cynete Theolyti filio in Corontẽ de-
ducto:iterũ ſe ad naues receperũt:nõ auſi propter anni tẽpus,Oeniades ſolos omniũ Acar Oeniades
nanũ aſſiduos hoſtes laceſſere.Nam Achelous amnis ex Pindo monte deuolutus;per Do- Achelous
lopiam,Agraos,Amphilocos,perq; Acarnanicũ campũ,ſuperne Stratõ vrbẽ,Oeniadaſq; fluuius.
interfluens;mari miſcetur:reſtagnato;qui horũ oppido intolerabilem vtiq; hyeme propter
alluuiones militiã præſtat.Iacent autẽ plęręq; Echinadũ inſularũ e regione Oeniadum ab
alluuionibus Acheloi nihil admodũ diſtantes.Quarũ nonnullę quoties torrens fluuiꝰ hu
mũ aggeſſit cum cõtinente iunguntur.Crediturq; fore nõ ita multo poſt tempore:vt hoc
non patiantur illę.Nam & æſtus eſt ingẽs:multus;ſabuloſus: & inſulę crebrę & limi agge
ſtu interſepiẽte cõmiſſę:nec gradatim ne vi fluminis diſſiparẽtur:ſed ita vt nõ rectũ aquis Alcmęon
in pelagus exitum prębeãt.Prętera incultę & paruę.Fertur autem Alcmęoni Amphiarai
filio poſt matrem necatam errabundo Apollo terram hanc habitandã oraculo ſignificaſſe
reſpondens:non prius illum terroribus liberatum iri:q̃ in ea regione locum ad habitãdum
reperiſſet:qui neq; dum a ſole conſpectus;neq; terra eſſet:quando matrem necauit:vt omni
alia terra ab ipſo ob paricidium prophanata.Ille(vt aiunt)incertus conſilii:vix tandem in
tellexit alluuionem Acheloi eum eſſe.Satiſq; ſoli illud ad vſum corporis viſum eſt.Poſtq̃
occiſa matre non exiguo tempore pererraſſet:incolenſq; circa Oeniades loca renauigauit: Acarna-
& a filio Acarnane cognomẽ regioni reliquit.Et de Alcmęone quidẽ quæ accepimus eiuſ nes.
modi referimus.Athenienſes autem cum Phormione ex Acarnania in Naupactum profe-
cti:primo vere Athenas nauigarunt:ſecum portantes libera capita in prœliis naualibus ca
pta.Quorum ſingula ſingulis redempta ſunt:itemq; naues quas ceperant.Et hyems hæc
finita eſt;ac tertius belli annus quod Thucydides conſcripſit.

## THVCYDIDIS HISTORIARVM PELOPONNENSIVM. LIBER TERTIVS.

INEVNTE AESTATE adulto iam Fruméto Peloponnen
ſes ac ſocii duce Archidamo Zeuxidami filio Lacedæmonio-
rũ Rege ingreſſi ſunt Atticã: ſtatiuaq; habẽtes regionẽ popu-
labant: excurſioneſq; faciebãt vt cõſueuerãt: Atheniẽſib⁹ equi
tibus: quacũq; dabatur occaſio: leuiter armatorũ plurimã tur-
bã prohibentibus: ne progreſſa cũ armis læderet loca vrbi vici
na. Cõmorati aũt quoad cõmeatus ſuppeditauit: reuerſi ſunt
Leſbos. in ſuã quiq; ciuitatẽ. Sub ipſorum tamen in Atticã ingreſſum
protinus omnis Leſbos pter Methymnã ab Athenienſibus de
fecit: cũ id iã inde ante motũ bellũ voluiſſet: ſed Lacedęmonii
eã recipere noluerunt. Cæterũ opinione ſua maturius deficere
coacta eſt. Quippe obſtruendis portubus: extruendis muris: ædificãdis nauibus prorſus oc
cupati fuerãt: vtq; e ponto quęcũq; oportebat: ſagittarii, frumẽtũ, & q̃ accerſerãt venirẽt.
Tenedii Siquidẽ Tenedii cũ quibus inimicitias exercebãt & Methymnæi: priuatim quoq; ipſorum
Mitylenæorũ quidã: quibus propter factionẽ publicũ erat cũ Athenienſibus hoſpitiũ: indi
Mitylene. cium detulerunt omnes Leſbios ad cõmigrandũ Mitylenẽ cogi: ac Mitylenæos omni ap-
paratu ad defectionem ſpectare: Lacedæmoniis Bœotiiſq; cognatis eorũ adminiſtris: & ni-
ſi occuparẽt Athenienſes Leſbum: amiſſuros Athenienſes: vt qui & morbo iã vexarẽtur: &
bello eoq; acerrimo. Præterea exiſtimarẽt magni negocii eſſe: Leſbum bello tẽtare. Et naues
habẽtes integris viribus nõ acceperũt ab initio dilationẽ: ſed ipſos deferẽtes maiori ex pte
redarguebant: ꝙ videlicet illa vera eſſe nollent. At poſtq̃ dimiſſa illuc legatione nõ perſua
ſere vt Mitylenæi frequẽtiam ciuitatis ex cætera inſula & apparatum diſſoluerẽt: timẽtes
iam anteuertere voluerũt: miſſis confeſtim quadraginta nauibus: quę forte vt Peloponne
Cleipides ſum obirent in expedito erant: ſub Cleipide Dinii filio ex tribus ducibus primo. Renuntia
Apollinis tum enim eis erat futurũ Apollinis Maloentis feſtum extra vrbẽ: qđ omni Mitylenęorum
Maloentiſ frequentia celebraretur: ſpemq; eſſe: vt repentino aduẽtu adorirentur. Q; ſi conatus pro-
feſtum. cederet recte res ſe haberet: ſin minus: Mitylenæis edicerẽt: vt naues tradant: muros demo
liantur: nõ obtemperantibus bellum inferrẽt. Et naues quidẽ profectæ ſunt. Decem autem
triremes Mitylenæorum auxiliares: quę ex fœdere tũc aderant, retentæ ſunt: & viri qui in
eis erant in carcerem coniecti. Quidã tamen Athenis profectus in Eubœam atq; illinc ter-
reſtri itinere cum Gereſton peruieniſſet: nactus ibi onerariam nauim ſecunda nauigatione
vſus triduo q̃ Athenis diſceſſit Mitylenen delatus: nuntiauit eis naues in ſe Athenien-
ſium venire. Illi neq; ad Maloentem exierunt: & cætera murorum atq; portuum vbi ſemi-
ſarta erant ſarcientes, cuſtodias egerunt. Nec ita multo poſt Athenienſes cũ appuliſſent:
vidiſſentq;: hæc denuntiant duces mãdata: illis nõ audiẽtibus dicto ad pugnã ſe inſtruũt
Oppidani imparati & e repentino coacti pugnare: progreſſi ſunt nauibus aliquantulũ an-
te portum tanq̃ ad præliũ. Deinde inſequẽte Athenienſium claſſe fugientes: in colloquiũ
Fœdera ducum venerunt: volentes ſiqua miti conditione tranſigi poſſet e veſtigio naues dimitte
Mityle- re. Idq; Athenienſes duces admiſerũt: & ipſi timẽtes ne nõ ſatis eſſent ad omnẽ Leſbum de
næorũ & bellãdam. Factis induciis mittũt Athenas Mitylenæi cũ alios: tum vero vnũ ex iis qui de-
Athenieñ tulerãt indicium: quẽ iam facti pœnitebat: ſi forte perſuadeant: vt naues ab ipſis abſcedant
tanq̃ nihil rerũ nouarũ molientibus. Et interea legatos quoq; cum triremi Lacedæmonem
mittunt clam Athenienſium claſſe: quæ ad ſeptẽtrionalem vrbis partem in Malæa ſtatio-
nem habebat. Non eñ fidem habebant iis quæ ab Athenienſibus offerebant. Atq; hi qui

dem legati aſperrima nauigatiõe vſi in pelago: delati Lacedęmoniã agebãt cũ illis vt aliqd
veniret auxilii. Vbi vero alii legati Athenis re infecta redierũt: ad bellũ ſe accingebat & Mi
tylene & cętera Leſbos pręter Methymnã. Nã hęc Atheniẽſibus fauebat: & Imbrii & Lẽnii Imbrii
& ex aliis inſulis aliquantulũ ſociorũ. Et cũ eruptionẽ quãdã totius populi in caſtra Athe Lemnii.
nienſiũ feciſſent: cõmiſſaq; pugna nõ inferiores extitiſſent: tamẽ regreſſi ſunt: ꝙ ſibi ipſis fi
dẽ nõ haberẽt ibi pernoctare nõ auſi. Ac deinceps quieuerũt volẽtes ſiquid ex Pelopõneſo
& ex alio apparatu proueniat periculũ facere. Etenim ſuperuenerũt Meleas: Lacon: & Her
meonidas Thebanus/miſſi illi quidẽ ante defectionẽ: ſed qui aduentũ Athenienſiũ ꝑuerte
re cũ nequiſſent: poſtea cõmiſſa iã pugna clanculũ triremi aduecti ſunt: hortatiq; vt ſecũ
aliã triremẽ cũ legatis mitterẽt: prout & miſerũt. Horũ quiete aucti aĩo Atheniẽſes: accer
ſitiſq; ſociis: qui nihil roboris vidẽtes eſſe apud Leſbios ocyus affuerũt: circũdato ad auſtra
lẽ vrbis partẽ exercitu: bina hinc atq; hinc caſtra muro cingũt & in vtroq; portu ingreſſum
nauibus muniunt ꝓhibito Mitylenæis vſu maris. Nã cætera terra oppidani aliiq; Leſbii q
iã auxilio venerãt potiebant: nõ multũ Atheniẽſibus circũ caſtra tenẽtibus: cũ Malęa po
tius eis & nauiũ ſtatio & mercatus eſſet. Atq; ita ad Mitylenẽ bellũ gerebat. Per idẽ huius
ęſtatis tẽpus Atheniẽſes circa Pelopõneſum triginta naues dimiſerũt: duce Aſopio Phor Aſopius
mionis: iuſſi ab Acarnanibus aliquẽ ſibi vel filiũ, vel cõſanguineũ Phormionis mitti pro dux.
duce. His nauibus Aſopius profectus: maritimę laconiæ loca diripuit: dehinc earũ plęriſq;
domũ remiſſis ipſe cũ duodecim Naupactũ ſe contulit. Poſt hęc euocato omni Acarnanũ
populo: intulit arma Oeniadibus Acheloum nauibꝰ inuectus: pedeſtri exercitu regionem
populãte: ſed cũ hoſtis nõ cõcederet miſſo peditatu ipſe ĩ Leucadiã nauigauit: egreſſuſq; ĩ
Noricũ, dũ ſe recepit ab hoĩbus loci mutuo ſibi auxiliãtibus: pauciſq; nonnullis ꝑſidiariis Aſopii cæ
cũ exercitus parte interfectus eſt. Poſtea cæteri cõceſſa hoſtibꝰ victoria, ex fœdere receptis des.
mortuis abierũt. Mitylenæi autẽ legati q prima cũ naui miſſi fuerãt: quẽadmodũ ipſis La
cedęmonii dixerãt: vt ad Olympiã adeſſent: quo cæteri quoq; ſocii eis auditis conſultarẽt
ad Olympiam præſto fuerũt. Quo in loco Olympias feſtũ fiebat: Dorico Rhodio iterũ vi
ctore. Atq; vbi ſolẽnibus celebratis in colloquium ventum eſt ita verba fecerunt.

Oratio Mitylenæorum apud Lacedæmonios.

SCimus quidẽ viri Lacedæmonii, ſociiq;: hoc receptũ apud Græcos ac iuſtũ eſſe: vt Cõcio Mi
quoſcũq; belli tẽpore a priſtina ſocietate deficientes in ſuã accipiũt: eos tãtiſper tylenęorũ
in deliciis habeãt: dũ illis vtiles ſunt. Sed cũ exiſtimẽt ſuperiorũ amicorũ prodito
res fuiſſe: eoſdẽ peiores fore vtiq; cẽſent: neq; id iniuria: ſi tñ æquales inter ſe eſſent: qui defi
ciũt: & qui deſerunt. Cũ ẽm aliqui pares ſunt cõſilio ac beniuolẽtia: ſi idẽ ęquales ſint appa
ratu & viribus: nulla ſubeſt æqua cauſa defectionis: qđ in nobis Atheniẽſibuſq; nõ fuit: ne
cui peiores fore videamur: ſi a qbus ĩ pace honeſtati ſumus ab iis ĩter aduerſa deſciſcimus.
De iuſtitia nãq; ac virtute cũ ꝑſertim ſocietatẽ ꝓcemur verba faciemus: ſciẽtes neq; amici
tiã inter priuatos initã eẽ ſtabilẽ: neq; cõſortiũ inter ciuitates aliqd pollere: niſi mutua opi
nio ĩtercedat virtutis: & circa cętera morũ vitæq; cõſenſio. Quippe diſcordibꝰ in mẽtibus
differentia cõſiſtit actionũ. Enĩuero inter nos Atheniẽſeſq; ſocietas incœpta eſt: cũ vos ab
armis poſt Medicũ bellũ diſceſſiſtis: & illi reliquias earũ rerũ perſequebant: Quã nos ſocie
tatẽ nõ cõtraximus ad ſubigendos Atheniẽſibꝰ Gręcos: ſed a Medorũ ſeruitute eximẽdos
& eo vſq; illos ſumus prompto animo ſecuti: quoad æquo iure præfuerunt. Vbi animad
uertimus: ſummoto Medo hoſte tendentes ad imponendam ſociis ſeruitutem: iam non ſi
ne timore fuimus. Sed quia non licuit ad vim propulſandam ſociis in vnũ conuenire pro
pter multitudinẽ conſultantium: omnes ꝑter nos & Chios in ſeruitutẽ redacti ſunt. Nos

cum noſtri iuris eſſemus & liberi : nomine dũtaxat cũ Atheniẽſibus militauimus;nequaq̃
pro fidelibus eos ducibus habentes:ſumpto ex ſuperioribus factis exemplo.Neq; eñ credi
bile erat cũ illos ſubegiſſent : quibuſcũ fœdus vna nobiſcũ inierant;nõ idem eos in cęteros
fœderatos ſi quando facultas afforet eſſe facturos. Q; ſi noſtri adhuc iuris eſſemus omnes
plus eis fidei haberemus;ne nihil noui molirentur. Cum vero plęroſq; ſociorũ ſubegerint:
indignius eos credibile eſt eſſe laturos;ſibi nos in rebus agẽdis æquari ; iamq; in hoc admo-
dum proceſſerũt:cũ ſoli nos iam ſecũ ex æquo verſemur;præcipueq;:ꝙ quãto ipſi potẽtio
res;tãto nos deſertiores afficimur.Ad ſocietatem nil aliud fidelem facit q̃ mutuus metus.
Nam qui pręuaricari quippiam vult;niſi alteri viribus pręſtet ab eo inuadẽdo deterreť. Et
nos nulla alia cauſa liberi ab illis relicti ſumus;niſi vt quæcũq; ad parandã potentiam mo
liebantur ; non tam re vera:q̃ vt iuſte,honeſte,probe ſumpſiſſe viderentur: ſimulq; vt hoc
teſtimonio vterenť;niſi aliquid peccaſſent ii cõtra quos arma ferrent:nõ fuiſſe militaturos
vna ſocios qui idem haberẽt auctoritatis.Vnde factũ eſt,vt & maximas primũ vires aduer
ſus infirmiſſimũ quęq; colligerent;ac paulatim ſublatis aliis extrema quę relinquebanť re-
dolerent infirmiora. Q; ſi a nobis cœpiſſent : omnibus adhuc ſuas vires & vbi conſiſtere
oporteret habẽtib⁹;haud ſimiliter ſubegiſſent.Quib⁹ nõnihil etiã timoris incutiebat claſ-
ſis noſtra;ne in vnũ coacta:& aut vobis;aut alicui alteri ſe applicãs;periculum eis crearet.
Euaſimus autẽ eos tum rẽpublicã ipſorꝫ:tũ quoſq; magiſtratus delenĩẽdo;profecto niſi cõ
flatũ eſſet hoc bellum;nõ multũ duraturi;vt videre licet ex aliorũ exẽplo.Quænã igiť hęc
amicitia extitit:aut quę fida libertas;vbi p̃ter opinionẽ vtriq; alteris ſumus ſuſpecti?Illi no
bis in bello præ timore blandientes:& nos illis viciſſim rebus pacatis;quodq; aliis beniuo-
lentia:id nobis timor ſtabile/fidum/firmũ pręſtitit.Ita metu,magis q̃ amicitia in ſocietate
perſtitimus:& vtris citius ſecuritas ſui prębuiſſet audaciam:ii priores ad pręuaricandũ fu
turi fuerũt. Q; ſi cui videmur iniurii;propter eorũ in nocẽdo cũctationem:ꝙ priores defe-
cimus:nõ præſtolantes ad plane cognoſcendũ:ſi quid illi nocerẽt:is nõ recte cõſiderat.Nã
ſi ex ęquo voluiſſemus & tendere illis inſidias viciſſim: & cũctari:quid attinebat nos eis pa
res ſub ipſis eſſe?Cum vero ſemper penes illos facultas hęc eſſet tentandi;penes nos hoc eſ
ſe decuit:vt defenſionẽ anticiparemus.Has nos cũ haberemus Lacedæmonii,ac ſocii ratio
nes cauſaſq;:defecimus:& apertas audientibus ad cognoſcẽdũ nos recte feciſſe: & validas
ad nos perterrendos:vt ad aliquod præſidiũ conuerteremur. Hoc nos olim iam facere vo-
lẽtes etiã in pace miſſis ad vos qui de defectione agerẽt:tũc vobis reſpuẽtibus facere prohi
biti:nũc Bœotiis prouocãtibus cõfeſtim obtemperauimus:exiſtimãtes duplicem hãc eſſe
defectionẽ:vnã ne ſtantes ab Athenienſibus Græciã opprimamus;ſed eam in libertatẽ aſ-
ſeramus;alterã ne ipſi in poſterũ ab illis profligamur:ſed incolumitati noſtrę conſulamus.
Et prępropere quidem ac p̃mature facta eſt hęc noſtra defectio.Quo magis oportet vos ſo-
cios receptis nobis q̃ celerrime ſubuenire:vt declaretis vos eodẽ tẽpore & eos tutari quos
debetis:& hoſtibus obeſſe.Ad quod adeſt opportũnitas tãta quãta nondũ vlla.Siquidẽ &
morbo cõſumpti ſunt Atheniẽſes & ſumptib⁹;naueſq; eorꝫ p̃ti circa orã veſtrã agitãt;par
ti aduerſus nos iſtruunť. Vt credibile nõ ſit eos abũdaturos claſſe;ſi vos æſtate hac nauib⁹
pariter ac peditatu rurſus eos inuadatis; ſed aut nõ futuros pares vobis maria obeũtibus:
aut vtriſq; vobis nobiſq; ceſſuros.Neq; vero quiſpiã exiſtimet pro peregrina ſe terra debere
domeſticũ adire periculũ. Cui eñ procul abeſſe videť Leſbos;huic illa vtilitatẽ e ꝓpinquo
pręſtabit.Nã non in Attica bellũ erit:quẽadmodũ aliquis putat;ſed illic vñ Attica ſumit
emolumentũ.Eſt autẽ illi pecuniarũ prouẽtus a ſociis:eritq; etiã maior ſi nos in poteſtatẽ
redegerit. Quoniam neq; alius deficiet & noſtra illorũ fient. Nos quoq; duriora patiemur

q̃ qui iam pridem ſeruierunt. Q̃ſi nobis impigre vos auxilium tuleritis: tum Ciuitatem accipietis præditam magna claſſe: cuius in primis vos indigetis: tum Athenienſes facilius deſtruetis ſubtractis eorũ ſociis: cũ quiſq; ſit audacius deſciturus: tum eam quæ vos premit effugietis inuidiam: nõ opitulandi iis qui ad vos deſciſcunt. Si autem vos illorum liberatores oſtenderitis: vires belli firmiores habebitis. Erubeſcentes igiť fruſtrari Gręcorũ de vobis ſpes: erubeſcentes Iouem Olympium cuius in templo ęquales vobis ſuppliceſq; ſedemus: ꝓtegite Mitylenæos inita cum eis ſocietate: nec prodere velitis priuato quidem corporum periculo expoſitos: ſed cõmunẽ omnibus ſi recte ſuccedat vtilitatẽ allaturos: cõmuniorẽq; perniciem ſi recte non ſuccedet vobis fruſtra tentatis. Eſtote viri quales & Græci vos cẽſent eſſe: & noſtra neceſſitas deſiderat. Talia Mitylenęi dixerũt.

*Peroratio*

Quę cũm audiſſent Lacedæmonii, ac ſocii: approbaſſentq;: Leſbios in ſocietatem recipiẽdos cenſuerũt. Et Lacedæmonii tanq̃ in Atticam expeditionẽ ſumpturi edicũt ſociis q adeſſẽt: vt primo quoq; tẽpore cũ duabus partibus ꝓſto eẽnt: & ipſi in primis profecti: phalangas nauium apud Iſthmum cõparabant: veluti illas e Corintho ſubuecturi ad mare qđ Athenas ſpectat: vt hoſtem claſſe pariter, ac peditatu inuaderẽt. Et hi quidem hæc ſtrenue cõfecerunt.

*Lacedæmoniorũ bellic⁹ apparatus.*

Cęteri quoq; ſocii lente conuenerunt: tum occupatione fructuum legendorum: tũ tædio militandi. Eos cum intelligerent Athenienſes per contemptũ hoſtilis imbecillitatis ſe inſtruere: centum naues armauerunt: volẽtes declarare: nõ recte illos ſentire: ſeq; præterq̃ q; claſſem mouerunt: vel quę ad Leſbum: vel quę circa Pelopõneſum eſſet: facile poſſe reſiſtere. Ingreſſi eas tam ipſi pręter equeſtris & ſecũdi ordinis homines: q̃ peregrini præteruecti Iſthmum ſeſe oſtentabant: & in Peloponnẽſe ſolũ quacũq; eis videbať egrediebanť.

*Atheniẽſiũ apparatus.*

Hãc Lacedęmonii claſſem longe maiorem opinione cernẽtes: arbitrati & falſa eſſe q̃ a Mitylenæis referebãtur: & ſibi rẽ arduã: cũ neq; ſocii adeſſent: & triginta naues Athenienſium: quę circa Pelopõneſum erãt vicina vrbis ipſorũ vaſtare nũtiarenť: domũ redierũt. Poſt hęc ędificata claſſe quã in Leſbũ dimitterẽt: quadraginta naues ꝑ Ciuitates edixerũt: delecto Alcida nauarcho qui illuc ſe cõferret. Athenienſes vbi illos abire ſenſerũt: & ipſi cũ centũ nauibus abierunt. Per hoc tempus quo ꝓfectæ ſunt hæ naues, Athenienſium longe & inſtructiſſima & ornatiſſima claſſis fuit: & ſi circa belli initia tot numero & vel plures naues extiterunt: cẽtũ .n. Atticã Eubœã Salaminẽ cuſtodiebãt: totidẽ circa Pelopõneſum volitabant: præter illas quæ ad Potidęã & alibi erãt. Vt in ſumma fuerint vna ęſtate ducentę quinquaginta.

*Nauium Athenienſiũ multitudo.*

Quę res ꝓcipue pecuniã exhauſit: & illa Potidęana. Siquidem qui Potidæam defenſarũt milites (fuerũt autẽ principio tria milia: nec pauciores qui obſederunt: tum mille & ſexcẽti, qui prius cum Phormione abierũt) binas dragmas ſingulis diebus acceperũt: alteram ſuo alteram famuli nomine: eandẽ & vniuerſę naues mercedem. Atq; ita pecunię primum conſumptæ ſunt & tot tantęq; naues expletæ. Per idem tempus Mitylenæi quo Lacedæmonii apud Iſthmum agebãt: Methymnę tanq̃ proditionem molienti bellum a terra intulerunt: adiunctis auxiliariis: tentataq; vrbe: cum res non ꝓcederet qua ꝑte expectabant: in Antiſſam & Pyram & Ereſſum abierunt. Quarum ciuitatum, cũ & res ſtabiliſſent: & muros firmiores feciſſent: feſtinabundi domum reuerſi ſunt.

*Methymna oppugnatur.*

Eis reuerſis Methymnęi cum copiis Antiſſam inuadunt. Sed ab Antiſſeis auxiliariiſq; quibuſdam qui ſuperuenerant perculſi, multis amiſſis cęteri trepide receſſerunt.

*Antiſſa oppugnatur.*

Hæc vbi Athenienſes reſciuerũt: ac Mitylenæos terra potiri: nec illis prohibendis pares eſſe milites ſuos: mittunt ineunte Autumno Pachetẽ Epicuri filium pro duce cum mille ſui corporis militibus: q in nauibus officio remigum functi cum Mitylenem appuliſſent: eam ſimplici muro cingũt: ac validis in locis caſtella excitant. Et Mitylene quidem vtrinq; iam: & a mari: & a terra vehementiſſime

*Pachetes. Mitylene oppugnatur.*

vrgebatur:hyemſq; appetebat. Cęterum Atheniẽſes ad obſidionẽ deficiẽte pecunia: tũc
primũ ipſi tributũ cõtulerũt ducẽta talẽta:& ad ſocios legẽdę pecunię gratia duodeci na-
Lyſicles. ues miſerũt. Lyſicle cũ quattuor collegis duce. Is cum alia loca circũuectus illinc pecuniã
exegiſſet:ex Meunte ꝑ Mæãdriũ campũ tranſgreſſus Cariã ad collem vſq; Sandiũ:a Cariis
Lyſiclis Anclytiſq; inuaſus:& cum multis ſuorum cæſus eſt. Eadem hyeme Platęenſes: adhuc enĩ
cędes. a Peloponnenſibus & Bœotiis obſidebantur:cum & penuria rei frumentariæ laborarent:
neq; in Atheniẽſibus vlla ſpes defenſionis eſſet:neq; alia ſalus oſtenderetur:conſilium ine
unt ipſi:& qui vna circunſidebãtur Athenienſes:primum vt ſuperato hoſtiũ muro omnes
exirẽt:ſi vi cõſequi poſſent:auctoribus Theæneto Timidi viro vaticino& Eupolpida Dai
machi filio:qui ipſis pręerant: deinde dimidia parte,ꝙ ingẽs exiſtimaret periculũ: reformi
dãte:ad ducentos fere ac vigĩti in ſentẽtia exeũdi ꝑmanſerę in hũc modũ. Scalas ad altitu
dinẽ muri fecerũt:ſumpta illius mẽſura ex laterculoꝝ coagmẽtatiõe:qua ꝑte murꝰ ad eos
ſpectãs tectorio carebat. Numerabãt autẽ ꝑmulti pariter coagmẽta lapidũ:quoꝝ nõnulli
erãt aberraturi:ſed a pluribꝰ vera ratiocinatione cõiectabaꝼ:cũ ꝓ̃ſertim ſępiꝰ nũerarẽt:& cũ
nõ lõge abeſſent:facile murus in id quod volebãt ſubiectus oculis erat. Itaq; in hũc modũ
ꝓceritatẽ ſcalarũ ex craſſitudine laterũ cõiectantes:inſtar muri ceperunt. Erat autem Pelo
Murorũ põnẽſiũ muri ſtructura huiuſmodi. Habebat is duos ambitus: alteꝝ Platęas verſus,alteꝝ
Pelopõnẽ exteriorẽ:ſiqs Athenis adorireꝼ:ſexdecim inter ſe pedũ ſpacio diſtãtes. Quo in ſpacio habi
ſium tacula cuſtodũ ędificata erãt:diſtincta qdẽ ſed cõtinua:ita vt vnus ſolidus murus videre
ſtructura. tur,vterq; pinnas habẽs:& ad decimã quãq; pinnã ingentes turres: eiuſdẽ q̃ murus craſſi-
tudinis:& ad eius frõtes intrinſecus,extrinſecuſq; tẽdẽtes:ne trãſitus circa:ſed ꝑ eas eſſet:
Noctibꝰ quoties imber erat illi relictis pinnis cuſtodias e turribꝰ parũ remotis ac ſuperne te
ctis agebãt. Huiuſcemodi quẽ obſeruabãt Platęẽſes murus erat. Qui poſtea q̃ rẽ inſtruxe
rãt:obſeruata nocte quæ & pluuia & vento turbida eſſet:& pręterea ſine luna:exierũt duci
bus eiſdẽ q cõatus auctorꝫ erãt. Et primũ foſſas quę ipſos ambibãt tranſeunt. Deĩde mu
ro ſuccedũt ignaris hoſtiũ cuſtodibꝰ:vtpote nõ ꝓſpicientibꝰ ꝓpter tenebras:nec exaudiẽ-
tibꝰ accedentiũ ſtrepitũ vento obſtrepẽte. Et nihilominus iſti ne arma inuicẽ offenſa ſenſũ
ꝓ̃berẽt:multũ inter ſe diſtãtes ibãt. Erãt autẽ leuiter armati ſiniſtro tm̃ pede calceato ne in
luto laberenꝼ. Igiꝼ qua inter turrim erat pinnis ſubeũt:ſciẽtes illas eſſe deſertas:primiq; cõ
ſcendũt q ſcalas tulerãt admouerãtq;. Deinde duodecim pugiõe ſolum ac thorace arma
Ammeas ti duce Ammea Corebi filio q & primus aſcẽdit. Hunc ſex qui ſequebantur vtrãq; ſuperãt
dux Platę turrim: poſt quos deinde ſuccedũt alii cũ eadẽ armatura ac iaculis a tergo hoꝝ:quo facili-
enſium. us ꝓcederent:aliis ſcuta geſtãtibus: & cũ prope hoſtes ventum eſſet tradituris. Vbi maio
re ex parte muros euaſerãt cuſtodes turriũ ſenſere. Nam quidam Platęenſiũ apprehenſam
in aſcendẽdo tegulam e pinnis eiecit:quę cadẽs ſonitum fecit:ſtatimq; a cuſtodibus voci-
feratum eſt. Exercitus quoq; ad muros contendit:non enim ſciebat quidnam diſcriminis
foret:nocte obſcura & ꝓcelloſa:& alioqui q reliq erãt ĩ vrbe Platęẽſes egreſſi Pelopõnenſiũ
murũ:diuerſa q̃ qua ſui cõſcenderãt ꝑte inuadunt:vt q̃ minimũ illis mentẽ hoſtis auerte-
rẽt. Tumultuabanꝼ itaq; Pelopõnẽſes in loco manẽtes:nemo tñ eoꝝ ex cuſtodia opẽ ferre
audebat:ſed in ancipiti erãt qdnã accidiſſet cõiectãtes. Eorũ trecẽti illi quibꝰ datũ negociũ
erat:vt ſi quid opꝰ eſſet ſubſidio forẽt:e muro ad vociferationẽ ꝓceſſerũt. Faceſq; hoſtilis
aduẽtus indices Thebas verſus ſublatę ſunt. Platęenſes & ipſi ex ſuo muro cõplures exci-
tãt faces:priꝰ ad hoc ipm̃ ꝓ̃paratas:vt hoſtis:qd ſibi lumina vellẽt incertus: & aliud aliqd
contigiſſe:q̃ qd erat exiſtimãs:opem non ferret dum ſocii ſui qui exierant: fugam ac tuta

Platæẽſes Pelopōnẽſiū turribꝰ potiūt.

capeſſerent. Interea Platęẽſium quicūqꝫ primi conſcenderāt: vtraqꝫ turri cuſtodibꝰ occiſis potiti: earum trāſitus nequis illac ſubſidio veniret tutabant: & admouentes e muro turribꝰ ſcalas plæroſqꝫ in ſuperiora recipiebant: iis qui pro turribꝰ ſtabant miſſilibus eos qui veniebant auxilio ſuperius inferiuſqꝫ arcentibus. Eoqꝫ plures ĩterea ſcalas ipſi iam plures admouebant: ſimulqꝫ deiectis pinnis per interturrium aſcẽdebāt: & ſubinde qui recipiebant crepidini foſſę imminens ſagittis illic atqꝫ iaculis inceſſebat: ſiquis hoſtiū auxilio veniret ad prohibendū tempeſtiuū tranſitum foſſæ. Vbi omnes tranſierūt murū: ſed ęgre & nouiſſime: qui de turribꝰ deſcenderūt: ad foſſam tendūt: ibiqꝫ ex aduerſo ſe offerūt trecenti illi lumina geſtantes. Quibꝰ eo magis conſpectis Platæenſes eadem cauſa minus ipſi conſpiciẽdi: pręter q̄ ꝙ in obſcuro erant pro crepidine foſſę ſtātes nuda corporū miſſibilibus feriebāt Ita poſtremi quoqꝫ foſſam tranſmiſerūt difficulter tamen & operoſe. Nā eius aqua non ita in ſolidā cōcreuerat glaciẽ vt permeari poſſet: ſed aquoſa glacies erat: qualis Subſolano potius q̄ Aquilōe flāte ſub ſole eſſet: & eo vento nox illa pluuioſa foſſę aquā vehemẽter adauxerat: quā vix extātes trāſierunt: & ipſi magnitudinem tempeſtatis potiſſimū ad fugā elegerāt. Illinc digreſſi viā: q̄ Thebas fert: ire conferti ꝑgunt ad dextrā habẽtes Iunonis delubrū ab Androcrate cōditū: ꝙ videlicet exiſtimarẽt minime creditū iri ĩ id ſe iter deflexiſſe: quod ad hoſtes ferret: & ſimul cōſpiciant Pelopōnẽſes cū luminibꝰ perſequẽtes viā quæ ꝑ Cytheronẽ & capita quęrcus Athenas ducit. Vbi ſex ſeptẽve ſtadia Thebas verſus ꝑrexerūt: diuertentes via quæ per montẽ ad Erythras & Nyſias fert abierunt: adeptiqꝫ montes Athenas perfugerunt numero ducẽti duodecim ex pluribꝰ. Siquidem nonnulli eorū anq̄ murū cōſcenderẽt in vrbẽ reuerterūt: vnus ſagittarius in exteriori foſſa captus eſt. Pelopōnẽſes poſtq̄ a ferendo ſubſidio deſtiterūt: in ſua quiſqꝫ ſtatione manſerūt. At Platæẽſes ex vrbe nullius eorū quæ contigerāt gnari: cęteris qui redierant: neminẽ ſupereſſe renuntiantibus: vbi illuxit caduceatorem miſerūt de mortuis recipiendis: ſed re cōperta deſtiterunt. Atqꝫ hunc in modū Platæenſes munitiones tranſgreſſi ſalutem ſibi pepererunt.

Iunonis templum

Salęthus.

rius erat Athenięſiũ hoſpes. Eũ viri iſti in iudicium vocãt:ponẽtes in crimine ꝙ Corcyram
ſubigeret Athenienſibus: abſolutus hic inuicem reos facit quinq; ex eis maxime locuple-
tes:ꝙ diceret illos ꝓcidere vallos e Iouis Phano & Alcina:quorum pro ſingulis ſinguli ſta-
teres erat pœna cõſtituta. Quã pœnã cũ ſoluere deberẽt & ob ei⁹ magnitudinẽ apđ tẽpla
ſederẽt ſupplices:vt mulcta ſoluẽda modificareť:Pithias ſuadebat aliis: ad hęc eñ pĩceps
ſenatus erat : vt lege vtereń:illi quandoquidẽ lege cõpellebanť: & ſimul audiebãt Pithiã
quoad ſenator eſſet:multitudini ſuaſuꝝ:vt eoſdem amicos hoſteſq; duceret: quos Athe-
nienſes: facta manu arreptiſq; pugionibus repente in Senatũ irrũpunt: ac Pithiam obtrun
cant: & aliorũ tã ſenatorũ q̄ priuatorum ad ſexaginta. Pauci eorum qui cum Pithia ſenſe-
rant ad Atticam triremem quæ adhuc aderat effugiunt. Hac illi re perpetrata conuocatis
Corcyrenſibus inquiunt:optime ſic habere ſe rem & minime redigi iam eos ab Athenienſi-
bus in ſeruitutẽ:qđ reliquũ eſt neutros niſi pacifici cũ ſingulis veniãt nauibus recipiẽdos:
ſi cum pluribus ꝓ hoſte habẽdos. Vbi hæc dixerunt : & ad ea decernenda adegere populũ:
ſtatim legatos Athenas mittunt:qui & rem geſtam doceant: tanq̄ ita fuerit opus facto: &
eis qui illuc cõfugiſſent ꝑſuadeant:vt nihil incõueniens agerẽt:ne quid turbaretur. Hi cũ
Athenas perueniſſent:tanq̄ res nouas molientes:et ii quoſcunq; perſuaſerant: ab Athenię̃

Platæenſiũ cędes

Blaſidas

Corcyrẽſiũ inteſtinę diſcordię.

Pithias accuſať.

Pithiæ cędes.

Corcyrē ſiū victo ria. fibus cōprehēſi ſunt. Et apud Aeginā in cuſtodiā habiti. Interea Corcyrēſiū optimates ſub
aduentū Corinthię triremis legationiſq; Lacedęmonioꝝ, populū adorti ſunt: ac pugna cō
miſſa vicerūt: noctiſq; interuentu in arcē populus: atq; vrbis ſuperiora cōfugit: ibiq; frequē
tes cōmunito loco portū Hyllaicū tenebant. Victores forum ceperunt: vbi permulti ipſoꝝ
habitabant: & portum,: qui in forum & incontinentē ſpectat. Poſtero die nō nihil inter eos
miſſilibus certatū eſt: & ab vtriſq; in agros miſſū ad ſollicitanda ſeruitia ſponſione liberta-
tis. Sed ad ſocietatem potius populi multitudo ſeruitioꝝ ſe contulit. Ad alteros vero octin
genti e continēte auxiliares. Atq; vno die interiecto cōmiſſa iterum pugna populus vicit:
Fœmiarū laus. tum locorum vi: tum hominū numero ſuperior: fœminis quoq; eum adiuuantibus; quę au
dacter & ſupra ſexum ſuſtinentes tumultum tegulis hoſtem e domibus feriebant. Facta
ſub crepuſculum fuga veriti optimates ne ſublato clamore ipſo impetu aduerſarii naualia
occuparent: & ſe occiderent: circūiectas foro domos & illis cōtiguas: ne qua in eos fieret im
preſſio incendunt: neq; ſuis neq; alienis parcentes. Adeo ingentis pecunię res negociatorū
ſunt concrematæ: veniſſetq; in periculum vrbs ne abſumeretur: ſi ventus flammę vrbē ver
ſus ingruiſſet. Vbi a pugna tanq̄ vtrinq; ceſſatum eſt: quieti noctem in cuſtodia egerunt: &
quia populus vicerat nauis Corinthia clādeſtina diſceſſit: itemq; auxiliariū plęriq; latentes
Nicoſtra tus. hoſtem ſe in continente receperunt. Poſtera luce Nicoſtratus diotrephis Athenienſiū dux
ex Naupacto ad opem ferendam venit cū nauibus duodecim: quingentiſq; Meſſeniorū ar-
matis. Atq; quo in cōcordiam reducat perſuadet vt inuicem cōcederent decē viros ad cō-
demnationem: qui pręcipui malorum auctores extitiſſent. Qui tamen iudicium non expe
ctarunt: cęteri vrbem habitarent: icto inter ſe & cum Athenienſibus fœdere: vt eoſdem pro
amicis eoſdem pro hoſtibus haberent. Hæc cum tranſegiſſet abiturusq; eſſet: egerunt cum
eo primores populi: vt quinq; ex ſuis naues ipſis relinqueret: quo minus altera ſe factio mo-
uere poſſet: totidem ex eis quas expleſſent cum illo mitterent. Quo acquieſcente ſuos ad-
Pollucis & Caſtoris tēplū. uerſarios in naues deligebant. Sed illi extimeſcentes ne Athenas ablegarentur: in templo
Pollucis & Caſtoris ſedebant: Nicoſtrato excitante eos ac conſolante: ſed fruſtra. Vnde po
pulus hac ratione: tanq̄ nihil ſani cogitarent: diffiſi cum Nicoſtrato nauigare: omnia e
domibus illorum arma ſummouet: & nonnullos vt quiſq; incidebat obtruncaſſet vtiq; ni
ſi Nicoſtratus prohibuiſſet. Quod fieri cernentes alii conſederūt in templo Iunonis ſuppli
ces: non pauciores quadringentis. Cæterum ne quid ab iis innouaretur veritus populus
perſuaſos erexit: & in inſulam quæ e regione templi Iunonis eſt tranſportauit: quæq; ad
vſum vitæ erant mittebat. Cum in hoc ſtatu ſeditio eſſet: quarto quintove a tranſportati
one in inſulam die naues Pelopōnenſium ex Cyllene veniunt: ſtatione illic habita poſt re
ditum ex Ionia: numero tres & quinquaginta: duce Alcida: vt prius ſocio conſiliorum Bra
Sybota. ſida. Ingreſſęq; portum Sybota: qui eſt in continente: ſub exortum auroræ in Corcyram tē
dunt. Hic magno tumultu trepidātes oppidani tum circa res vrbanas: tum circa hoſtium
aduentum ſexaginta pariter inſtruunt naues: & vt quanq; expleuerant in occurſum hoſti-
um mittūt. Atheniēſibus vt ſe priores exire ſinerent: illiq; poſtea cū omni claſſe ſuccederēt
hortantibus: vbi ſparſim euntes hoſtibus vicinę fuerūt: duę protinus ad illos trāſeūt. In cæ-
teris hi q erāt Corcyrenſes inter ſe pliabant nullo ordine: ſed oīa tumultuoſe agētes. Cōſpi
cati id Peloponnēſes duodecim in hos naues dirigūt: reliquas in duodecim Atticas: quarū
Salaminia & Parala naues. duę erāt Salaminia & Parala. Et Corcyrēſes quidem & mēbratim & incōpoſite cōcurrētes
a ſeipſis pfligabāt. Atheniēſes vero timētes hoſtiū multitudinē: neve circūuenirent: non in
confertas: neq; in earum medium quæ ex aduerſo inſtructę erant incurrunt: ſed in cornu
impactæ vna nauē demergūt; deinde in orbem digeſtæ; hoſtilem circūeundo turbare cona

bantur. Quo cognito qui aduerſus Corcyrenſes erant timore perculſi: ne idem qđ ad Nau
pactum contingeret: auxilio veniunt: addenſatæq; omnes pariter in Athenienſes dirigunt
curſum. Illi iam ceſim euntes ſe ſubducebant: volentes et dum ipi lente retrocedunt & ho-
ſtes ex aduerſo inſtructi ſunt: tūc maxime fugam occupare Corcyrenſes. Taliſq; pugna in

*Corcyrēſes vincūtur.*

ſolis occaſum extracta eſt: Corcyrenſes ſuſpicati in ſe vrbem ve hoſtem vt victorem ventu
rum: aut ex inſula viros recepturū: aut aliud quippiā noui moliturū: ſumptos illos ex inſu-
la reportant iterū in delubrū Iunonis: vrbemq; cuſtodiunt. Hoſtis q̄q̄ victor tamen non au
ſus vrbem petere: cū tredecim quas ceperat Corcyrenſiū nauibus in continentē vnde profe
ctus fuerat conceſſit: nihiloq; magis poſtero die auſus: & ſi perturbata vehementer ac trepi
da ciuitate: q̄uis Braſida vt fertur Alcidā adhortante: cū numero ſententiarum eſſet inferi
or egreſſus eſt in Leucymnā promontoriū agroſq; vaſtauit. Interea iſtius aduentū metuēs
popul⁹ Corcyrēſis venerat in colloquiū cū ſupplicibus aliiſq; de cōſeruāda Ciuitate: & eo-

*Leucymna.*

rum nōnullos: vt naues conſcenderent perſuaſerat. Nam vtcunq; triginta expleuerant: &
hoſtium operiebantur aduentū. At illi ad meridiem vſq; terrā populati vela fecerunt; ꝑ no
ctem autē lumina eis ſignificauerunt ſexaginta Athenienſiū naues proficiſcētes a Leucade
Quas Athenīēſes facti certiores de Corcyrēſiū ſeditione deq; claſſe q̄ illuc cū Alcida erat:
ſtruta: miſerāt duce Eurymedōte Thucleis filio. Itaq; eadē nocte feſtiabūdi domū ſe itinere

*Athenīēſium naues.*

terreſtri receperūt: nauib⁹ ne in circueūdo cōſpicerent per Leucadiū Iſthmū ī cōtrariū litt⁹
traductis. Harū diſceſſū & Atticas aduētātes vbi ſenſere Corcyrēſes: in vrbē Meſſenios q

*Eurymedon.*

prius extra erāt introducūt: nauibuſq; quas expleuerant iuſſis Hyllaicum adire portum:
dum circumuehuntur ſiquem hoſtium nanciſcerentur occiderunt. Et quoſcunq; ad con-
ſcendendas naues induxerāt electis abierunt. Et ad delubrū Iunonis profecti: cū ex ſuppli
cibus circiter triginta, ad ſubeundū iudiciū perſuaſiſſent: oēs morte damnauerunt. Qđ cer
nentes q perſuaſi nō fuerant: ibidem in templo ſe mutuo interemerūt: quidā ex arborib⁹ ſe

*Corcyrēſes ī vrbē Meſſenios adſciſcunt.*

ipſos laqueis ſuſpenderūt: omnes vt cuiq; licuit ſibi mortē cōſciuerūt: ſeptemq; intra dies q
bus Eurymedon cū ſexaginta nauibus māſit: Corcyrenſes eos q ipſorum videbāt inimici
morte mulctarunt: crimini illis dantes ꝙ ſtatū populi diſſolueret. Occiſi ſunt etiā quidam

*Attēde Stragem diram.*

priuatę ſimultatꝭ cauſa: quidā & pecuniarum creditarū ab ipſis debitoribus. Omnis deniq;
mortis ſpecies viſebāt: nihilq; non cōtigit qđ in huiuſmodi caſu fieri ſolet: atq; etiā ampli
us. Etenī pater filiū vita priuauit: homines a templis ad necem abſtrahebāt: atq; adeo in-
tra ipa necabāt. Alii obſtructo Bacchi delubro vi mortui ſunt. Eouſq; ꝓceſſit cruenta ſedi
tio: ob id quoq; viſa maior: ꝙ prima hæc apud eos extitit. Nam poſtea in omni probe Græ-
cia graſſata eſt: vbiq; factionibus exortis: cū primores populi accerſerent Athenienſes: opti
mates Lacedæmonios: hac in pace nō habentes cauſam pariter & occaſionē: quā in bello: vt
alterutris in ſocietatē accitis: ſui corporis hominib⁹ prodeſſent & diuerſis nocerēt. Quib⁹
illecebris cupidi rerū nouarū facile inducti ſunt: multaq; per ſeditionē ciuitatib⁹ & acerba
acciderunt: & accidēt ſemper quoad eadē natura hominū erit: vel atrociora: vel mitiora: vl'
aliis modis varia: prout queq; mutationes fortuitorū contingent. Siquidē in pace ac rebus
ſecundis tum publice tum priuatim meli⁹ homines ſentiunt: ꝙ in odioſas neceſſitates nō
incidunt. Bellū vero copiā rerū ſubtrahēs quotidiani victus violentus magiſter eſt: & ad p̄-
ſentem conditionē impetū multorū accommodat. Agitati ſunt itaq; ſeditionib⁹ ſtatus ci-
uitatū: & quicquid alicubi actū audiebāt: aliorū animos ad id poſtea ſuperandum acuebat:
vel rerū nouitate: vel conatus ſolertia: vel vltionis inſolentia: cōſuetis rerū vocabulis in ex-
cuſationē immutatis. Temeritas eīn fortitudo amicorū ſtudioſa vocabāt: cōſiderata cun-
ctatio honeſta formido: modeſtia ignauiæ velamentū: in omnib⁹ ſolertia: in oīb⁹ ſegnicies:

*Temeritas fortitudinis vicē obtinet.*

prȩceps indignatio virilitati aſcribebatur: tuto conſultare excuſata tergiuerſatio erat: q̇ ex
ȩſtuaret: is fidelis ſemꝑ: qui huic contradiceret: is ſuſpectus habebatur. Cui inſidiæ ſuccede
bant: hic erat aſtutꝰ: & eo aſtutior: ſi alterius inſidias ꝓuidiſſet: q ꝑſpiciebat ne foret in par-
tibus: amicitiæ diſſolutor & aduerſariorū timens. Omnino qui in nocendo alterum prȩue-

Attende quid ex ſeditione eueniat.

niſſet: laudabatur: & qui ad hoc non cogitantē exhortatus eſſet. Qui etiā ex alienis ꝗ ex ꝓ
pinquis ſodalitiū potius ꝗ ad audendū ſine excuſatione paratus erat. Non eñ huiuſmodi
conuentus per leges latas ob vtilitatē ſed contra leges: ob auaritiā fiebant. Nec fidem inter
ſe magis habebāt iure diuino: ꝗ aliquo in rep. ſcelere. Ea ꝗ ab aduerſariis probe dicebant̃ nō
animi generoſitate admittebāt obſeruabātqꝫ: ſed ſi ad ſuam vtilitatē redundarēt. Pluris fa
ciebant talionē reddere: ꝗ nihil iniuriæ pati. Iuſiurandū: ſi quādo inuicē interponeret̃ de fi-
de prȩſentis recōciliationis: tandiu valebat ꝗdiu nihil aliunde viriū accedebat. Quantula-
cunqꝫ in re quis audendo alterū occupaſſet: quē ſecurū vidiſſet: hoc ſibi iocūdius propter il
lius fidei fiduciā ducebat: ꝗ ſi ex profeſſo id faceret. Quoniā id & tutū factu eſſe: & quia ma
litia vicerat certamen extitiſſe prudentiæ arbitrabat̃: cū facilius nocentes quȩ magna mul-
titudo eſt: vocentur induſtrii ꝗ imperiti boni: & in hoc quidē homines erubeſcāt: in illo qui
dem gloriētur. Quarū rerum omniū cauſa eſt auaritia: & honorū appetitꝰ: & vbi de illis cer
tamen eſt: partiū ſtudia. Nam qui in ciuitatibus prȩerant honeſto vtriqꝫ noīe: alteri ſtatum
popularē, ȩqualitatē ciuilē: alteri paucorū regimen optimatū appellātes prȩferebant: & ver
bo quidē remp. fouentes certabāt. Sed hoc inter eos quoquo modo vincendi erat certamē:
tum attrociſſima queqꝫ audendo: tum atrociores pœnas irrogando: non illas ex modo iuſti-
tiæ aut ex vtilitate ciuitatis: ſed ſua ſemꝑ voluptate metientes: quā vtriqꝫ de alterꝭ vtcūqꝫ
capiebant: ſiue per iniqua ſuffragia cōdemnatis: ſiue vi oppreſſis: expediti ad implendā ita
tum animi cōcitationē. Adeo neutri deorum religionē vllius momenti faciebant in contra
hendo: ſed qui aliquid commodius tranſegiſſent colore verborum: ii ab omnibꝰ melius au
diebant. Quiſquis ciuiū in partibus non erat: iis ab vtraqꝫ factione occidebat̃: vel ꝙ ab illa
non ſtabat: vel propter inuidiam: ꝙ malorū erat immunis. Ita propter ſeditiones omne faci
noris genus in Grȩcia extitit. Et ſimplicitas ꝗ prȩcipue generoſitatis eſt particeps: cū deri-
ſu exterminabat̃: mutuoqꝫ conſilia cū perfidia intercipere res excellens exiſtimabat̃. Inter re
cōciliatos eñ nullus ſermo robur habebat: nullum iuſiurandū timori erat: & cūcti ad diffi-
dendū: ꝗ ad fidendū proniori cogitatione malebant ſibi proſpicere ne quid calamitatis acci
perent ꝗ credere. Infirmiores quoqꝫ conſilii homines: plȩrūqꝫ ſuperiores erant. Quippe qui
& ſui ſibi defectus conſcii & aduerſariorū prudentiā intelligentes: veriti ne eorū & diſertȩ
orationi eſſent impares: & agilitate ingenii prauenirentur: ad rē agendā temerarii deſcēde
bant. At illi tū prȩ horū contemptu ꝙ longius prouiderēt: tum quia nō oportebat facto ag-
gredi: quȩ conſilio agere licet: incauti magis opprimebant̃. Apud Corcyrā itaqꝫ multa hu-
iuſmodi audaciæ exempla ſunt edita: & item quæcunqꝫ facerent: vel qui ſe aduerſus vlto-
res damni iniuria dati potiuſꝗ iure rurſus vlciſcerent̃: vel qui ex diuturna inopia eximi vel
lent: vel qui vicinorū bona affectantes quȩ maxima cauſa fuit: contra ius aſſequi ſe illa cōſi
derēt: vel qui nō auaritia: ſed indignatione ducti: propter inſcitiam: ꝙ id ȩquum præcipue
cenſerent: ſȩue & in effrenate inuaderent. Perturbataqꝫ tunc vita in ciuitate victrix legum
ſolita hoīs natura oſtendit illas libenter ſe præuaricari: impotenti ira imbecillior: iure potē
tior: plura poſſidentis inimica: vindictā ſanctitati: lucrum innocētiæ prȩponens: potentiæ
nihil ipi nociturȩ inuidens: & cōes de his leges in quibus repoſita eſt omnibꝰ ſpes ſalutis in
te aduerſa diſſoluēs ī expetenda aliorū vltione: nec aliquid ſibi relinquens: ſi quādo ipa in
diſcrimen adducta: egeat aliqua illarū. Eiuſmodi igit̃ iras ante omnia inter ſe Corcyrenſes

in vrbe exercuerunt: & Eurymedō Athenīēſeſqꝫ cū Claſſe profecti ſunt.Poſt hęc ii q ꝓfuge
rāt Corcyrenſiū:ad quingētos em̄ eos euaſerāt:captis muris q̄ in cōtinente erāt:ſua potiti
ſunt terra:atqꝫ illinc egreſſi p̄das abigebant ex inſula hominib⁹ loci magnā cladē inferētes:  Fames
Ex quo ingens fames ciuitatē inuaſit.Iidē miſſa Lacedæmonē Corinthūqꝫ legatione de re-  apd̄ Cor
ditu ſuo:cū nihil profeciſſent:aliquanto poſt tp̄e comparatis nauibus:auxiliaribuſqꝫ militi  cyram.
bus:in inſulam tranſierunt:numero omnes circiter Sexcēti:atqꝫ incēſis nauibus ne qua alia  Iſtone
q̄ potiendę terræ ſpes foret:montē Iſtonē conſcenderūt:ac muro ibi extructo eos q intra vr-  mons.
bem erant vexabant terra potiti.Extremo huius æſtatis Athenienſes viginti naues in Sici
liam dimiſerunt ducibus Lachete Melanopi & Chariapha Euphileti filio.Syracuſani nāqꝫ  Syracu-
cum Leontinis bellū gerebant: erant aūt Syracuſanorum ſociæ pręter Camerinam cæteræ  ſanū bel-
Dorides ciuitates:q̄ cū Lacedęmoniis ante cœptū bellū ſocietatē cōtraxerant: Leontinorū  lum.
vero Chalcidice Camerinaqꝫ.Ex Italia Locri Syracuſanis:Rhegini vtpote cognati Leonti-  Cameri-
nis ſtudebant.Miſerunt itaqꝫ ſocii Leōtinorum Athenas:q pro vetuſta ſocietate:& quia Io  na.
nes eſſent:perſuaderent illis vt naues ſibi traiicerent:prohiberi em̄ ſe a Syracuſanis: & ter-  Rhegini
ræ vſu:& maris.Et traiecerunt Athenienſes per ſpeciē neceſſitudinis:eo tamē cōſilio:vt ne
qꝫ illinc frumentum exportaret̃ in Peloponneſum:& tentarent:nūquid poſſent Siculas res
ſibi ſubiicere.Igit̃ cum Rhegiū appuliſſent:additis ſociis bellum gerebant.Et ęſtas exceſſit
Hyeme ineunte:morbus iterū corripuit Athenienſes:nunq̄ ille quidē omnino quiet⁹: ſed  Athenīē
aliquantulū tamen interquieſcens:tūc vero immoratus non minus ſolido anno:prius autē  ſiū peſtis
etiā biennio:& nihil magis Athenienſium vires afflixit.Neqꝫ em̄ pauciores quattuor mili
bus & quadringentis ordinariorū militū:trecētorūqꝫ equitū extincti ſunt. Nā alterius tur-
bæ numer⁹ iniri nō pōt.Extiterūt p̄terea tremores terræ frequētes:& Athenis & in Eubœa
& cum in cętera Bœotia:tum vero in orchomeno.Eadē hyeme:q in Sicilia erant Athenīē  Orcho-
ſes ac Rhegini cū triginta nauib⁹ inuaſerūt Aeoli vt vocant inſulas:æſtate tutas ab hoſti-  menus.
bus aquæ penuria. Colunt aūt Liparæi Cnidiorū coloni:ſed ex iis vnā incolūt nō grandem  Aeoliæ
nomine Liparam:& ex hac tranſeūtes viri alias ſerunt:Didymā Strongylā & Hieram. Cre  inſulę.
duntqꝫ in Hiera Vulcanū exercere ærariā:ꝙ ea noctibus cernit̃ ꝑmultū ignē,dieb⁹ fumum  Vulcan⁹
reddere.Sunt aūt ſitæ eæ inſulæ ſiculū verſus ac Meſſanū agrū:ſociæ tūc Syracuſanorum  vbi ęrariā
Vaſtata horū terra cū dedere ſeſe recuſarēt:Rhegiū rediere Athenīēſes:hyemſqꝫ & quint⁹  exercere
annus exiit huius belli qđ Thucydides conſcripſit.Appetente æſtate Peloponnēſes ac ſo-  credatur.
cii ſumpta in Atticā expeditione ad Iſthmū vſqꝫ venerūt:duce Agide Archidami filio La-  Agis.
cedęmoniorū Rege:ſed cum crebri terręmot⁹ fierēt:priuſq̄ Atticā inuaderēt: retro ſe rece-
perunt.Per hæc tempora tremorib⁹ terræ Eubœam agitantibus: apud Orobias mare ab ea  Orobiæ.
quæ tunc erat tellus cum æſtu ſupergreſſum partem quandā vrbis reſtagnauit:eamqꝫ alibi
deſeruit:alibi diluit:cū nece omniū qui excelſa curſu ſuperare nequierunt:& qđ antea tell⁹
fuerat:nūc mare eſt.Simillima huic alluuio extitit circa Atalantam inſulā apud Locros: &  Atalāta
Athenienſium tum caſtellum ex parte ſubruit:tum duarum nauium quæ ſubductæ erant  inſula.
alterā diffregit.Et in Peparetho reſtagnatio quędā citra tamē alluuionē: & terręmot⁹ non  Pepare-
nihil muri diruit:atqꝫ horreū & alias aliquot domos.Cuius rei fuiſſe cauſam reor: ꝙ terræ-  thum.
motus qua parte vehementiſſimus extitit:illinc expulit mare:& cū rurſus illud violētior re
pente retraxit:fecit alluuionē.Sine terręmotu autē non videt̃ mihi contingere:vt hoc fiat.
Eadem æſtate alii quoqꝫ in Sicilia vt quibuſque contingit:belligerauerunt:& ipſi Siciliēſes in  Siculum
ter ſe:alii aliis arma inferentes:& Athenienſes ſociis iunctis.Quæ aūt aut hi cōtra hos aut  bellum.
illi geſſerunt: maxime digna memoratu:horū habebo mētionē.Etenī Chariada Athenien  Charia-
ſium duce occiſo a Syracuſanis in bello:Laches:penes quē ſumma poteſtas nauiū erat:cum  dę cędes.

Mylæ. ſociis ꝓfectus eſt Mylas Meſſaniorũ:vbi erant præſidio duæ cohortes illorũ:q̃ cũ inſidias q̃ſ
dam claſſicis tetendiſſent:ab Atheniẽſibus ac ſociis in fugã verſi multos e ſuis amiſerũt.Et
admotis ad munitionẽ copiis:pactionẽ facere coacti ſũt:vt & arcẽ dederẽt:& aduerſus Meſ
ſanã vna militarẽt.Et mox Mamertini:ꝓgredientibꝰ Athenienſibꝰ ſociiſq;, deditionem &
Mamerti ipſi fecerũt:datis obſidibus:& quęcunq; ad fidei tutelã pertinẽt pręſtitis.Eadẽ æſtate Athe-
norũ de- nienſes triginta quidẽ circũ Pelopõneſum naues dimiſerũt.Quibꝰ pręerant Demoſthenes
ditio. Alciſthenis:& Procles Theodori filius.Sexaginta vero in Melũ cũ duobꝰ milibꝰ armatorũ:
Demo- quibꝰ pręerat Nicias Niceratí filius.Melios eñ:cũ eſſent inſulani:ꝙ dicto audiẽtes eſſe nol-
ſthenes lent:& militię ſocietatẽ abnuerent:ſubigere volebant.Vbi vaſtato agro nihil minus illi ad
Procles. paciſcendũ deſcendũt:Atheniẽſes in Oropõ:qđ eſt e regione traiicitũt.Cũq; p noctem quie
Oropus. uiſſent:protinꝰ armati e nauibꝰ itinere pedeſtri in Tanagrã Bœotię ire pergũt.Et ex Athe-
Hipponi nis cũctus populus ducibꝰ Hipponico Calliæ:& Eurymedõte Thuclis filio:dato ſigno eo-
cus. dẽ loci per terrã occurrũt.Communitiſq; caſtris huc diem commorati in Tanagra popula-
tionẽ fecerũt.Ac poſtridie ſuperatis pręlio:q ꝓgreſſi inuaſerãt:Tanagręis:& aliquot q auxi
lio venerãt Thebanis:detractis armis trophęo poſito abierũt:hi ad vrbẽ:illi ad naues.Cũ q-
bus nauibus ꝓfectus Nicias,vbi Locridis orã populatꝰ eſt:domũ rediit.Per idẽ tp̃s Lacedę-
Heraclea monii Heracleã in Thrachinia coloniã poſuerũt hac de cauſa.Myliẽſes in tres vniuerſi ptes
Thrachi diſtinguunť:Paralios Hieres & Thrachinios.Ex his Thrachinii cũ ab Oetæis finitimis bel
nii. lo vexarenť:habuerũt in aĩo a principio Athenienſes aſciſcere:ſed illorũ diffiſi fidei Lacedę-
monẽ mittunt Tiſamenũ ꝓ legato:cũ quo ad idẽ rogãdũ perexerũt Dores:q̃ eſt Lacedęmo-
niorũ metropolis:& ipſi ab Oetæis vexati.Hos cũ audiſſent Lacedæmonii cepere cõſilium
mittẽdę coloniæ:tũ ad Thrachinios Doreſq; ꝓtegẽdos:tũ quia bello Atheniẽſi cõmode ſi-
bi vrbs ſita fore videbať.Quippe ad inſtruẽdas cõtra Eubœã naues exiguũ traiectũ eſſe:&
in Thraciã eũtes opportunũ diuerticulũ habituros.Itaq; omni ope ad cõdẽdũ oppidũ incũ
bũt:cõſulto primũ apđ Delphos deo.Quo annuẽte colonos miſerũt:tum ſuorum:tũ circa
populorum:aliorumq; Græcorũ:voluntario quoq; ſequi iuſſo:præter Iones:& Achæos:&
aliquot alias gentes:tribus Lacedæmoniis ponendæ coloniæ ducibus Leõte Alcida Dama
Lacedæ- gonte.Hi collatis colonis vrbem ex integro muris cingũt:quæ nũc Heraclea nominať:tra-
moniorũ ctu fere quadraginta ſtadiorũ a Thermopylis:dimidio a mari diſtans.Naualia quoq; & p̃-
duces. parauerũt:& ceperũt facere iuxta Thermopylas,atq; ipſas anguſtias:ad tutelam rerũ ſua-
Thermo rum.Hac vrbe inſtituta Athenienſes a principio timere cœperunt ac ſentire aduerſus Eu-
pylæ. bœam pręcipue illam cõditam eſſe:ꝙ breuis illinc eſſet ad Cæneum Eubœæ traiectꝰ.Sed
Cęneũ. eis poſtea:præter opinionem:quia nihil iñ de calamitatis euenit:idq; ob hanc cauſam:ꝙ &
Theſſali. Theſſali q ibi rerũ potiebanť:& ii quorũ in ſolo vrbs condita erat:veriti ne prępotẽtes acco-
las haberẽt infeſtarũt:aſſidueq; bello nouos colonos laceſſiuerũt:donec ad pauciſſimos redi
gerent:cũ fuiſſent initio permulti:audacter vno quoq; illuc eunte:tãq̃ ſtabili futura ciuita-
te:cuius authores Lacedæmonii eſſent.Tam & ſi Lacedęmonii principes illuc traiiciẽtes:vľ
ipſi maxime & ſtatũ deſtruxerũt:& homines ad paucitatẽ redegerũt:tum deterrendo pluri
mos:tum nonnullis in rebus aſpere imperando.Ex quo facilius finitimi eos ſuperauerunt.
Atheniẽ Eadẽ æſtate & eodẽ tp̃e quo apud Melon Athenienſes tenebantur:triginta eorundem na-
ſiũ naues ues quæ Peloponneſum luſtrabant:primum apud Ellomenũ leucadiæ inſidiis poſitis quoſ
dam ex præſidiis interceperunt.Deinde ampliore cum claſſe Leucadem petiuerunt comi
tantibus cunctis populariter Acarnanibus:præter Oeniades:Zacynthiiſq;:& Cephalen-
ſibus:ac Corcyrenſium quindecim nauibus.Qua tanta hoſtium manu oppreſſi Leu-

cadii:cum ipſorum ager tam extra q̃ intra:vbi Leucas ipſa ſita eſt:& Apollinis tēplũ vaſta-
retur quieſcebant.Et quidē Acarnanes agebant cum Demoſthene Athenienſium duce:vt Demo-
eos muro intercluderet : exiſtimantes tũ eã ciuitatē facilē fore ad expugnãdũ:tũ ſe illa ſem ſthenes
per ipſis hoſte liberandos.Cęterũ ille tunc a Meſſeniis ſuadebat̃:tanq̃ honeſtũ eſſet tanto ex dux.
ercitu coacto arma Aetolis inferre:ꝙ & Naupacto hoſtes eſſent: & ſi hos ſuperaſſent facile
his copiis cæterã Epirũ in poteſtatē Athenieñſium redacturos. Nam & ſi gens Aetoloꝝ grã Aetoli.
dis eſſet & bellicoſa;tamē cũ vicos muris carentes:& hos inter ſe valde diſtantes habitaret:
& leui armatura vteret̃:aiebãt non difficulter eam ſubigi poſſe:anteq̃ ſuccurreret̃:iubebãt-
qꝫ vt primũ inuaderēt Apodotos dehinc Ophioneos poſt hos Eurytanes:q̃ maxima ē pars
Aetolorũ:lingua ignotiſſimos: & quemadmodũ dicunt̃ omophagi hoc eſt cruda carne ve Aetoli
ſcentes.His em̃ captis facile cæteros cõceſſuros:Demoſthenes qua erant apud eũ Meſſenii omopha-
gratia:his verbis adductus eſt:cum pręſertim arbitraret̃ ſe ſine Athenienſium copiis tantũ gi.
Epiroticis ſociis cum Aetolis poſſe itinere terreſtri aduerſus Bœotios ire : p Locros Ozolas
ad Cytinium Doricũ: qđ parnaſſum ad dexterã habet:vſqꝫ dum ad Phocenſes deſcendat̃: Cytiniũ.
quos ſperabat perpetua cum Athenienſibus amicitia ſtudioſe commilitium præſtituros: Bœotia
aut certe coactos:Et Phocenſibus contermina Bœotia eſt.Igit̃ ſoluens a Leuçade cum om- quib⁹ cõ-
nibus copiis nauigauit in Solion Acarnanibus inuitis.Cum quibus ſuum conſilium cũ cõ termina.
municaſſet:neqꝫ id illi admiſiſſent:ꝙ Leucadē non intercludiſſet:ipe cum reliquo exercitu Demo-
Cephalænenſium Meſſeniorum tercētorumqꝫ ex ſuis claſſiariis Athenienſiũ:nã quindecī ſthenes i
Corcyrenſium naues abierãt:bellũ intulit Aetolis:profectus ex Oenone Locridis.Erãt aũt Aetolos.
hi Ozolæ fœderati cum locris:debebantqꝫ Athenienſibus pręſto eſſe cum omni exercitu in
mediterraneis.Quippe cum finitimi ſint Aetolis & genere armorum ſimiles:ad hęc & pu-
gnæ illorum & locorum periti : magno vſui eorum auxilia fore videbant̃.Et cum ſtatiua in Iuppiter
templo Nemęi Iouis habuiſſet:quo in templo fertur Heſiodus Poeta ab incolis interēptus: Nemæ⁹.
cũ oraculũ accepiſſet ſe in Nemęa hoc eſſe paſſurũ:ſub auroram motis caſtris in Aetoliam Heſiodi
pergit:Ac primo die Potidaniã expugnat:ſequenti Crocylion:tertio Tichiõ. Vbi ſubſidēs cædes.
prędam in Eupolion Locridis miſit:habens in animo cum cętera in poteſtatē redegiſſet:ſic
aduerſus Ophiones:niſi ſe dederent:poſtq̃ Naupactum rediſſet:tendere.Sed nõ latuit Ae Ophiões
tolos hic apparatus:ac ne tum quidem cũ primũ cœpit conſiliũ inuadendi.Poſtq̃ oĩs exerci
tus introgreſſus eſt:tum ingenti manu omnes auxilio venere etiã ab vltima Ophionia: qui Ophiõia
ad Maliacũ ſinum pertingunt:Bomienſes Galliēſeſqꝫ.Ibi Demoſthenē Meſſenii:tale quid-
dam:quale prius: ad mouēdũ faciles eſſe Aetolos ad bellandũ:hortabant̃ vt q̃ primum iret
ad vicos:nec expectaret dum vniuerſi cõferta acie occurrerent:oblatã ſemp occaſionem ra-
peret.Quibus ille verbis acquieſcens:ac fortuna frętus:nihil dum aduerſi expertus Locros
qui venturi ſibi auxilio erant:non præſtolatus: cum pręcipue iaculatoribus leuis armaturę Aegitiũ
egeret:contendit aduerſus Aegitiũ:aggreſſuſqꝫ expugnat.Nã oppidiani fuga dilapſi erãt:
& colles qui oppido imminent inſidebant . Eſt em̃ ſitum excelſis in locis remotũ fere octo-
ginta ſtadiis a mari.Ibi Aetoli, iam enim ad auxiliũ venerant:alii ex aliis tumulis decurren
tes Athenienſes ſocioſqꝫ inuadunt : miſſilia ingerũt: & quoties Athenienſium exercitus in
ſtat pedem referunt:referētibus pedem inſtant:diuqꝫ huiuſmodi fuit pugna alterutra inſe- Atheniē
cutione ac fuga: & in vtraqꝫ inferiores erãt Athenienſes.Itaqꝫ quoad ſuppeditarũt ſagitta- ſiũ fuga.
riis tela:licuitqꝫ munere ſuo vti reſtiterũt.Nam Aetoli vtpote leuiter armati dum ſagittis Aetoloꝝ
peterentur ſe ſubducebant.At vbi ſagittariorum præfectus occubuit:cæteri diſſipant̃ mul victoria.
to iam continentiqꝫ labore defeſſi: & Aetolis vrgentibus iaculantibuſqꝫ ſic in fugam terga
verterũt:atqꝫ incidentes in rupes inuias;ac loca ſibi ignota:Siquidē eorũ dux itinerũ Chro-

non Meſſeniꝰ occiderat:interiere.Quorum cum multos in ipſa fuga aſſecuti cominꝰ Aeto
li iaculis occiderunt homines veloces ac leuiter armati:tum vero plures viis aberrantes:tū
delatos in íſulas per inuias immiſſo igne cōcremarunt. Vt nullū nō genus fugæ ac mortis
in Athenienſi exercitu viſeref:ægreqꝫ qui ſupfuerunt ad mare:& ad Oeneonē Locridis vn-
de profecti fuerant euaderent. Perierunt aūt cū ex ſociis multi:tum Athenieſiū armatoꝝ
circiter centū viginti.Hi tot viri & ætate florentes:& in hoc bello ex pplo Athenieſi pręſtā
Proclis cædes. tiſſimi amiſſi ſunt.Periit quoqꝫ alter ex ducibus Procles. Victi victoribus conceſſa victoria
mortuos ſuos recuperarunt:& in Naupactū ſe dehinc Athenas nauibus receperūt: Demo
ſthene apud Naupactū & eadem circa loca relicto:ꝙ Athenienſes ob ea q̄ geſſiſſet timeret.
Per eadē tpa Athenienſes qui circa Siciliā agebant:cū in Locridē nauigaſſent:ingreſſu quo
Peripolion capit. dam Locros q loco auxilium ferebant ſuperant:ac Peripolion capiunt:qđ oppidū ſitū eſt ad
Halec. flumē Halecē.Eadē æſtate Aetoli iā antea miſſis Corynthū ac Lacedæmona legatis Tolo-
Tolophꝰ pho Ophionenſi & Boriade Eurytane ac Tiſandro Apodoto:ſuadēt vt ſibi aduerſus Nau
Boriades pactum mittanť auxilia:propter Athenienſiū ingreſſum.Et miſerūt Lacedæmonii tria mi-
Tiſādrus lia grauis armaturæ ex ſociis:quorū fuere quingēti ex vrbe Heraclea:tunc recēs apud Thra
Eurylochus. chiniam condita:duce Eurylocho: comitibus eius Macario & Menedato omnibꝰ Spartia-
tis.Coacto apud Delphos exercitu Eurylochus Locris Ozolis: vt ſibi præſto eſſent: edixit.
Qui lacedęmoniis obſides dederūt. Illac eñ in Naupactū iter erat:& ſimul eos ab Athenienſibus abducere volebat:habēs pręcipue ſui ſtudioſos Amphiſſes:qui propter odiū Phocēſium timentes:& primi dederūt ob-
ſides:& alios ad dandū induxerunt:aduentu exercitꝰ territos:& ante omnes ſibi finitimos
Myones qua parte Locris inacceſſa eſt maxime. Deinde Ipnēſes:Meſapios:Tritanes: Cha-
læos:Tholophonios:Heſſios:& Oeanthenſes:qui omnes militiā ſecuti ſunt.Nam Olpęi ſe
qui noluerunt:tantū obſides dederūt.Hyęi ne obſides quidē dederunt priuſq̄ eorū vicus ca
ptus eſt:nomine Polis. Vbi cuncta in expedito fuere & obſides in Dorico Cytinio depoſiti
aduerſus Naupactum per Loctos cū exercitu contendit.Inqꝫ ipo itinere faciendo Oeneonē
de Locris capit:et Eupolion.Nam imperata facere recuſauerant.Cū in Naupactiā vētum ē
& Aetoli venere auxilio:regionē populanť:& ſuburbana muris carentia capiunt.Profectiqꝫ
Molycrion. Molycrion Corinthiorū coloniā:ſed Athenienſiū ditionis,expugnāt.Demoſthenes autem
Athenieſis:Nam adhuc poſt reditum ab ætolica clade circa Naupactū agebat:pręſcito ho
ſtium aduentu ab vrbe:ſolicitus adiens Acarnanes perſuadet &ſi ægre propter diſceſſum
a Leucade:vt Naupacto ſubueniant:a quibus miſſi cū eo mille armati nauibꝰ ingreſſi Vrbē
tutati ſunt.Metꝰ eñ vehemens erat:cū muri magni eſſent:& ꝓpugnatores pauci: ne parū
ad defenſionē ſufficerent.Eurylochus & qui cum eo erant:vbi cognouerunt ingreſſis copi
Calydon priꝰ Aeol' is oppidū expugnari nō poſſe:abierūt;nō in Peloponneſum ſed in Aeolidem:q nūc Calydō
vocatur & Pleuronē:aliaqꝫ circa loca;necnon in Proſchion Aetoliæ.Nam eos ambracii adi-
Argos Amphilochicū. erant:ſuadentes vt ſecum Argos Amphilochicū:cæteramqꝫ Amphilochiā, prætereа Acar
naniam ſubigerent:affirmantes ſi potiantur iis: fore vt totā Epiroticā gentē in Lacedęmo-
niorū ſocietatē adducerent.His perſuaſus Eurylochus;omiſſis Aetolis ꝑ illa loca conquie-
uit:dum Ambraciis auxilio veniētibus;aduerſus Argos eundū eſſet. Aeſtaſqꝫ exceſſit.Sub
hyeme aūt qui in Sicilia agebant Athenienſes cum ſociis Græcis: et quicunqꝫ Siculoꝝ vel
ab imperio Syracuſanorū ad ipos defecerant:vel rerum ſocii erant:aggreſſi ſunt Niſam Sici
Niſa oppugnať. liæ oppidum:cuius arcem Syracuſani tenebant,Quā cū expugnare nequiſſent:abierunt.
Sed in abeuntes impetu dato,illi ex arce poſtremos Athenienſiū ſocios in fugam vertunt:
Caicinus flu. paucos occidunt.Poſt hæc Laches & Athenienſes egreſſi e nauibus nō nulla in loca Locri-
dis;iuxta Caicinū amnē,Locrenſes ad arcendam vim occurrentes:cum Proxeno Capatōis

filio:circiter trecentos ceperunt:detractiſq; armis abierunt.Eadē quoq; hyeme Delum ex-
piauere Athenienſes ex oraculo quodam.Nam & Piſiſtratus tyrannus eā prius expiauerat
ſed nō omnē:verū eatenus:quatenus a templo ꝓſpect⁹ patebat.Tūc aūt oīs expiata ē:idq;
ad hunc modū.Quęcunq; in Delo defunctorū extitere monumenta:oīa ſuſtulerunt:& in
poſterū edixerunt:ne quis in inſula:neq; moreret̄:neq; naſceret̄:ſed morituri iā ac perituri ī
Rheniā tranſportarentur inſulam:ita parum a Delo diſtantē:vt Polycrates Samioꝝ tyran
nus:cum aliquando & claſſe polleret:& aliis inſulis imperitaret:captā Rheniā catena anne
cteret Delo:Delioq; Apollini conſecraret.Tunc quoq; primū poſt luſtrationē Athenienſes
luſtralia feſta id eſt quinto quoq; anno fecerunt. Fuerat aūt alias priſca memoria ingens a-
pud Delon celebritas Ionū & ex circuniectis inſulis hominū:qui cum coniugibus ac liberis
ſpectabant:vt nunc ad Epheſia feſta Iones confluunt:fiebatq; certamē gymnicū:muſicūq;:
& ciuitates choros ducebant.Quæ ita fuiſſe declarat in primis Homerus his verſibus:quæ
ſunt ex prooemio Apollinis.

Piſiſtrat⁹. Rhenia Inſula. Epheſia feſta. Homer⁹.

Tunc tibi magnopere in Delo mens geſtit Apollo.
Cum natis quoties cum coniugibuſq; frequentes:
Iones in fluxa celebrant tua compita veſte.
Ceſtibus & variis certamina ſacra choræis
Oblectant:referuntq; tuas modulamine laudes.

Delos.

Qꝫ autem & muſici certamīe propoſito,illuc ſe certaturi conferebant:in his verſibus indi-
cat q ſunt ex eodē prooemio. Siquidē deliacū foeminarū chorū laudans,ita verſus eius lau-
dationis finit:in quibus & ſuiipius meminit.

Verum age dum nobis aſſis cū phoebe Diana:
Vos etiam cunctæ me diſcedente valete.
Et memores eſtote mei poſthac:homo ſi quis
Venerit huc alius peregre dicatq; puellæ.
Quis vir in his verſans vnq̄ lepidiſſimus oris
Pectora pręcipue demulſit veſtra canendo:
Vos vno aſſenſu ſic reſpondete fauētes.
Vir qui luminibus captus chion incolit altam.

His Homerus ſignificauit iam olim apud Delum magnū conuentū ac feſtum cōſueſſe cele
brari.Ad quę poſtea & inſulani & Athenienſes choros cū ſacris miſſitarunt. Sed certamina
& cætera plęraq; aduerſis caſibus:vt credibile eſt:exoleuerūt:primiq; Athenienſes certamē
inſtituerunt:& curſus equorū qđ ante non fuerat.Eadē hyeme Ambracii:prout ſpoponde
rant Eurylocho:cū exercitu pręſto fuerūt:ꝓfectiq; Argos Amphilochicū:cū trib⁹ milibus
armatorū:atq; Argiā ingreſſi:Olpas capiūt:validū in colle murum mari imminētem:quo
Acarnanes eius authores aliquādo pro publico iudicii loco vtebantur:diſtantē fere quinq;
& viginti ſtadiis ab Argiuorū quæ maritima ē vrbe.At vero Acarnanes partim Argos ſup
petias gerunt:partim vtiq; q ex Amphilochia erant:ne ſe lateret Peloponēſiū qui cū Eury-
locho veniebant in Ambracios tranſitus cuſtodias eo loci agebant qui fontes vocātur.Mit
tunt pręterea tū in ætoliā ad Demoſthenē q fuerat Aheníenſiū dux:vt ſibi pręeſſet:tum ad
viginti q̄ circa Pelopōneſum erant naues Atheniēſiū:quibus pręerat Ariſtoteles Timocra-
tis & Hierophon Atimneſti filius:qui apud Olpas erant Ambracii mittunt & ipi ad vr-
bem:vt ſibi veniat oīs populus auxilio extimeſcētes ne Eurylochus cum iis quos habebat
Acarnanes pertranſire non poſſint:ne ve ſibi deſtitutis aut preliādū foret:aut redire volen
tibus minime tutum.Hos vbi veniſſe ſenſerunt Eurylochus ac Peloponenſes:motis e Pro-

Quæ de Delo dicantur. Ambraciorum fides. Argia. Ariſtoteles Timocratis.

ſchio caſtris: confeſtim ad ferenda eis auxilia ꝑficiſcuntur: Ac tranſmiſſo Acheloo ꝑ Acar-
nanſam: ob miſſa Argos pręſidia: vacuam iter faciunt: ad dextram habentes & vrbē & pręſi-
Phytia. fidiū Stratiorū: ad Siniſtram reliquā Acarnaniā. Et cū illorū agrū pertranſiſſent: per Phytiā
& rurſus per Medeonis extrema: dehinc per Limneā ad Agreorū regionē: q̄ nō Acarnaniæ:
iam ſed ipſis amica erat: pergunt: occupatoq; Thyamo monte inculto: ac ſuperato: in Ar-
Thyamꝰ mons. giā iam nocte deueniūt. Atq; illic inter vrbē Argiorū & Acarnanū ad fōtes cuſtodiā furtim
itinere facto cum Ambraciis qui apud Olpas erant: miſcentur: ac ſimul illuxit conferti añ
vrbē q̄ vocat̃ Metropolis conſiſtunt: caſtraq; metant̃. Nec ita multo poſt hinc naues viginti
Athenienſium Argis auxilium laturæ ad Ambracicū affuerunt. Illinc Demoſthenes cum
ducentis Meſſeniorū armatis: & Athenienſiū ſagittariis ſexaginta: et claſſiarii quidā mili-
tes nauibus egreſſi tumulum circa Olpas inuaſerunt. Acarnanes autē & Amphilocorū ali-
quot (nam eorū plęriq; ab Ambraciis diſtinebant̃) cū iā Argos conueniſſent: ſe pręparabāt:
Demoſthenes Ambraciotarū dux deſtinatur. tanq̄ cū aduerſariis pugnaturi: delecto duce ſocialis exercitus Demoſthene cū ipſorū pręto-
ribus. Hic pręmotis copiis, prope Olpas caſtra poſuit: dirimente vtroſq; ingenti rupe: & di-
es quinq; ceſſatum eſt. Sexto ad pugnandū ſe vtriq; inſtruebant. Sed maior erat ac ſperarat
Pelopōnenſiū acies: ex quo Demoſthenes ne circūueniret̃ metuens: in quadā caua & du-
moſa via collocat: tā ex armatis q̄ ex leui armatura ad quadringentos: vt cū hoſtis numero
ſuperior eſſet: in ipſo congreſſu ſurgentes ex inſidiis eum a tergo aggrederentur. Vbi vtrin-
q; inſtructū: ad manꝰ itum eſt. Dextrū cornu Demoſthenes: cum meſſeniis & paucis Athe-
nienſibꝰ tenebat: alterū Acarnanes vt quiq; erant inſtructi: & qui aderant Amphilocorum
iaculatores. Peloponenſes & Ambracii inſtructi promiſcue erant: pręter Mantinęos. Hi em̃
in lęuo potius: nec eo extremo conferti ſtabant. Nā eius extremū tenebat Eurylochus cum
ſuis contra Meſſenios Demoſthenēq;. Cum iam manus confererent̃: Peloponnēſeſq; circun-
Actis pugna. uenirent ſiniſtro ſuo dextrū aduerſariorū cornu: atq; concluderent: ſuperueniūt his a tergo
ex inſidiis Acarnanes: datoq; impetu hoſtē auertunt: ita vt virtutis immemor nō reſiſteret
ſed territus maiorē exercitus partē ad fugiendum induceret. Quippe vbi vidit Eurylochi
cornu: qđ erat validiꝰ: cædi: multo maiori metu perculſus eſt. Et ab ea parte Meſſenii cum
Demoſthene rem cōficere annitunt̃. Sed Ambracii & qui in dextro cornu erant a ſua parte
vicerunt: hoſtēq; ad Argos vſq; ſunt perſecuti. Nā illorū circa populorū pugnaciſſimi ſunt.
Peloponnēſes vincuntur. Li cū reuertunt̃ ad ſuos eoſq; maxima ex parte ſuperatos: & in ſe tendētes cæteros Acarna-
nes conſpicant̃: ægre ad Olpas ſalutē ſibi peperere: multis eorum interfectis: dū incompoſi-
ti & nullo ordine inuadūt: pręterq̄ Mantinęorū qui ex omni exercitu maxime compoſite ſe
ſe receperunt. Ceſſauitq; ſub veſperū pugna. Poſtero die Menedęus defuncto Eurylocho ac
Macario ſuſcipiens ipſe imperiū: ob acceptam ingentem calamitatem dubius quonāmodo
aut remanens ferret obſidionē terra ac mari obſeptus: aut tuto diſcederet: mentionem facit
apud Demoſthenē duceſq; Acarnanū de diſceſſu paciſcendo recipiendiſq; cæſis. Illi cæſos
quidē reddiderunt: ac ſuorū fere trecentis receptis trophæū ſtatuerūt. Abeundi vero facul-
tatē non palam indulſere omnibꝰ: ſed clam & Mantinæis tantū cū Menedæo ac cæteris Pe-
lopōnenſiū ducibus: & quicunq; ex eis erant pręcipuę dignitatis: volentes cum Ambracios
Peloponnēſes de abitione cōſultāt. & peregrinū militē mercede conductū deſertos eſſe: tū vero Lacedęmoniis ac pelopōnenſi-
bus apud Gręcos illos conflare inuidiā tanq̄ proditoribus: qui ſuę ipſorum nō ſociorū ſaluti
conſuluiſſent. Hi receptos mortuos ſuos feſtinabundi pro pręſenti copia ſepelierunt: & de
abeundo ii quibus data facultas erat clanculū deliberabant. Ibi Demoſthenes cū Acarnani-
bus certior ſit: Ambracios primo illo ex Olpis nuntio excitos venire auxilio: ac velle ꝑ Am-
philocos iis qui in Olpis eſſent ſe committere: nihil admodū eorū quæ geſta eſſent ſcientes

Itaqꝫ protinus partem quandá copiarũ mittit ad obſidẽdas inſidiis vias:ac tutiſſima quęqꝫ
loca occupáda.Cęteras copias ad ferendas iis auxilia inſtruit.Interea Mantinęi:& ii cũ qui-
bus tranſactũ erat:per cauſam legendi holera ac ſarmẽta paulatim egrediẽtes abibát:& cũ
legendo ea quorũ gratia exierát:iá ꝓcul ab Olpa erát ꝓgreſſi:tũc ſe ocyus ꝓripiebát.Quos
abire Ambracii vbi ſenſere:& cæteri q ſic frequẽtes eo ſe contulerant:& ipſi prodeunt:capeſ
ſuntqꝫ curſus volẽtes aſſequi ſocios.Eos arbitrati Acarnanes initio omnes æqualiter ſine pa
ctione abire Peloponnenſes inſequi cœpere:& fuere qui in quoſdam e ducibus inſequi vetá
tes:ac dicentes data fide illos abire:iaculum emiſerint exiſtimantes ſe proditos eſſe.Tunc:
omiſſis Mantinæis ac Peloponnẽſibus Ambracios trucidabant:eratqꝫ ingens & contentio Ambra-
& error:quiſnam Ambracius quiſve Peloponnenſis eſſet:& ex eis ad ducentos cæſis:cæteri cii cędũt.
in Agridem quæ contermina erat diffugiunt.Quos Salynthius Agræorum rex vtpote a- Salynthi
micus excepit.Inter hæc Ambracii qui ex vrbe ad hos iter habebant ad Idomenen perueni- us.
unt.Sunt aũt Idomene duo excelſi tumuli:quorum eum qui maior eſt occupauerunt qui e Idomene
caſtris a Demoſthene pręmiſſi fuerant:cum hoſtem in veniendo ac pręueniendo latuiſſent
Minorem illi priores aſcenderant atqꝫ inſidebant.Demoſthenes a cœna ac primo crepuſcu
lo ſtatim cum cætero exercitu viam ingreditur:dimidium eius ſecum habens:altero dimi-
dio per Amphilocicos montes eunte:ac ſub exortum auroræ inuadit Ambracios adhuc ia-
centes:nec dũ aliquid rerũ geſtarꝫ gnaros:quinimmo opinantes potius iſtos ex ſuis eſſe.Nã
aſtute Demoſthenes primos omniũ Meſſenios ire iuſſerat:ac Dorice alloqui ad faciendã pri
mis excubatoribus fidem:prę́ſertim non cernentibus cum adhuc nox eſſet.Vbi igitur cum
omnibus copiis impetus factus eſt:in fugam vertũtur:multi ibidem cæduntur:cæteri mon-
tes verſus fugæ ſe mandant.Verum occupatis iam itineribus:ad hęc Amphilocis:tum le-
uiter armatis:tum regionis peritis aduerſus armis graues:& quo ſe verterent ignaros:& in
loca aut præerupta aut ab inſidiantibus iam inſeſſa incidentes trucidabantur:& cum omne
fugæ tentarent genus:nonnulli ad mare non ita diſtans contendebant:ac conſpectis q̄ ter-
ram legebant atticis nauibus ad eas:ita rei conditio vrgebat:annatabant:exiſtimantes præ
ſenti in metu ſatius eſſe ab iis qui in nauibus erát,ſi oporteat,interfici ſe:q̄ aut a barbaris aut
ab inimiciſſimis Amphilocis.Hunc itaqꝫ in modum Ambraciis profligatis e multis pau- Ambra-
ci in vrbem euaſerunt.Acarnanes ſpoliatis cadaueribꝰ:tropheiſqꝫ erectis Argos rediere.Et cii ſpoliã
ad eos poſtero die Caduceator venit ab iis Ambraciis:q ex Olpa ad Agræos fugerant peti- tur.
turus eorum corpora:qui poſt primá pugná cæſi fuerant:dum nulla fide accepta cum Má-
tinæis & aliis qui fidem acceperant ſimul exiſſent.Cæterum intuens ſpolia Ambraciorum
qui ex vrbe prodierant admirabatur numerũ:neqꝫ enim reſcierat cladẽ:ſed ea ſociorum ſuorũ
eſſe arbitrabatur:& eum quidam opinatus ab iis venire:qui apud Idomenen eſſent:quidnam
admiraretur interrogat:& quot ex ipſis periſſent.Circiter ducentos inquit ille.Atqui non
ducentorum arma hæc ſunt:excepit qui interrogabat:ſed pluſq̄ mille interfectorum.Et
ille rurſus.Non ergo ſunt eorum qui nobiſcum in acie ſteterunt.Cui idem reſpondit.Sunt
ſane veſtrorum:ſi quidem vos heri in Idomene pugnaſtis.At qui nos inquit ille heri cũ ne-
mine pugnauimus:ſed nudiuſtertius cum abiremus.Et hic nos vero ait cum iſtis heri cer-
tauimus ex vrbe Ambraciorum auxilio venientibus.Quo audito Caduceator intelligens
auxiliorum vrbanorum ſtragem edito gemitu re infecta continuo abiit attonitus præ-
ſentium malorum magnitudine:nec vlterius cæſos repetiit.Hęc enim clades hoc bello ma
xima extitit:vtiqꝫ vna in ciuitate:& intra tam paucos dies.Nec numerum cęſorum ſcripſi
vt incredibilem:quoniam maior eſſe fertur q̄ pro magnitudine ciuitatis.Hoc ſcio Acar-

naũes atq; Amphilochos: ſi Athenīēſes ac Demoſthenē audire voluiſſent ipo clamore A m
braciā fuiſſe expugnaturos. Nūc ꝑtimuerūt ne tenētes illā Athenīēſes grauiores ipis acco-
læ forent. Poſt hęc tertia ſpoliorū parte Athenienſibꝰ in ſortē data: reliquū inter ciuitates di
uiſerūt. Et q̄ Athenienſibus ceſſerūt: plęraq; fuere intercepta. Nā q̄ in tēplis affixę viſuntur
trecentę ſolidę armaturę: eæ peculiariter Demoſtheni datæ: & ab eo nauibus apportatę ſūt
Cui ob has res geſtas tutior in patriā: poſt calamitatē in Aetolia acceptā: reditꝰ fuit. Vbi vi
ginti Athenīēſiū naues Naupactū rediere: & Athenienſes ac Demoſthenes abiere: Acarna
nes & Amphiloci publica fide interpoſita veniā dedere Ambraciis: atq; Pelopōnēſibꝰ q ad
Salynthium & Agræos confugerant: ex Iniadis abeundi. Aditoq; Salynthio cū Ambraci
Fœdera centum annorū. is in poſterū ad centū annos fide data ſocietatē coierunt: his legibꝰ: vt neq; cum Acarnani-
bus Ambracii Pelopōnenſibus arma inferrent: neq; cum Ambraciis Acarnanes Athenīēſi-
bus: ſed mutuo ſibi auxilio forent: redderentq; Ambracii Acarnanibꝰ quicq̄d aut oppidorū
aut finium de Amphilocis tenerent: nec opem Anactoriis ferrent Acarnanū hoſtibus. His
cōuētis bellum ſoluerūt. Poſt hęc Corinthii pręſidiū ex ſuis ad trecētos armatos in Ambra-
Xenoclides. ciam miſerūt: cū duce Xenoclide Euthyclis filio: q ægre itinere per Epirū facto ꝑuenerunt
Ita ſe habent res ad Ambraciā geſtæ. Eadē hyeme qui apud Siciliā erant Athenienſes: cum
egreſſi e nauibus in Imeræa eſſent Sicilienſibus vna ſuperne inuadentibus extrema Imerę
cunq; ad Aeoli inſulas nauigaſſent in Rhegiū ſe receperunt. Vbi Pythodorū Iſolochi filiū
Athenienſiū ducē offendunt: ſucceſſorem Lachetis in nauiū pręfectura. Nam Sicilīēſes ſo-
cii aditis Athenienſibus perſuaſerant: vt ſe maiore claſſe adiuuarēt. Quippe Syracuſani cū
terra forēt illis ſuperiores: & mari paucis nauibꝰ impedirent: talē claſſem īſtruxerāt: vt poſt
hac contēni nō poſſent. Itaq; ſexaginta naues expleuerunt Athenienſes: tanq̄ ſociis mitten
das: & tamē tum exiſtimabāt citius ibi bellū finitū iri: tū volebāt fieri nauiū experimentum
Sophocles. Igit̃ vnū e ducibus Pythodorum cū paucis nauibus miſerunt: miſſuri cū pluribꝰ Sophoclē
Soſtratidę filiū & Eurymedontem Thuclei. Pythodorus: accepta iam Lachetis præfectura:
Eurymedon. profectus eſt ſub extremū hyemis ad pręſidiū Locrorū: q̄d ceperat Laches: & victus a Locris
in pugna diſceſſit. Per idem ver proluuiū ignis ex Aetna mōte omniū Sicilię maximo ema-
nauit: quēadmodū alias: & aliquantulū ſoli Catanenſium corrupit ſub ætna incolētiū. Fer-
tur aūt proluuiū hoc quinquageſimo a ſuperiore emanaſſe anno: & ad ſummū ter extitiſſe:
ex quo Sicilia a Græcis incolitur. Hæc per eam hyemē geſta ſunt: & ſextus exiit annus hu-
ius belli q̄d Thucydides conſcripſit.

## THVCYDIDIS HISTORIARVM PELOPONNENSIVM LIBER QVARTVS.

Meſſana capitur. INEVNTE Aeſtate quum frumenta iam extāt in ſpicis pro
fectæ decē Syracuſanorū naues, totidēq; Locrēſiū, Meſſanam
in Sicilia ceperunt ab ipſis oppidanis acciti. Defecit autem ab
Athenienſibꝰ ea ciuitas pręcipue, ope cū Syracuſanorum qui
cernentes id oppidū inuadendę Siciliæ opportunū: metuebāt
ne ſe maioribus copiis aggrederent̃ illinc profecti Athenīēſes:
tum Locrenſium: qui Rheginos ſibi inuiſos volebant vtrinq;
oppugnari. Itaq; in eorum agrum cū omni exercitu inuadunt
ſimul ne Mamertinis illi ferrent auxilia: ſimul inducti ab Rhe
ginis: qui apud ipſos erant exulibus. Nam Rhegium permul-
to tpe ſeditionibus agitabatur: nec in pręſenti poterant Locrē

ſes arcere:quo etiã magis illi ingruebant:q poſtea q̃ agrũ populati ſunt rediere cũ peditatu
nã naues ad Meſſanã in pręſidio erãt:eodẽq; aliæ q̃ inſtruebãtur venturæ: atq; illic bellũ ge
ſturę. Per idẽ ver nõdũ adultis frumentis, Peloponnenſes ac ſocii Atticã ingreſſi ſunt: duce
Agide Archiani filio Lacedęmoniorũ rege:ſtatiuaq; habentes eã populabant. Athenienſes Pelopon
vero: vt inſtruxerũt quadraginta naues in Siciliã miſerunt:cũ iis q erant reliqui ducib⁹ Eu- nenſes in
rymedonte ac Sophocle. Nam Pythodorus ex iis ducibus tertius iã eodem abierat. Manda Atticã.
runtq; vt Corcyręorũ quoq;:qui intra vrbẽ erant:curã in tranſitu haberent:exercentibus in
eos latrocinia exulibus:qui in montibus agebant:& ſexaginta Peloponnenſium nauibus:q
ad vlciſcendos illuc eos aduenerant. Exiſtimantes rem facile confectũ iri : ciuitate admodũ
fame laborante. Mandarũt itẽ Demoſtheni q priuatã a reditu ex Acarnania vitam degebat
hoc ipſm flagitãti vt his nauibus circa Peloponneſum ſi vellet vteretur. Hi cũ orã Laconicã
pręterueherent:accepiſſentq; ad Corcyrã iam eſſe Pelopõnenſium naues: Eurymedon qui
dẽ ac Sophocles in Corcyram tendere properabant. Demoſthenes aũt: vt prius in Pylon: &
cum loco potiti eſſent: & q̃ oporteret egiſſent in Corcyrã tenderent iubere:illis cõtradicen- Pylos.
tib⁹ opportune tñ exorta tempeſtas cũ claſſem detuliſſet Pylon: poſtulare vt cõfeſtim mu
ro locum munirent. Ea enim re ſimul ſe nauigaſſe:adhoc oſtendere affatim materiæ ac lapi
dis adeſſe: & ſitu locũ munitũ deſertũq; ac magno circa tractu deſertum. Abeſt nãq; Pylos
a Sparte ſtadia circiter quadraginta: ſita olim ĩ agro Meſſenio: quẽ Lacedęmonii vocãt Co-
ryphaſion. Illi dicere multa eſſe in Peloponneſo promontoria deſerta: ſi libeat in iis occupã- Corypha
dis exhaurire ciuitatẽ. Cæterũ huic nõ nihil a quolibet alio differre videbat hic locus: ꝙ ad- ſion.
iaceret ei port⁹: ꝙq; Meſſenii quondam incolę illinc prodeuntes plurimũ infeſti Lacedæmo
niis ꝓpter linguę cõmerciũ futuri eſſent: fideleſq; loci cuſtodes. Vbi neq; ducibus: neq; mili
tibus perſuadet: etiã poſtea cũ pręfectis re communicata quieuit: nondũ apto ad nauigãdũ
mari: donec ipſis militibus otiũ agentib⁹ cupido inceſſit cõcludendi munitionibus locum.
Itaq; rem aggreſſi moliuntur: & cũ lapidariis carerent ferramẽtis collectos paſſim lapides Meſſenio
ferebant: & vbi quiſq; quadrabat coagmentabant: lutum ſicubi opus illo eſſet vaſorum pe rũ militũ
nuria humeris comportãtes: vt id commodiſſime illic maneret: incurui: neve deflueret ma ſtrenui-
nibus poſt tergum conſertis: omniq; ratione annitentes: opportuniſſimis, quibuſq; oppu- tas.
gnationi partibus communitis anteuenire ſuccurſum Lacedæmoniorum. Nam plæruncq;
loci ſuopte ſitu munitũ muro non indiget. Lacedęmonii cum hoc accepiſſent: agebant aũt
tunc forte feſtum quoddã ſolenne: contempſerunt: tanq̃ dum exiſſent : aut hoſte non expe
ctaturo: aut ſe oppidum paruo negotio recepturis. Nõ nihil etiã eos exercitus qui ad Athe-
nas erat remoratus eſt. Athenienſes communito intra ſex dies loco terram verſus: vbi maxi
me oportebat: ad tutelam eius Demoſthenem cum quinq; nauibus relinquunt: cũ cæteris
in Corcyram ac Siciliam ire pergunt. At Peloponnenſes qui in Attica erant vt Pylum ca-
ptam acceperũt propere domũ rediere. Quippe cum Lacedęmonii Agiſq; rex domeſticum Agis La-
ſibi exiſtimarent ad Pylon bellum: & quia præmature fuerant egreſſi adhuc viridi fru- cedęmo-
ideo Amphipolim appellauit q̃ p̃terfluente vtrinq́ȝ Strymone cingeret:ductoq́ȝ a flumine
ad flumẽ lõgo muro:cõſpicuã mare verſus & cõtinentẽ collocauit coloniã. Aduerſus hãc
igit Braſidas ex Arnis agri Chalcidẽſis cũ exercitu profectus:circa ſolis occaſum puenit in
Aulonẽ & Bromiſcũ:qua ſtagnũ Bolbę mari infunditur:Cœnatuſq́ȝ noctu ire pergit.Erat
autẽ tẽpeſtas ſubningebatq́ȝ.Quo libẽtius iter faciebat volẽs latere qui intra Amphipolim
eſſent p̃ter proditores.Nã erãt ibi tũ nõnulli Argiliorũ:qui ſunt Andriorũ coloni:illic do-
miciliũ habẽtes:tũ alii huius rei participes partim a Perdicca:partim a Chalcidẽſibus per-
ſuaſi:p̃cipueq́ȝ Argilii in proximo habitãtes:Atheniẽſibus ſuſpecti ſemp & oppido inſidiã
tes.Hi vbi & tẽpus affuit:& Braſidas cũ iã pridẽ de tradẽda vrbe cõpoſuiſſent:cũ ſuis qui
munia reip.adminiſtrabãt:tũc eũ in vrbẽ receperũt:eadẽq́ȝ nocte ab Atheniẽſibus deficien
tes exercitũ ad pontẽ fluminis pmouerũt:vnde magis q̃ a tranſitu oppidũ abeſt nõdũ mu-
ris cinctũ:vti nunc eſt.Præſidiũ autẽ quoddã modicũ qđ ibi collocatũ erat:paruo negocio
Braſidas vi ſummouẽs:tũ proditionis:tum tẽpeſtatis:tũ repẽtini aduentus beneficio pon
tẽ trãſit:cõtinuoq́ȝ eorũ potitus eſt:q̃ Amphipolitanorũ paſſim extra Oppidũ habitantiũ
erãt.Hoc repẽtino eius trãſitu aduerſus ciuitatẽ facto:& eorũ q extra fuerãt multis captis
aliis ad vrbẽ fuga elapſis:Amphipolitani maiorẽ in modũ tumultuabant:pręſertim mu-
tuo ſuſpecti. Creditũ ẽ (vt dicit) Braſidã niſi maluiſſet ſuos ad p̃dã q̃ ad vrbẽ ſubito cõuer
tere:eã fuiſſe capturũ.Nũc ſiſtẽs exercitũ ad ea q̃ extra vrbẽ ſunt diripiẽda diſcurrit:deſtitit
tamen cũ per eos qintus erãt nihil eis ſuccederet.Cæterũ aduerſarii multitudine prodito-
ribus præpollẽtes:ne ſtatim portæ aperirẽtur mittunt cũ Eucleo duce qui aderat eis ad pręſidiũ loci pro Atheniẽſibus ad alterũ ducẽ Thracię p̃ſidẽ Thucydidẽ Olori filiũ qui hęc cõ
ſcripſit agentẽ circa Thaſon Pariorũ coloniã:quæ eſt inſula diſtans ab Amphipoli fere di-

Deliũ capitur.

Occiſorũ numerus.

Sicyonii.

Sitalcis interitus.

Seuthes.

Amphipolis.

Ariſtagoras.

Drauescũ

Amphipolis vnde nomẽ ſortita.

Argilii.

Thucydides.

Olorus Thucydidis pater.

Thaſos.

midiati diei nauigatiōe: iubētes vt ſibi veniret auxilio. Qđ ſimul ac ille audiuit cū ſeptē na
uibus: q̄ forte aderāt: proficiſcit̄: volēs ille quidē p̄cipue anteq̄ Amphipolis dederet̄ occurre
re: ſin min⁹ Eiona occupare. Interea Braſidas metuēs tū e Thaſo auxilia nauiū: tū ꝙ audie
bat Thucydidē in omni circa Thracia officinis aurariis p̄eſſe: & per ſe admodū poſſe apud
primores ī cōtinēte: annixus eſt vrbē ſi poſſet ante capere: ne ſi ille veniret plębs Amphipoli
tana ſperās eū & claſſe & ſociorū auxiliis ex Thracia coactis vrbē defenſurū: iā ſeſe dedere re

Braſidæ propoſita Amphipolitanis.

cuſet. Atq; ita ęquabilē cōuentionē iniit hoc edicto per p̄conē denūtiato: Amphipolitano
rū atq; Atheniēſiū qui intra vrbē eēnt: quiſquis vellet pari ſimiliq; iure vti: eū manere apud
ſua bona: q nollet eū abire exportatis ſuis facultatib⁹ quinq; intra dies. Hoc audito plęriq;
alterius volūtatis effecti ſunt. Pręſertim cū per paucos Atheniēſes reſpu. adminiſtraret̄: cę
teri, vulgus promiſcuū & eorū magna ex parte ꝓpinqui eſſent: q foris fuerāt capti: & p̄ me
tu ęquū eē edictū exiſtimātes: Atheniēſes quidē ꝙ libēter exirēt nō idē ſibi impēdere pericu
lū qđ aliis rati: ꝙq; nō celerē ſuccurſum expectarēt. Cętera vero multitudo ꝙ neq; ęquabili
ciuitat[ iure priuarētur: & p̄ter opinionē p̄iculo liberarent̄. Itaq; iis q cū Braſida cōpoſuerāt

Braſidas Amphipoli potit̄.

in aperto iā edictū iuſtū aſſerētibus: ꝙ cernerēt vulgus quoq; mutaſſe ſentētiā: nec amplius
exaudire eū q dederat Atheniēſiū ducē: accepta cōditio eſt: inita q; cōuētio. Atq; hūc in mo
dū vrbs tradita. Eodē die circa veſperū Thucydides cū nauib⁹ ad Eiona appulſus eſt. Am
phipolim tenēte iā Braſida: & nocte Eionē accepit ſtatī ſub aurora: niſi naues celeriter au
xilio veniſſent occupādā. Secundū hæc Thucydides quidē res apud Eionē ordinabat: vt
& ſtatim ſi Braſidas inuaderet: & mox eos q de ſuperiorib⁹ trāſire ex fœdere vellēt tuto poſ
ſent excipere. Ille aūt repēte multis cū nauigiis ſecūdo flumine ad Eionē vectus: ſi forte pro
mōtorio qđ a muris excurrit occupato, fluminis oſtiis potiret̄. Qui etiā a terra Eionē cum
tētaſſet vtriq; pariter eſt repulſus: ob idq; ad res Amphipolitanas ordinādas ſe tulit: & ad

Myrcinus Goaxis aliter Goaxa

eū defecit Myrcin⁹ ciuitas Edonēſis Pittaco Edonorū Rege a liberis Goaxis & vxore Brau
re interfecto. Nec multo poſt Gapſelus & Oeſyna q̄ ſunt Thaſiorū coloniæ: Perdicca hæc
trāſigēte: cū ſtatim poſt captā vrbē affuiſſet. Amiſſa Atheniēſes Amphipoli ingēti metu
tenebant̄: pręſertim ꝙ hęc ciuitas eis perutilis erat: tū prouētu materiæ quę ad ędificandas
naues exportabatur pecunięq;: tū ꝙ aduerſus ſocios ſuos ad Strymonē vſq; deducentibus
Theſſalis trāſitus Lacedæmoniis erat. Quibus niſi pontē tenētibus propter ingēs ſane flu
minis in ſuperioribus ſtagnū: haud q̄q̄ liceret accedere triremibus Athenienſibus ad Eionē
excubantibus. Tunc aūt Athenienſes hæc facilia factu exiſtimātes & ne deficerēt ſocii ve

Braſidę modeſtia.

rebant̄. Nam Braſidas cū in cæteris modeſtū ſe p̄bebat: tū vero vbiq; p̄dicabat ſe ad liberā
dā Græciā eſſe miſſum. Qđ audiētes q̄ Athenienſibus parebāt ciuitates & Amphipolim
ab eo captā: & qualē ſe q̄q; mitem exhiberet: vehemētiſſime ad res nouādas incitabant̄: at
q; ad eū clam miſſis caduceatoribus accedere iubebāt pro ſe quiq;: ad illū primi deficere vo
lentes: quippe rati nō timendū ſibi tandiu deſtitutis Athenienſiū ſubſidio: quantū poſtea
cōſtitit: plus affectione cęca iudicantes: q̄ certa prouidentia; aſſueti homines qđ maxime
affectāt: id ſpei incōſideratæ permittere: qđ nō affectāt id principi rationi cōmittere. Auge
batur pręterea eis fiducia neminem aduerſus ipſos auxilio vēturum: ꝙ recentē in Bœotia
Athenienſes calamitatem accepiſſent. Braſida quoq; alliciente nec vera referente non eſſe
auſos congredi Athenienſes apud Niſæam ſecum ſoluis exercitum habēte. Ideo ante om
nia voluptatem impręſentiarum capiebant: & quia tunc primum Lacedæmonii conſtitue
rant ea loca tentare: ipſi nauare illis operā omni ratione parati erāt. Quæ ſentientes Athe

nienſes pręſidia: vt in tempore & breui & hiberno: in vrbes dimiſerunt. At Braſidas e Lacē
dæmone mitti ſibi exercitum cum iuſſiſſet: ipſe ſuper Strymonem ad cõpingẽdas naues ſe
accingebat. Verum hæc ei a Lacedæmoniis ſuppeditata non ſunt: partim inuidia primorũ
partimq; malebant ſuos ex inſula recuperare: atq; bellum finire. Eadem hyeme Megarẽſes
maiorem murum quem de ipſis tenuerant Athenienſes recuperatum euertunt ad ſolum.
Et Braſidas poſt captam Amphipolim ſociorum exercitum quem habebat duxit aduer-
ſus locum nomine Actam: qui a foſſa regia introrſum prominet: cuiuſq; Athos mõs excel- Athos.
ſus ad Aegęum pelagus terminatur. Vbi continentur vrbes Sama Andriorum colonia ad Andriorũ
ipſam foſſam mare verſus qđ Eubœam ſpectat: & Thyſus: & Cleone: & Acrothous: & vrbs.
Holoſixus: & Dius: quæ promiſcuis gentibus habitãtur Barbaris bilinguibus & aliquãtu
lum Chalcidenſibus: ſed pręcipue Pelaſgicis Tyrrhenis: qui Lemnum aliquando Athenaſ
q; incoluerunt: & Biſaltico & Creſtonico & Edonibus viculatim habitantibus. Harũ plę-
rę q; ad Braſidam deſciuere. Verum Sama & Dius quia obſtiterunt earum regionem Braſi
das ſtatiua illic habens populatus eſt: & cum imperata non facerent continuo caſtra mo-
uit aduerſus Toronam Chalcidicã: quã Athenienſes tenebãt ſollicitatus a paucis quibuſ-
dam vrbem tradere paratis. Et profectus nocte iam circa diluculum cum exercitu conſedit Caſtoris
ad templum Caſtoris & pollucis: qđ ab vrbe tribus fere ſtadiis diſtat: ignaris Athenienſi- & pollucis
bus qui ibi pręſidio erant: cæteriſq; oppidanis: pręter eos qui cum illo tranſegerant ac ven- templum
turum nouerant: quorum aliquot qui eum clam adierant aduentum ipſius obſeruabant.
Qui vbi illum adeſſe ſenſerunt admiſerunt ad ſe ſeptem Viros nihil habentes armorum ni
ſi gladios: tot enim ex viginti quibus negotium datum erat ingredi non timuere duce Ly-
ſiſtrato Olynthio. Ii per murum ad mare vergentem introgreſſi ac furtim conſcenſa altiſſi Olynthii.
ma arce vrbis ad collem poſitæ præſidium qđ illic erat obtruncant: & portulam Caneſtræ
um verſus perrumpunt. Braſidas autem aliquantulum progreſſus cum cætero exercitu
quieſcebat: pręmiſſis centum peltatis: qui cum portæ aliquæ aperirentur: & ſignum qđ cõ
uenerat tolleretur primi irrũperent. Et ii quidem aduentante tempore mirabundi ad vr-
bem paulatim appropinquabant. Intus autem Toronæi illi qui cum iis qui introierant prę Toronæi.
parabant vt & vrbem occuparent: & portę apud forum diffracto vecte ipſis aperirentur.
Iidem primum circunductos quoſdam per portulam introducunt: vt eos qui in vrbe eſ-
ſent nihil ſcientes: & a tergo & ab vtroq; latere repente terrerent. Deinde ignem quod ſi-
gnum condictum erat proferunt: & per portas fori peltatos iam cæteros accipiunt: & Bra
ſidas conſpecto qđ conuenerat ſigno: excitatis ſuis curſu contendit: identidem vociſe-
rantibus ad incutiendum iis qui intus erant metum. Quorum alii protinus in portas
inciderunt: alii in trabes quadrangulares: quæ ad tollenda ſaxa muri collapſi qui reſi-
ciebatur ante illum poſitæ erant. Braſidas igitur cum multitudine confeſtim ſurſum ver-
ſus ad vrbis ſuperiora conuertitur: Volens eam a ſummo ac prorſus occupare. Cętera item
paſſim diſcurrit. In hac ciuitatis expugnatione plærique omnis rei ignari ſatagebant. Qui
vero participes fuerant & quibus res placebat: ſubito introeuntibus ſe aſſociãt. Athenien-
ſes autem (erant enim armati circiter quinquaginta in foro dormientes) vbi ſenſerunt: ali
quot eorum inter manus illorum obtruncati ſunt: reliqui fuga elapſi: pars itinere pedeſtri:
pars ad duas naues q̄ cuſtodias agebant euaſerunt in Lecythum pręſidiũ qđ ipſi tenebãt:
occupata arce vrbis maritimæ in anguſtiis Iſthmi poſitæ: ad quos etiã confugerunt To-
ronæorum quicunq; erant ſtudioſi illorum. Luce orta & vrbe prorſus capta Braſidas iis

Toronæis quicunq; ad Athenienſes profugerant: per caduceatorem edicit. Quiſquis exire velit eum tuto ad ſua reuerſum muniis ciuitatis functurum. Athenienſes vero iubet abire Lecytho vt quæ ſit Chalcidēſium: data in hoc fide eos & ipſorum facultates incolumes fore. Illi negant quidem ſe locum relicturos: ſponderi tamen ſibi poſtulant diei ſpatiū ad mortuos tollēdos. Hic fide publica dies duos indulſit. Quibus & ipſe vicina ædificia firmauit & Athenienſes ſua. Inſuper concilio Toronæorum coacto talia quidem locutus eſt: qualia apud illos qui erant in Acantho.

Oratiuncula Braſidæ ad Toronæos obliqua.

Exhorta-tio Braſi-dæ.

NOn eſſe æquum exiſtimari qui ſecū de tradenda vrbe trāſegiſſent: cæteris deteriores aut proditores eſſe: quippe qui neq; pecunia perſuaſi hoc egiſſent: neq; ſeruitutis: ſed libertatis & publici commodi gratia: aut eos qui huius facti participes nō extitiſſent rebus ſuis frui non debere. Se enim veniſſe non ad ciuitatem perdēdam, aliquemve priuatum: & idcirco edictum feciſſe iis qui ad Athenienſes fugiſſent: ꝙ nihilo deteriores cenſeret ob amicitiam quæ illis fuiſſet cum Athenienſibus: neq; Lacedæmoniorū amicitiam eis cum experti fuerint viſum iri minorem: ſed eo propenſiores ad ipſorum beniuolentiam fore: quāto ii futuri forēt iuſtiores: nunc ꝙ inexperti eſſent fuiſſe deterritos. Eos ſe hortari omnes ad ſe pręparandum tanq̃ fideles futuros ſocios: eoſdem poſt hac ſi iam peccauerint ſontes fore: nam antehac iniuſtos non fuiſſe: ſed illos potius quibus fortioribus paruiſſent: & ſi quid aduerſati fuiſſent veniam dandam. Hæc dicendo illos hortabatur. Vbi tempus ſponſionis exiit Lecythum aggreditur. Athenienſes pro muris parum validis & pro ædificiis pinnas habentibus ſeſe defenſabant: vnūq; diem vim arcuerunt. Poſtero autem cum machinam hoſtis admoturus eſſet: ex qua ignem in lignea propugnacula iacularetur: turrim ligneā ſuper ædificium opponunt: ad eam partē ad quā iam tendebat exercitus: quaq; maxime exceptura machinā putabat: & pręcipue expugnabilis erat. Huc multas Amphoras aquæ atq; vrnalia & ſaxa comportant: multiq; mortales cōſcendunt. Quo onere maiore q̃ vt ferre poſſet ædificium repente diſciſſum eſt: editoq; ingenti fragore: eos Athenienſes qui cominus ſpectabant maiore dolore affecit q̃ metu. At ii qui eminus & pręſertim remotiſſimi quiq; exiſtimantes captum iam illic oppidum fugam ad mare & ad naues capeſſunt. Quos Braſidas vt vidit deſeruiſſe propugnacula: & qđ acciderat aſpexit: aggreſſus cū exercitu oppidum capit: & quoſcūq; ibi nactus eſt interficit. Ita Athenienſes relicto loco nauibus ac nauigiis in Pallenē ſe receperunt. Denuntiauerat autem voce pręconis cum oppugnaturus Lecythū eſſet Braſidas daturum ſe triginta minas argenti ei q primus murum conſcendiſſet. Verū ratus non humanitus: ſed aliter expugnationē extitiſſe eā pecuniā Palladi (Eſt enim illic eius deæ templum) donauit: & vbi Lecythum euertit reparauitq;: omne ad ſolum dedicauit. At reliquum hyemis cōſumpſit: tum ea loca quæ habebat ſtabiliendo: tum alienis inſidiando. Qua hyeme exacta octauus belli annus exceſſit. Ineunte autem ſtatim vere ſequentis æſtatis Lacedæmonii atq; Athenienſes annuas inducias fecere: ꝙ cenſerent Athenienſes quidem Braſidam nihil amplius de ipſis defectionem tracturum: priuſq̃ per quietem reficerentur: ſimulq; vt ſi eis bene cederet vlterior conuentio fieret. Lacedæmonii vero: hæc ipſa prout erat Athenienſes extimeſcere: & laxamento malorum ac laborum futuros ſua ſponte auidiores ad agendum de reconciliatione: redditiſq; captiuis ad paſciſcendum in longius tempus. Nanq; ſuos recuperare plurimi faciebant: & eo magis quo Braſidas magis proficiebat: remq; augebat: habentes in animo alios confirmare: alios qui ex ęquo reſiſterēt tentare ac vincere. Igitur ab iis & eorum ſociis induciæ pactæ ſunt: in hæc verba.

Braſidas Lecythū inuadit.

Lecythū capitur.

Induciæ inter Athenienſes & Lacedæmonios.

Inducię inter Athenienſes & Lacedęmonios.

QVod ad templũ atq; oraculum Apollinis Pythii attinet: placet nobis vt qui velit
nullo dolo nulloq; metu cõſulãt ad patriũ quiſq; ritũ. Lacedæmonii probauerunt
hæc eorũq; qui aderãt ſocii: atq; dixerũt ſe Bœotiis hoc atq; Phocenſibus quoad
poſſent: miſſo caduceatore perſuaſuros; qđ ad pecuniam dei attinet: curę fore: vt ſontes de
prehendamus: & in eos iure & ex maiorũ legibus animaduertamus nos voſq;: & quibuſcũ
q; aliis libuerit prima inſtituta ſeruãtibꝰ. De his igiť placuit Lacedęmoniis & eorũ ſociis (ſi
modo fœdera fiant) cũ Atheniẽſibus vtroſq; in ſua terra manere contentos: iiſq; habenis.
Lacedæmonios quidẽ in Coryphaſio intra Buſradẽ & Tomeũ manẽtes: Athenienſes autẽ
in Cythereis: neutros cũ alteris ſocietate miſceri: neq; nos cũ ipſis neq; ipſos nobiſcũ. Eos q
in Niſęa eſſent & in Minoa nõ trãſire iter qđ eſt a Pylis pręter Niſum ad Neptuni delubrũ
Ab ipſo aũt delubro ſtatim ad pontẽ Minoã verſus: Megarẽſes quoq; ac ſocios nõ trãſcẽde
re: viã hãc & inſulã habẽtes quã Atheniẽſes ceperunt: neutroſq; cũ alteris vltro citroq; cõ
merciũ habere. Itẽ eis vti licere quæcũq; nũc in Troezene habẽt: & de quibuſcũq; cũ Athe-
nienſibus cõuenerit: nec nõ vti mari quocũq; placuerit: vel ad ſua ipſorũ: vel ad ſociorũ ire.
Itẽ Lacedæmoniis licere & ſociis nauigare naui nõ lõga: ſed alio nauigio qđ remis agať: ſit-
q; põdo vecturæ duũ miliũ talentorũ. Itẽ caduceatori atq; legatis comitibuſq; quãtiſcũq;
ſi placuerit diſſoluẽdi belli gratia & cõtrouerſiarũ in Pelopõneſum Athenaſve euntibus
ac redeũtibus terra mariq; fœdera eſſe. Trãſfugas interea nõ recipi liberũ ſeruũve: neq; a vo
bis neq; a nobis. Itẽ vos cauſam dicere nobis deferẽtibꝰ: & nos vobis: ſecundũ inſtituta ma
iorũ in litigãdo litẽ ſolui iudicio citra bellũ. Lacedęmoniis hæc ac ſociis placita ſunt. Qꝫ ſi
quid iis aut honeſtius: aut iuſtius eſſe vobis videtur: eũtes in Lacedęmona docetote. Nihil
enĩ qđ modo iuſtum dixeritis abnuent vel Lacedęmonii vel ſocii: ii qui ibunt id ſpatii arbi
triiq; in eundo habituri: quatenus vos nobis iubebitis. Fœdera hæc ad annũ erũt. Placue
runt populo. Acamãtis magiſtratum Prytaneũ gerebat. Phænippus ſcriba fuit. Niciades
pręfuit: Laches recitauit. Qđ fauſtum Athenienſibus ſit inducias fieri: prout conceſſerunt
Lacedæmonii: eorumq; ſocii: & ſpoponderũt in populo inducias eſſe annuas: quæ hodier-
no die incipiãt: Quartodecimo Elapheboliõnis id eſt decẽbris menſis. Hoc interim tẽpore
vtrorũq; legatos atq; caduceatores inuicẽ adeuntes tractare qua ratione bellum diſſoluať
cõcionem aduocantibus imperatoribus ac ꝑtoribus. Primũ de pace conſultare Athenien-
ſes: quonam modo adeat legatio de bello ſoluendo: & perq̃ ſubito legatos qui aderunt ſpon
dere apud populum ſe placitis ſtaturos ad annum vertentem. Hæc conuenta ac placita
ſunt inter Lacedæmonios Athenienſeſq; & vtrorumq; ſocios. Geraſtii apud Lacedæmo-
nios menſis die duodecimo. Conuentorum auctores extiterunt ex Lacedæmoniis Tau-
rus Echetimidæ: Athenæus Periclidæ: Philocharidas Eryxidaidę. Ex corĩthiis Aeneas,
Ocytæ: Euphamidas, Ariſtonymi. Ex Sycioniis Damotinus Naucratis: Onaſimus Me-
gacis; ex Megarenſibus Nicaſus Lecali: Menecrates Amphidori: ex Epidauriis Amphi-
as Epeidæ: ex Athenienſibus magiſtratus Nicoſtratus: diotrophis Nicias Nicerati.
Autocles Tolmæi. Atq; hæ quidem induciæ pactæ ſunt: & per eas aſſidue in colloquium
de rerum maiorum fœderibus ventitabatur. Verum per hos dies cum hæc fiunt Sciona
apud Pallenam ciuitas ab Athenienſibus ad Braſidã deficit. Aiunt autem Scionæi ſe Pal-
lenenſes eſſe ex Peloponneſo oriundos: ſuoſq; maiores cum a Troia nauigarent tempeſta-
te qua Achiui vſi ſunt in eum locum appulſos ibi conſediſſe. Quos cum defeciſſent no-
ctu Braſidas adiit præeũtem officii gratia triremem ſequens ipſe eminus actuario naui-
gio: vt ſi ĩ quod nauigio ſuo maius incidiſſet: triremis opem ei ferret. Si vero in aliam

Lacedęmoniorũ cõuẽtores

Sciona.

æque magnã triremẽ:nõ exiſtimabat illam in minus nauigiũ directurã,ſed in nauem: & ſe
interea ſaluũ fore.Cũ trãſfretaſſet:coacto Sicioniorũ cõcilio:in eam ſentẽtiam locutus eſt:
Torona,
in quã apud Acanthũ ac Toronã: & hoc amplius:eſſe iſtos pcipua laude dignos: qui cum
Pellene,
Pellene in Iſthmo ſita ab Atheniẽſibus occupet̃ Potidæam tenẽtibus:cũqꝫ nihil ſint aliud
q̃ inſulani:tamen ad libertatẽ vltro trãſierint:nõ expectãtes ignauiter vt ſibi neceſſitas ex-
primeretur agnoſcẽdi domeſtici boni:& eſſe id ſignũ eos aliquid aliud rerũ maximarũ præ-
ſtanti animo ſubdituros.Qđ ſi ex ſentẽtia cõtingeret:haud dubie fideliſſimos Lacedęmo-
niis amicos exiſtimatũ iri:atqꝫ aliis in reb[9] honoratũ.Quibus verbis erecto animo Scionii:
& omnes pariter auditores effecti:etiam illi quibus antea res acta diſplicuerat: cõſtituerũt
ſtrenue bellũ ferre.Et Braſidã cũ in cęteris honeſte acceperũt:tum vero & publice aurea co-
rona redimierũt:tanq̃ Gręciæ liberatorem: & priuatim teniis coronauerũt:ac veluti Athle-
tam frequẽtarunt.Ille cõfeſtim relicto eis aliquãto præſidio retro abiit.Nec multo poſt eo-
Menda
vrbs.
dem cũ maiore exercitu trãſfretauit:volens Mendam atqꝫ Potidæam tẽtare:ac prius occu-
pare:q̃:qđ ſuſpicabat̃: Athenienſes tanq̃ inſulæ ſuccurrerẽt.Et cum nõnihil de proditione
Induciarũ
oratores.
tranſegiſſet cũ his ciuitatibus:& iã rẽ eſſet exerciturus:interim ad eũ veniunt cum triremi
qui Inducias renũciarent:ex Athenienſibus Ariſtonymus: ex Lacedæmoniis Athenæus.
Ita exercitus rurſus Toronã reuerſus eſt:& legati renũciant Braſidę cõuenta.Quę quidem
vniuerſi in Thracia ſociiqꝫ approbauerũt.Ariſtonymus autem cętera annuere:Scionios ta-
men negare in fœderibus fore:quos ex dierũ ſupputatione ſciebat poſt initas inducias defe-
ciſſe.Braſidas contra multis verbis affirmare antea defeciſſe:nec ſe vrbẽ velle tradere.Quę
vbi Ariſtonymus Athenis retulit:protinus Athenienſes in expedito fuerũt Scionę bellum
inferendi.Sed Lacedæmonii miſſa legatione dicere eos fœdera pręuaricari:& ſe pro ciuita-
te interceſſuros fidem Braſidæ habẽtes:paratoſqꝫ iudicio diſceptare.Illi nolle iudicio peri-
clitari:ſed primo quoqꝫ tẽpore cũ exercitu abire irati:ſiqui in inſulis iam ſunt q ab ipſis deſci-
ſcendũ cenſeant:in vtili ſibi Lacedæmoniorũ terreſtri potẽtia cõfiſi.Cõſtabat tamen re ve-
ra defectionẽ fuiſſe qua ius ſuum tutabant̃ Athenienſes.Quippe duobus diebus poſterius
a Scioniis deſcitum eſt.Itaqꝫ facto in ſentẽtiam Cleonis decreto de Scioniis capiẽdis interi-
Menda de
ficit ad La
cedæmo-
nios.
mendiſqꝫ:cætera omittentes ad hoc ſeſe pparabãt.Atqꝫ interea ab eis Menda defecit:ciui-
tas in Pallena Erithreorũ colonia:quã & ipſam Braſidas recepit:nõ exiſtimãs ſe iniuſte age-
re:quia per inducias aperte defeciſſent.Nam erãt quæ inuicẽ Athenienſibus crimini daret
& fœderũ ruptoribus.Quo magis Mendẽſes fuere audaces:tum cognita Braſidæ propen-
ſa ſentẽtia:tum ſumpta ex Scioniis coniectura:quos nõ prodidiſſet:tũ q eis pauci cũ adeſ-
ſent conſcii: & ii tũc cunctarentur:nõ tamen omiſiſſent:ſed cum ſibi ipſis timerent ne pate-
fierent:tamen eos qui multi erãt pręter opinionem ſuperauiſſent.Hæc cũ protinus Athe-
nienſes acceperũt multo magis irritati ſe aduerſus vtrãqꝫ ciuitatem inſtruebãt:quorũ claſ-
Olynth[9]
Chalcidi-
ca.
ſis aduentum expectans Braſidas:liberos:vxoreſqꝫ Scioniorũ ac Mendenſium ſubduxit in
Chalcidicã Olynthum:cũ præſidio quingentorũ Peloponnẽſium totidemqꝫ peltatorum
Chalcidenſium:pręfecto omniũ Polydamida.Et iſti quidẽ tanq̃ propediem venturis Athe-
Braſidas
& Perdic-
cas in Ar-
thibæum.
nienſibus:recte ſane inter ſe cõmuniter res adminiſtrabãt.Braſidas autẽ interea pariter ac
Perdiccas rurſus aduerſus Arrhibæum tendunt in Lyncũ:hic quas habebat copias ducens
Macedonũ & incolarũ Græcorũ:ille pter ſuas Peloponnẽſium reliquias: Chalcidẽſes Acã-
thios: & ex aliis populis pro cuiuſqꝫ magnitudine:in ſumma Græcorũ armatorũ fere Tria
milia equites omnes qui ſequebantur:Macedonum cum Chalcidẽſibus circiter mille alia
Barbarorũ manus permulta.Ingreſſi regionẽ Arthibæi cũ Lynceſtas ex aduerſo caſtra me-
tatos inueniſſent: & ipſi caſtra ponunt.Cũqꝫ pedites collẽ e regione ſuum vtrinqꝫ haberẽt:

& cãpũ qui interiacebat equites ꝑcurſarẽt: pugna inter eos primũ eqſtris cõmiſſa eſt. Dein
de Braſidas & Perdiccas cũ Lynceſtę pedites cũ equitib⁹ e colle priores ꝓceſſiſſent: parati
ad p̃liũ e diuerſo ꝓductis & ipſi copiis cõflixerũt. Lynceſtę in fugã verſi ſunt: multi interẽ- Lynceſtarũ fuga.
pti: cæteri fugiẽdo altiora adepti quieuerũt. Poſt hęc trophęo erecto biduũ triduũq; ſubſti-
terũt: opperiẽtes Illyrios q a Perdicca mercede cõducti vẽturi erãt. Verũ Perdiccas nõ ſub
ſidere amplius volebat: ſed aduerſus Arrhibęi oppida ꝓgredi. Braſidas aũt reſpiciẽs ad Mẽ
dã ne qd pateret: ſi prius appellerẽt Athenienſes: & q̄ Illyrii nõ aderãt: nõ ad ꝓgrediendũ:
ſed ad regrediendũ potius aĩatus erat: & cũ ii inter ſe altercarent: nunciatũ eſt Illyrios Per- Illyrii
dicca prodito cũ Arrhibęo eſſe. Ex quo vtriq; videbatur ob illoꝝ metũ hoĩm bellicoſorum
eſſe abeundũ. Cũq; propter cõtẽtionẽ nihil eſſet cõſtitutum: quonã tendere oporteret: int-
ueniẽte nocte Macedones, Barbaroꝝq; multitudo, ſubito timore perculſi: id qđ in magnis
exercitibus fieri cõſueuit: incertis cauſis: q̄ putarẽt plures aduentare q̃ veniebant: tantum
q; nondũ adeſſe: in repẽtinã fugã ſe dantes domũ reuerterunt: & Perdiccã a principio igna
rũ rei: vt reſciuit coegerunt: anteq̃ Braſidã inſpiceret: ꝓcul enĩ ſane alter ab altero caſtra ha
bebãt: illinc diſcedere. Braſidas primo diluculo poſtq̃ accepit & abiſſe Macedones & Illyri
os atq; Arrhibæũ inuaſuros: quadrato ipſe agmine leui armatura in mediũ accepta cõſtitu
erat abſcedere: diſpoſitiſq; ſiqua inuaderet iuniorib⁹ excurſorib⁹: cũ delecta ipſe trecẽtorũ
manu in aĩo habebat vt poſtremus diſcederet reſiſtendo primis quibuſq; hoſtiũ ſeſe offerẽ
tibus: & priuſq̃ illi aduentarent: vt in breui: milites ſuos adhortatus eſt.

Oratio Braſidæ ad Milites.

Niſi ego ſuſpicarer viri Pelopõnenſes terrore ꝑculſos: q̄ derelictus ſum: q̄q; Barba- Concio Braſidæ.
ri & ii permulti in nos tendunt: nõ ita vos hortarer pariter ac docerẽ. Nũc qđ ad
deſertionẽ noſtroꝝ, & ad hoſtiũ multitudinẽ attinet: q̃ maxima ſũt: vos breui ad
monitiõe & hortatiõe ꝑſuadere conabor. Cõuenit enĩ nobis in rebus bellicis ſtrenuos eſſe:
nõ ꝓpter p̃ſentiã ſocioꝝ ſemp: ſed virtutiſ ꝓprię cauſa: neq; alioꝝ multitudĩe terreri. Quip
pe qui nõ ex eiuſmodi rep. ortum ducitis: in quib⁹ nõ pręſunt paucis multi: ſed potius plu-
ribus pauci: nullo alio adepti potentiã q̃ vincendo in p̃liis. Barbaros aũt quos nũc inexper
ti formidatis ſcire debetis: & ex illis cõtra quos pro Macedonib⁹ pugnauiſtis: & ex iis q̃ ego
partim cõiectura: partim fama intelligo: nõ aſperos fore. Quęcũq; enĩ re vera ſunt imbecil-
la: ſed putant valida: cũ de ipſis documentũ veritatis acceſſerit: audaciores aduerſarios red
dunt. Quib⁹ aũt aliquod vtiq; bonũ adeſt: ſi quis id nõ pręuiderit hic in eos ferocior fertur.
Iſti vero q̄ tardi ſunt in veniẽdo terrori ſunt hoĩb⁹ ĩpitis: vtpote aſpectu multitudinis hor
rendi: & vociferatiõis magnitudine terribiles: & inanis illa elatorũ armoꝝ crepitatio ſpeciẽ
minarũ habet: ſed iidem in cõſerẽdis manib⁹ aduerſus eos qui iſta ſuſtinent non tales exi-
ſtunt. Neq; enĩ pudet eos quẽadmodũ nos Lacedęmonios: cũ ordinẽ nullũ habeãt: locum
deſerere dũ ſuperantur: quoꝝ fuga eandẽ quã aggreſſio honeſtis gloriã habet: ac ꝓ irrep̃hẽ
ſibili re ac forti exiſtimatur: & cũ pugna rerũ dña ſit: præcipueq; ſicui p̃beat cũ decore cãm
cõſeruandę ſalutis: tutius ducũt citra ſuũ periculũ terrefacere nos: q̃ nobiſcum venire ad
manus: id qđ ante q̃ nũc factitauerunt. A quibus quicquid aſperitatis impendeat: cernitis
re quidem modicum: aſpectu autem & auditu ferox. Eos cum infeſti venient vos ſuſtinen- Peroſo.
tes: & cum tempus erit cum decore & ordine rurſus vos ſubducẽtes in tutũ propere abibi-
tis: cognituri in reliquũ tempus huiuſmodi turbas: iis qui primum impetũ exceperint oſtẽ
tare robur: minabundas eminus ac cũctabũdas eaſdẽ: ſi acceſſeris cominuſq; conſtiteris ſtre
nuitatem celeriter in id vt tuti ſint demonſtrare. Talibus hortatus Braſidas copias ſubdu-
cebat. Quo viſo Barbari multa vociferatione ac tumultu ingruebant: eũ fugere opinãtes

præuentuq; ſe interfecturos. Sed cum excurſores quacunq; illi incidebant obſiſterent: & ip-
ſe cum delecta manu inuadentes ſuſtineret: ita præter opinionem aduerſus primum impe-
tum reſtiterunt: & deinceps excipiendo eos propulſarunt: ſeſe cum ab illis ceſſaretur: ſubtra
hentes. At cũ in ſpatioſum ventũ eſt locum a Gręcis qui cum Braſida erant iam procul abe
rant barbari: quę pars relicta erat: vt hos inſecuta cũ ipſis cõſereret manus. Nã cæteri curſu
cõtenderant in fugientes Macedones: quoꝝ vt in quẽq; incidebant trucidauerunt. Iidem
anguſto in regionẽ Arrhibęi inter duos colles ingreſſu occupato: ſcientes nõ aliam eſſe Bra
ſidæ ad redeundum viam: iam aduentantem illum ad ambiguum viæ circunſiſtunt tanq̃
capturi. At iſte re cognita pręcipit iis qui ſecum erant trecentis: vt in eum quẽ magis ſuſpi-
cabatur captum iri collem tendentes q̃ poſſent pro ſe quiſq; celerrimo curſu ſine ordine co-
narentur extrudere Barbaros iam contra venientes: priuſq̃ maiori illorum accedente mul-
titudine ibi concluderetur. Ita Braſidiani eos qui in colle erant aggreſſi impetu ſuperant: &
Barbarorũ fuga. reliquus exercitus eodem facilius cõceſſit. Nam Barbari facta illinc ſuoꝝ fuga deterriti: &
ꝙ hos ad fines eſſe iãq; euaſiſſe arbitrarentur: non ſunt vlterius perſecuti. Braſidas autem
Arniſſa. vbi editiora adeptus eſt: tutius iter faciens peruenit eodem die Arniſſam primum quę erat
ditionis Perdiccę: vbi milites Macedonibus ꝙ priores abiſſent irati: vt in quæq; incidebãt
inter eundũ: vel iuga boũ vel vaſa quę Macedonibus deciderant: qualia credibile eſt in no-
cturno & trepido diſceſſu contingere: iuga quidẽ ſoluentes conciderunt: vaſa vero ſibi ven
dicarunt. At hinc primũ Perdiccas Braſidam ſibi hoſtem eſſe exiſtimauit: & poſtea iudicio
Pelopõnenſiũ in Athenienſes nõ conſuetum odium geſſit: ſed cũ e grauiſſimis calamitati-
bus emerſiſſet: dedit operam vt quoquo modo q̃primũ cum Atheniẽſibus conueniret: & a
Lacedæmoniis diſſociaretur. Braſidas ex Macedonia reuerſus Toronam: offendit Atheni-
enſes iam Mendam tenẽtes: & quia inualidũ ſe ad expellendos iam hoſtes ſi in Pallenã trãſi
ret arbitrabatur: ibi ſubſedit ad vrbis præſidium. Nam per id tempus Athenienſes exierãt
Lyncum auxilio iis: qui apud Lyncũ erant contra Mendam & Scioniam: quẽadmodũ inſtructi erant
quinquaginta cum nauibus: quarum decem erant Chiæ ferentibus mille armatos ſuorum
popularium: ſagittarios ſexcentos: Thracum mercenariorum mille: alioſq; illic ſociorũ pel
Atheniẽſiũ duces tatos: Nicia Nicerati & Nicoſtrato diotrephis ducibus. Cum qua Claſſe ex Potidęa profe-
cti: cum iuxta Neptuni templum tenuiſſent aduerſus Mendenſes iere. Illi & Scionioꝝ auxi
liares recẽti cũ Pelopõnẽſium pręſidio: oẽs armati numero ſeptingẽti Polydamida duce ex-
tra vrbẽ caſtra habebãt ſup tutum collem. Eo Nicias tramitibus quibuſdã euadere cũ ten-
Atheniẽſiũ euẽtus anceps. taſſet: habẽs ſecũ Methonenſium leuiter armatos centũ viginti: Athenienſiũ armatorum
delectos ſexaginta cũ oĩbus ſagittariis: illos ab ipſis vulneratus ſummouere nõ potuit. Ni-
coſtratus alio longiore itinere cũ omni reliquo exercitu aggreſſus in peruiũ collem: eo per-
turbationis venit: vt parũ abfuerit quin totus Atheniẽſiũ exercitus vinceretur. Et cum eo
die Mendenſes ſociiq; dedere recuſarent: digreſſi Athenienſes caſtra metati ſunt: atq; inſe-
cuta nocte Mendenſes in vrbẽ cõceſſerunt. Poſtero die Athenienſes orã Scionę pręteruecti
eius ſuburbana ceperũt: & agrũ quãta ea fuit die populati ſunt: nemine eodem prodeunte:
erat enim nõ nihil ſeditionis intra vrbem. Et cũ pxima nocte trecenti illi Scionii domũ abiſ-
ſent: poſtridie Nicias cum dimidio copiaꝝ pgreſſus ad fines Scionioꝝ regionẽ vaſtauit: &
Nicoſtratus pariter cũ reliquis vrbẽ obſedit a ſuperioribus portis: qua itur Potidęã. Polyda
midas: ab hac eñ parte Mendenſibus auxiliaribuſq; intra murũ arma poſita erant: eos tan-
q̃ ad pugnã inſtruebat. Et cũ ad exeundũ Mendenſes hortaretur eiq; e populo quidã ſedi-
tioſe cõtradiceret & ſe exiturũ negaret: neq; belligerare oportere: & ipſe hominem vt cõtra-
dicebat manu abripuiſſet: atq; perturbaſſet: indignatus e veſtigio populus ſumptis armis

tendit in Peloponnenſes: & in eos qui cum illis populo aduerſati eſſent: & impetu dato ver-
tit in fugã: tum ob repentinũ certamẽ: tum ob metũ Athenienſiũ quibus portę fuere pręfra-
ctæ. Quippe Pelopõnenſes ſuſpicabanť illos ab aliquo p̃monitos in ſe eſſe veturos. Ita q̃cũ-
q; non ſtatim eoꝝ obtrũcati ſunt in arcẽ cõfugerũt: quã ipſi iam antea tenebãt. Atheniẽſes
autẽ: iam eñ Nicias erat reuerſus: ante vrbem ſtabãt: cũ omnibus copiis irrũpentes veluti
vi captã: vt quę nõ ex conuento apta fuiſſet diripiunt: vt vix eos cohibere potuerint duces
ne & hoĩes trucidarent. Poſt hæc iuſſere Mendenſes priſtino ritu remp. adminiſtrarent; vt
de iis per ſe ſuppliciũ ſumerent: quos eſſe ſeditionis auctores cenſuiſſent. Eos autem qui in
arce erant concluſerunt muro vtrinq; ad mare pertingẽti: & in eo impoſuere p̃ſidium. Poti
ti iis quæ circa Mendã ſunt aduerſus Scionam tendunt. Obuiã ꝓdeuntes oppidani cũ Pe-
loponnenſibus in difficili ante vrbẽ tumulo conſidunt: quẽ niſi caperet hoſtis vrbẽ circum-
uallare non poterat. Eũ Athenienſes ſtrenue aggreſſi detruſiſq; pugna qui occurrerunt ca-
ſtra ponunt: trophęum ſtatuunt: oppidũ concludere parant. Nec multo poſt cum in eo iam
opere occuparentur: auxilia quæ in arce Mendæ obſidebantur: ſuperatis qui erant ad mare
cuſtodibus noctu abierunt. Quoꝝ plęriq; fugientes per hoſtium caſtra obſidentiũ Scionã
intrauerunt. Ea circũuallata Perdiccas per caduceatores cum Athenienſium ducibus fœ-
dus iniit odio Braſidæ cõtracto: ob reditum ex Lynco iam tum ſtatim rem tranſigere orſus.
Etenim comparata apud Theſſalos externoꝝ manu: quorum primoribus ſemꝑ fuerat vſus
ſimul Nicia: poſtq̃ inter eos conuenit iubent vt aliquid inſigne pro Athenienſium tutela
faceret: ſimul ſua ſponte: ꝙ nollet amplius in ſuã regionẽ venire Pelopõnẽſes: ꝓhibuit Iſcha
goram Lacedæmonium: is nanq; tunc exercitum terreſtri itinere deducturus ad Braſidam
erat: ne cum copiis impedimentiſq; tranſiret: ita vt ne Theſſalos quidẽ illi tentarent. Ipſe ta
men Iſchagoras & Amenias & Ariſteus ad Braſidam peruenerunt a Lacedæmoniis miſſi:
ad res inſpiciundas: eductis e Sparta ſecum adoleſcentulis: cum leges id vetarent: qui ciui-
tatibus pręficerentur: ne ea res quibuſcunq; cõmitteretur. Et præfecerunt Amphipoli Cle
aridam Cleonymi: Torone Telidam Hegeſandri. Eadem æſtate Thebani muros Theſpien
ſium: crimini dantes: ꝙ ſentirent cũ Atheniẽſibꝰ diruerũt: id qđ ſemꝑ q̃dẽ voluerãt: ſed tũc
facilius fuit quoniã in pugna cũ Athenienſibus cõmiſſa omnis eoꝝ iuuẽtutis flos erat ex-
tinctus. Tẽplũ quoq; Iunonis eadẽ æſtate apđ Argos deflagrauit: Chryſide ſacerdote cum
ardentẽ quandã Lucernã coronis appoſuiſſet: illic ita ſoporata: vt incenſa oĩa atq; flagrãtia
non ſentiret: propter qđ Argiuos verita ꝓtinus in Philuntẽ nocte cõfugit. Argiui ex lege q̃
apud eos eſt ꝓmulgata: aliã inſtituere ſacerdotẽ noĩe Phaenidẽ: cũ octo annos huius belli
Chryſis p̃fuiſſe: & dimidiatũ q̃ñ ꝓfugit. Et Sciona iã extremo ęſtat[ vndiq; muris cõcluſa
eſt: q̃bus ĩpoſito Atheniẽſes p̃ſidio: cũ cętero exercitu abierũt. Inſequẽs hyems apud Athe
niẽſes atq; Lacedęmonios q̃eta mãſit: ꝓpter ĩducias. Mãtinæi vero ac Tegeatę cũ ſuis vtri-
q; ſociis apud Laodicũ terrę Oreſtidis cõflixerũt: ancepſq; victoria extitit. Nã altero vtriq;
cornu in fugã verſo trophæa fixerũt: ad Delphos ſpolia miſerũt: cũ multis vtrinq; cęſis ad
huc dubio Marte pugnãtes nox diremiſſet. Tegeatę illic ꝑnoctãtes ſtati trophęũ excitarũt
Mãtinęi cũ in Bucolionẽ diſceſſiſſent idẽ poſteriꝰ e regiõe fecerũt. Exitu eiuſdẽ hyemis ap-
petẽte vere Braſidas Potidęã tẽtauit. Noctu eñ adiẽs, ſcalas admouit: hactenuſq; hoſtẽ la
tuit. Nã tintinabulo allato: ſic in caſſũ ante ipſius ꝓditoris reditũ admotæ ſunt ſcalę: & cũ
ſtatim ſenſiſſet hoſtis: Braſidas priuſq̃ accederet: raptim retro reduxit exercitum: luce non
expectata. Et hyẽs exiuit annuſq; nonus belli quod Thucydides conſcripſit.

Mẽda ab Atheniẽſibꝰ occupatur.

Iſchagoras

Iunonis tẽplũ deflagratũ.

Sciona muris cõcluſa.

THVCIDYDIS ATHENIENSIS HISTORICI LIBER QVARTVS FINIT. EIVSDEM QVINTVS INCHOAT.

IN SEQVENTI æſtate fœderũ annua dies q̃ ad Pythia vſ-
q; ꝓceſſerat exiit. Per quas inducias Athenienſes e Delo Deli-
os ſũmouerũt: rati illos ex vetuſta quadã cauſa nõ eſſe caſtos
ad ſacra faciẽda: & hoc ſibi reſtare expiatiõis: de qua ſuperius a
me cõmemoratũ eſt: quaſi ſublatis defunctorũ monumentis
id rite facientes. Delii vero ad Ramitteũ in Aſia vt quiſq; adi-
Cleonis expeditio. bat eis locũ dante Pharnace incoluerunt. Cleon poſt exactas in
ducias cũ triginta nauibus ducens peditum vrbanoꝝ mille &
ducẽtos armatos cũ equitibus trecentis; ac ſocioꝝ pluribus in
prouinciã Thraciç cũ ad hoc Atheniẽſes ĩduxiſſet traiecit. Et
Scionia capitur. cũ Scioniã primũ tenuiſſet iã expugnatã: ſumptis illinc pręſi-
diariis armatis in portũ Colophonioꝝ nauigauit: nõ admodũ ab vrbe Toronęa diſtãtem.
Vbi certior factus a trãſfugis neq; Braſidã intus eſſe: & q eſſẽt ĩpares fore ad reſiſtẽdũ: terre
ſtri itinere ad vrbẽ tẽdit: & decẽ nauib⁹ ad circũeũdũ portũ dimiſſis: ante oĩa pgit ad muni
mẽta: quę Braſidas vrbi circundederat volens includere ſuburbana: & diruto veteri muro
Paſitelidas. vnã efficere vrbẽ. Adortis ea Atheniẽſib⁹ Paſitelidas Lacedæmonius dux cũ eo qđ aderat
pſidio ſuccurrẽs reſiſtebat. Sed cũ repelleret̃ & pterea timeret neve naues q̃ circũmiſſę erãt:
circuito portu deſertã vrbẽ occuparent: neve in muro q expugnabat̃: ipſe caperet̃: eo relicto
Torone capitur. ad vrbẽ curſu cõtẽdit. Verũ & Atheniẽſes Claſſici nauib⁹ egreſſi: vrbẽ priores receperunt:
& inſecut⁹ cũ vociferatiõe peditat⁹ qua ſubrut⁹ vetus murus erat: irrupit: ac Lacedęmõio
rũ Toronęoꝝq; alios q repugnabãt ſtatim ĩteremerũt: alios viuos ceperũt: ĩter quos & Paſi
telidã ducẽ. Braſidas aũt Toronen ille qdẽ ad ſuccurrẽdũ ꝓfect⁹ ẽ: ſed in via certior de expu
gnatiõe fact⁹ rediit ꝑuẽtur⁹ hoſtẽ: niſi q̃dragita ferme ſtadiis ſerior fuiſſet: Cleõ atq; Athe-
Toronęi in ſeruitutẽ rediguntur. niẽſes trophęa duo erexerũt: vnũ añ portũ alteꝝ ãte muros; vxoribuſq; ac liberꝭ Toronęoꝝ
in ſuitutẽ arreptis ĩpõs atq; Lacedęmõis: & ſiqs ali⁹ Chalcidẽſiũ aderat: cũctos ad ſeptigẽ-
tos nũero Athenas miſert̃. Quoꝝ Lacedęmõii ex fœderib⁹ poſtea ĩitis remiſſi ſũt: cęteri ab
olynthiis accepti: totidẽ viris ꝑmutati. Per idẽ tp̃s & Bœotii Panactũ muꝝ ĩ cõfiniis q erat
Phęax Atheni-enſium legatus. Atheniẽſiũ ꝓditiõe cepert̃. Et Cleõ ĩpoſito pſidio Torone ꝓfect⁹ Atho ꝓpe ad Amphipo
lim vſq; ꝑnauigauit: et Phæax Eraſiſtrati fili⁹ cũ duob⁹ collegis: ab Athenienſib⁹ ꝑ legato
miſſus ĩ Italiã atq; Siciliã duab⁹ cũ nauib⁹ trãſmiſit. Nã Leõtini Atheniẽſib⁹ e Sicilia reuer
ſis: poſt cõuẽtionẽ cũ multos ĩ ciuitatẽ aſcripſiſſent: & plębs agrũ viritĩ diuidere haberet in
aĩo: id ſentiẽtes ii q potẽtes erãt Syracuſanis accitꝭ plębẽ eiecere: & ea paſſim errabũda dedẽ
tes ſe Syracuſãis vrbẽq; deſerẽtes ac d̃ſolãtes hĩtacula: Syracuſas vt ciues cõmigrarũt. Quo
rũ nõ nulli diſplicẽte ſibi facto: relictis Syracuſis locũ q̃ndã vrbis ſuę noĩe Phoces cepere: &
arcẽ in Leõtino agro validã noĩe Bricinias ad quos ꝑmulti exulãtꝭ plębis ſe cõtulert̃. Et pro
murꝭ ſtãtes belligerabãt̃. Hoc cũ audiſſẽt Athẽiẽſes Phęacẽ miſerũt: ſi quo mõ pſuaſis ſuis
q ibi erãt ſociis: & aliis ſi poſſet Siciliẽſib⁹ cõiter tãq̃ aduerſ⁹ ꝓficiſcẽtẽ Syracuſãoꝝ potẽtiã
ſũptꝭ armis liberarẽt ppl'm Leõtinũ. Phęax vbi aduẽit ĩductꝭ Camarĩęis atq; Acragãtinis qa
apđ Gelã res ei e cõtrario euẽiebat ad cętos nõ ꝓrexit: ĩtelligẽs haudquaq̃ ſe illos pſuaſurũ:
ſed rediẽs ꝑ Siculos Catanã & ĩ trãſitu Bricinias veniẽs, adhortatuſq; diſceſſit. Is tñ & cũ ĩ
Siciliã trãſmiſit: & rurſus cũ rediit apđ Italiã cũ nõnullis ciuitatib⁹ de amicitia Atheniẽſiũ
ſmonẽ habuit: atq; cũ Mamertinis apđ Locros agẽtib⁹: quo relegati erãt: cũ poſt Siciliẽſiũ
Meſſana fit Locrẽſium. pacificationẽ orta int̃ Mamertinos ſeditiõe: ab aduerſa factiõe accitis Locrẽſib⁹ eiecti eẽnt:
factaq; aliquãdiu Meſſana Locrẽſiũ. Hos itaq; Phęax illuc recept⁹: nihil lęſit: qa cũ Locrẽſi-
b⁹ trãſegerat Atheniẽſiũ noĩe. Soli eñ oĩm ſocioꝝ in recõciliatiõe Siciliẽſiũ fœdus abnue-

**Itones Melæi.**

rant cũ Athenienſibus:ne tũ quidẽ amiſſuri:niſi bello aduerſus Itones & Melæos occupati
fuiſſent:finitimos ſuos atq; coloniam. Et Phęax quidem aliquãto poſteri⁹ Athenas rediit.
Cleon aũt ſoluẽs a Torona Amphipolim verſus Stagirũ ab Eione ꝓfectus inuadit Andrio
tum & Galepſum Thaſioꝝ coloniã:ſed illa nõ expugnata hanc expugnat:miſſiſq; ad Per-
diccam legatis:vt cũ copiis ex iure ſocietatis ad ſe veniret: miſſis item aliis in Thraciam ad
Pollen Odomãtoꝝ regẽ:q̃ q̃ plurima Thraces mercede cõduxerat:ipſe apud Eionẽ ſubſe-
dit hos expectans.Hæc Braſidas cũ accepiſſet & ipſe inſedit e regione Cerdyliũ q̃ eſt locus
Argiliorũ trans flumẽ editus: haud ſane diſtãs ab Amphipoli: vnde omnia ſubiiciebãtur
oculis:adeo vt ne lateret quidẽ:Cleon id quod facturus expectabat̃ prodiens cũ exercitu:vt
aduerſus Amphipolim aſcẽderet:hoſtiles copias prę ſuis præſentibus cõtemnẽs.Inſtruxe-
rat aũt Braſidas Thracum mercede cõductos mille quingẽtos:& Edones quos oẽs euoca-
rat: peltatos atq; Equites habẽs Myrciniorũ & Chalcidenſiũ:prętereos quos apud Amphi
polim peltatos mille in ſumma ad duodecim peditum armata: & Equites Græcorũ trecen
tos. Hos cũ haberet Cerdyliũ cum mille quingentis inſedit:cæteris intra Amphipolim cũ
Clearida inſtructis.Cleon tantiſper ocium tenuit dum id quod Braſidas expectabat facere
coactus eſt.Nã ægre Milites ferebãt manſionẽ:reputabãtq; quantę imperitiæ atq; ignauię
duci ſuo eſſet: cum Braſida tantæ peritiæ atq; audaciæ viro. Ad hæc inuiti domo cum eo
venerant.Hãc muſſationem gliſcere cum animaduerteret Cleon:nolẽs ipſos ꝙ in eodẽ deſi
derent loco:grauari cõtractos educit:vſus eadẽ ratione qua apud Pylum: quę quia ꝓſpere
ceſſerat:aliquid ſe ſapere opinabatur.Etenim neminem ſperabat ad pugnãdũ ſibi obuiam
exiturũ: quin potius ad inſpiciendũ locum ſeſe dixit aſcendere:maiorem tamẽ apparatũ ex
pectabat:non vt tuto ſi ad hoc cogeretur pugnaturus ſuperaturuſq;:ſed vt circundato ex-
ercitu vrbem expugnaturus.Cũ veniſſet:& valido in colle ante Amphiolim exercitum col
locaſſet:ipſe cõtẽplabatur Strymonis reſtagnationẽ:& vrbis ſitũ;Thraciã verſus quẽadmo
dum ſe haberet:exiſtimans ſibi quãdocũq; liberet abſcedere licere abſq; certamine. Etenim
nemo neq; ſup muros conſpiciebatur:neq; egredi portis:quę & clauſæ oẽs erant. Adeo ſibi
peccaſſe videbatur ꝙ etiam cum machinis nõ veniſſet: poſſe em̃ vrbẽ ꝙ deſerta eſſet capi.

**Braſidas Amphi-**

Braſidas ſimul ac Athenienſes mouiſſe cognouit:& ipſe deſcẽdens e Cerdylio Amphipo
lim intrat:nullãq; eruptionẽ nullãq; inſtruẽdi agminis aduerſus Atheniẽſes ſignificationẽ
facit:diffiſus copiis ſuis quas impares hoſti putabat:nõ numero:nã ꝓpemodũ pares erant:
ſed ornatu. Nã ĩ ea expeditiõe militabat Atheniẽſiũ flos:& Lẽnioꝝ Imbrioꝝq; robur. Itaq;
artẽ aggreſſurus adhibet:ꝙ videlicet ſi numerũ ſuoꝝ & quãtum neceſſariũ erat armatorũ
oſtẽdiſſet: haud arbitrabat̃ magis ꝑficere: q̃ ſi improuiſus eẽt ac vere cõtẽpt⁹. Igit̃ delectis
ibi armatis cẽtũ q̃nquagita:ac traditis Clearidę cęteris:cõſtituit adoriri priuſq̃ abirẽt Athe
niẽſes:ratus nõ ꝑinde illos ſi diſcluſi fuiſſent recepturos ſiq̃ ſibi ſupuenirẽt auxilia. Verum
milites adhortari cõſiliũq; ſuũ apire volẽs:aduocatis oib⁹ in hunc modũ diſſeruit.

**polim adit.**

Oratio Braſidæ ad milites.

**Braſidę ad ſuos concio.**

VIri Peloponnenſes quoniam ex ea terra profecti vos,quę ꝓpter generoſitatẽ libera
ſemper extitit:& quia Dores cum Ioniis dimicaturi eſtis:quorum ſuperiores eſſe
conſueuiſtis:ſatis erit paucis rem aperire.Docebo vos quonam modo irruptionẽ
facere deſtino:ne ꝙ cum paucis,nõ cũ vniuerſis mihi periclitandũ duco: Vobis imbecillita
tem virium interpretantibus formidinem p̃ſtet.Hoſtis em̃ quantum cõiicio cõtẽptu no
ſtri,quos non putat in ſe ad pugnam progreſſuros:locum cõſcendit:& nunc ad ſpectacu-
lum cõuerſus nullo ordine ſecurus agit.Quę peccata hoſtiũ quiſq; optime aĩaduerterit: &
pro ſuis etiã viribus aggreditur:nõ id faciens ex aperto & inſtructo contra agmine magis q̃

ex præſenti opportunitate huic plerũq; fœliciter ſuccedit. Atq; hęc belli furta honeſtiſſimã
gloriã obtinẽt: per quę pręcipue quis hoſtẽ fallens ſũmo amicos afficiat cõmodo. Ergo dũ
imparati adhuc confidunt dũq; abeundi potiusq̄ manẽdi quantũ mihi videtur animũ ha-
bent: in hoc eoꝝ ancipiti cõſilio priusq̄ ſententiã cõponant: ego cũ his quos habeo occupa-
bo: in medio eorũ agmẽ ſi potero incurrens & irruẽs. Tu Clearida mox vbi me iam inſiliiſſe
cõſpexeris atq; terrentẽ illos conĩicies: tũc vero patefactis repente portis ꝓdeas cũ iſtis qui
tecũ ſũt Amphipolitanis ac ſociis: anniterereq; q̄ feſtinatiſſime te immiſcere. Sic enim ſpero
pręcipue eos territũ iri: quoniã terribiliores ſunt hoſti qui interueniũt pugnę q̄ ipſi pugnã-
tes. Et qđ ad te attinet: vt Spartiatã decet virũ te egregiũ pręſta: & eũ vos ſocii ſtrenue ſe-
Peroſo. quamini: exiſtimãtes id demũ eſſe bene bellare vt velis: vt erubeſcas: vt ducibus pareas: at-
q; hodierno die fore: vt aut liberi exiſtatis: ſi ſtrenue geſſeritis: & ſocii Lacedęmõioꝝ vocite
mini: aut Athenienſiũ ſerui duriore ẽt q̄ pertuliſtis ſeruitute: cæteriſq; gręcis quo minus li
beri fiãt impedimẽto ſitis: ſi etiã optime rẽ geſſeritis ſine captiuis tamẽ ac cæde hoſtiũ. Sed
neq; vos inſtrenui ſitis: cũ ſciatis quãtis de rebꝰ certamen eſt: & ego oſtendã me nõ magis
poſſe alios adhortari eminus: q̄ grauiter ipſe cominus agere. Hactenus locutus Braſidas:
Braſidæ tũ ſeſe ac exercitũ pręparauit: tũ alios cũ Cleriada ad portas quę Thraces vocãtur: & quẽ
in Athe- admodũ dictũ eſt erũperẽt collocauit. Verũ quia a Cerdylio deſcẽdẽs fuerat & in vrbe quo
nienſes q; cõſpicua rem diuinã faciẽs: atq; immolãs extra vrbẽ circa tẽplũ Palladis cõſpectus: hoc
eruptio. Cleoni nũciatũ eſt. Proceſſerat aũt tũc Cleon ad ſpectaculũ: quia & oĩs hoſtilis exercitus in
tra vrbẽ ſubiiciebatur oculis: & ſub portis veſtigia multa equorum atq; hominũ exeuntiũ
notabanẽ. Hęc cũ audiſſet: eo perrexit: atq; vbi rem agnouit: iubet colligi vaſa ad proficiſcẽ
dũ: q; ſcilicet nollet pugna decernere: priuſq̄ ſibi venirent auxilia: q; q; arbitraretur fugam ſe
ante capere poſſe: edicitq; abeuntibus ad ſiniſtrũ cornu: tanq̄ agere id ſolũ liceret ad Eionẽ
ſe ſubducerẽt. Verũ vbi hoc lente agi viſum eſt: cõuerſo ipſe dextro cornu & nuda hoſtibꝰ
prębens abducebat exercitũ. Cum interim Braſidas vbi opportunitatẽ adeſſe cognouit: &
Athenienſium moueri caſtra: ad eos inquit qui ſecum erãt alioſq;. Iſti nos nõ expectãt: indi
cio eſt motus lanceaꝝ atq; capitũ: in hoc quicũq; agunt ii haud cõſuerũt expectare inuadẽ
tes. Sed nũc aliquis mihi portas quas dictũ eſt patefaciat: & pręſtanti animo q̄ celerrime ir-
tuamus. Sub hæc ꝑ portas & eas quę ſunt ſuper vallũ perq; primas longi qui tũ erant muri
egreſſus curſu cõtendit recta via vbi nũc per maxime ardua loci euntibus trophæũ viſitur
Braſidas Atq; circa mediũ agmen adortus Atheniẽſes iam territos & ſua cõfuſione inuadentes au-
Atheniẽ dacia in fugã vertit: & Clearidas vbi pręceptũ erat cũ exercitu Thracibꝰ egreſſus portis in
ſes in fu- fertur. Ex quo cõtigit vt ex inopinato ac repentino Atheniẽſes vtrinq; perturbarẽtur: vtq;
gã vertit ſiniſtrũ eoꝝ cornu Eionẽ verſus: ſicuti ꝓgreſſum erat diſſipatũ fugã faceret: & hoc iam fu-
Braſidas giente Braſidas cũ in dextrũ ingruit vulneraretur: quẽ cadentẽ cũ Atheniẽſes nõ animad
vulneraẽ uertiſſent: ſui qui ꝓximi ſtabãt ſublatũ aſportarunt. Eoq; magis dextrũ Atheniẽſiũ cornu
Cleonis perſtitit. Cleon vt primũ non expectandũ ſibi cõſtituit ſtatim in fuga exceptus eſt a Myrci
cædes. nio peltato interfectus. Qui vero cũ eo fuerãt armati cõuerſi in hoſtẽ ſup tumulũ bis terve
aſſilienti Clearidę reſtiterũt: nec prius ceſſerunt q̄ Myrcinioꝝ chalcidenſiũq; equitatus ac
Atheniẽ peltati circũſiſtentes, atq; iaculis inceſſentes in fugam eos vertũt. Ita vniuerſus Athenien-
ſes in fu- ſium exercitus iam diffugiens ęgre varias in mõtibꝰ vias intẽdit: & quicũq; cæſi non ſunt:
gã vertũ aut a principio dũ manus cõſerũt: aut ab equitatu Chalcidẽſiũ atq; peltatis: Eionẽ ſe rece-
tur. perũt. Braſidas cũ eũ ſui e pręlio ſubtraxiſſent in vrbẽ perlatus adhuc ſpirans cognouit qui
Braſidæ dẽ ſuos ille viciſſe: ſed nõ multo poſt deficiẽs expirauit. Reliquꝰ exercitus cũ Clearida perſe
mors. cutus hoſtẽ vbi rediit: cæſos ſpoliauit trophęũq; erexit. Poſt hęc vniuerſi ſocii Braſidã ſub

armis comitati publice ſepelierũt intra vrbẽ ante foꝝ qđ nunc eſt.Deinde Amphipolitani Braſidę
monumentũ eius circũſtantes:tanq̃ heroi fanũ dedicarũt:honores tribuerũt:certamina & funus.
anniuerſalia ſacrificia:coloniã quoq; velut deductori aſcripſerũt:deiect[ Agnonis ędificiis:
et ſiquę ędes in illius memoriã futuræ erant:tũ Braſidã liberatorẽ ſuũ extitiſſe arbitrantes:
tum ob pręſentẽ Athenienſiũ metũ,Lacedęmonioꝝ ſocietatem demerentes.Nã eoſdẽ ho-
nores habere Agnonem:neq; ita ex vtilitate ipſoꝝ erat:neq; ita iocundũ propter hoſtilita- Nũerus
tem Athenienſiũ:quib⁹ tamẽ mortuos reddiderunt:quoꝝ nũerus ad ſexcẽtos fuit: hoſtiũ occiſorũ
autẽ ſeptẽ:quonia nõ iuſtũ ꝑlium extitit:ſed potius ex huiuſmodi caſu:& incuſſo prius me ex Athe-
tu.Sublatis mortuis illi domũ nauigauerũt: qui cũ Clearida erant rem Amphipolitanã cõ niẽſibus.
ſtabilierũt.Per eadem tempora ſub extremũ æſtatis Rhãphias & Antocharidas & Epicyli
das Lacedęmonii,in prouinciã quæ erat in Thracia tranſportarũt nongentos in ſupplemẽ-
tum armatos:& cum Heracleã quæ eſt in Thrachine peruenifſent:quæcunq; non probe ſe Heraclea
habere viſa ſunt eis conſtiterunt.Quibus ibidem agentibus prælium hoc geſtum eſt:æſtaſ
ꝙ exceſſit.Initio autẽ ſtatim hyemis ii:qui cũ Rãphia erant:ad Pierium vſq; qui eſt Theſſa Pierius
lię mõs ꝑgreſſi ſunt:ſed inhibiti a Theſſalis,& pręterea morte Braſidę ad quẽ copias duce- mons.
bant domũ reuerterunt:putantes haudquaq̃ iam tempus eſſe:cũ & Athenienſes victi abiſ
ſent:nec ipſi idonei forent:qui aliquid eorũ cõficerent:quæ Braſidas animo agitaſſet: cum
pręſertim ſcirent quãdo domo exiſſent:Lacedęmonios fuiſſe propenſiores ad pacẽ:etiã con
tigit vt ſecundũ pugnã quę ad Amphipolim geſta eſt:& Rhamphię regreſſum neutri am-
plius quippiam belli attingerent:ad pacẽ magis ſpectantes.Athenienſes quidẽ:ꝙ calamita
tem acceperant apud Delium:& paulo poſt rurſus ad Amphipolim neq; iam firmã virium
ſpem habẽtes:vt antea qua cũ fœdera expectarant:meliori ſe futuros cõditione pręſenti ꝓ-
ſperitate cõfiſi.Præterea & reformidabãt ſocios:ne ꝓpter ipſoꝝ clades elati citius deficerẽt:
& pœnitebat eos:ꝙ poſt rem bene geſtã ad Pylum nõ pacificauiſſent.Lacedæmonii vero ꝙ
ſecus atq; opinati fuiſſent ſibi in bello ſucceſſerat:cuius paucos intra annos putarant potẽ
tiã ſe Athenienſiũ deleturos:ſi terram illoꝝ depopularẽtur. Accepta autem ad Pylum cla
de qualis nulla prius in Sparta:& iis qui e Pylo ac Cytheris prodibant:regionẽ Latrocinio
infeſtantibus:& ſeruis ad hoſtẽ tranſeuntib⁹:& iis qui ſupererant aſſidue ſuſpectis:ne quid
noui ſicut prius molirẽtur:ſollicitati ad pręſentem ſtatum ab iis qui fugiſſent.Huc accede
bat ꝙ fœdera tricẽnalia cum Argiuis percuſſa in exitu erant:nec alia volebãt illi ferire: niſi
terra Cynuria ſibi reſtitueretur.Vt putarent Argiuis ſe & Athenienſibus pariter impares Cynuria
ad belligerandũ.Eo quidem magis ꝙ nõnullas habebant ſuſpectas in Pelopõneſo ciuitates
ne deficerent ad Argiuos:prout & factum eſt.Hæc igitur vtriſq; animo verſantibus viſum
eſt de pactionibus agendum:nec Lacedæmoniis minus deſiderio recipiendi captiuos ex in
ſula: quippe qui erant cum Spartiatæ atq; primores:tum vero ipſorum propinqui.Eoq; iã
inde ex quo capti fuerant tranſigi cœptum eſt.Sed Athenienſes elati animo nondum vo-
lebant æquis conditionibus finire bellum.Eoſdem apud Delium clade affectos gnari La-
cedæmonii tunc id magis admiſſuros:confeſtim annuas fecere inducias:quibus eos opor-
tebat coire de ãpliori tẽpore cõſultaturos.Poſtea vero q̃ ad Amphipolim ab Atheniẽſibus
male pugnatũ eſt: & Cleon atq; Braſidas mortẽ oppetiere:qui ꝑcipue e diuerſo paci aduer-
ſabantur:Braſidas quidẽ ꝙ ꝓſpere bellaret:& ob id honores aſſequeretur:Cleõ aũt ꝙ in ge
re ciuitatis credebat ſe in ſcelerib⁹ cõmittẽdis manifeſtiorẽ fore:& minus habiturũ fidei in
obtrectãdo:Multo mag[ hoc exoptabãt:& ãte oẽs duo i ſua vtriq; ciuitate ad pricipatũ ꝓ-

Pliſtoa-nax.

perãres Pliſtoanax Pauſaniȩ Lacedȩmonioꝝ Rex: & Nicias Nicerati: in re militari eoꝝ qui
tunc erant longe elatiſſimus: hic quidẽ ꝙ in eo: in quo nihil dum damni feciſſent volebat
opereq; preciũ putabat tueri fœlicitatẽ: & cũ cæteros ciues: tũ vero ſe laboribus im præſen-
tiaꝝ vacare: & nomẽ poſteritati relinquere: ꝙ nuſq̃ de rep. male meritus eſſet: qđ ita demũ

Quȩ cri-mina in Pliſtoa-nacta de ferrentur

arbitratur contingere: ſi nihil periculi foret: & ſi quis ſe q̃ minimũ fortunæ cõmitteret: & fu
gam periculi pace poteſtati. Ille aũt ꝙ ab inimicis inſimulabať de reuerſiõe ex Attica & qua
ſi ob hanc culpã iſta cõtingerent: quoties aliquid cladis accipiebant a Lacedȩmoniis ei ſem
per inuidia fiebat. Etẽ inſimulabať ꝙ cũ Ariſtocle fratre vatem quæ ad Delphos erat per
ſuaſiſſet: vt Lacedȩmoniis ad petenda oracula eo miſſis hæc plȩrunq; reſponderet. Ioue ſa-
ti ſemidei prolem ex alieno ſolo in ſuum redu'cere: alioqui argenteo arare vomere. Eandem
quoq; aliquãto poſt tẽpore: vt Lacedæmonios hortaretur ad ſe reducendũ in Lyceo exulan
tem: ꝓpter ſuſpitionẽ acceptoꝝ munerũ: ob red'tũ illũ ex Attica: & dimidiatas ȩdes templi
Iouis metu Lacedȩmoniorũ tunc inhabitantẽ: vndeuiceſimo regni ſui anno ad ſe anteq̃ re-
ducendũ: eiuſmodi Choris atq; ſacrificiis quib⁹ ꝓſequi reges inſtituerũt: cũ primũ Lacedȩ
mona cõdidere. Hac igitur offenſus criminatiõe Pliſtoanax: ſimulq; ꝙ exiſtimabat tũ nihil
in pace aduerſi cõtingere: vbi Lacedȩmonii ſuos recepiſſet: tũ haudq̃q̃ ſe inimicorũ inuidiȩ
obnoxiũ fore: cui ſemper obnoxii ſint neceſſe eſt principes in ciuitate belli tempore: propter

De fœde rib⁹ agiť

eius detrimẽta: cõuentionẽ prȩoptabat. Eãq; per hyemẽ in colloquiũ itum eſt: & iam inſtã-
te vere apparatus a Lacedȩmoniis palã agitabať per ciuitates denunciantibus tanq̃ ad mu
nitiones faciendas: quo magis exaudirent Athenienſes. Et vbi in conciliis multa ſunt vtri-
q; iura allata: ita conuentũ eſt vt pax fieret vtriſq; ea quæ bello eſſent parata reddentibus:
ſed Athenienſibus Niſæam retinentibus. Nã cũ Plataeam repeterent Athenienſes: & eam
ſe vi cepiſſe Thebani negarẽt: nec Oppidanis prodẽtibus ſed dedentibus: idem de Niſȩa &
illi dicebant. Tunc aduocatis Lacedæmonii ſociis: prȩter Bœotios: atq; Corinthios: Eleoſ
q; & alios Megarenſes: his enim quȩ fiebãt haud placebãt: decretoq; facto de bello finiendo:
fœdus inierũt: ꝑcuſſerũtq; cũ Athenĩeſibus: qđ atheniẽſes apud illos iurãdo cõprobarunt.
Fœdera fecere Athenienſes ac Lacedæmonii cum ſociis in hæc verba, per ciuitates rata iu
reiurando ſunt habita.

Fœdera inter Lacedæmonios & Athenienſes.

Fœdera int Athe niẽſes & Lacedæ.

QVod ad tẽpla publica pertinet licere quicũq; velit tuto ire: conſulere: conſultores
mittere more maiorũ terra & mari. Phanum vero ac templum Apollinis quod eſt
apud Delphos: ipſos vti ſuis legibus, vectigalibus, iudiciis, ſua deniq; terra more
patrio. Eſſe porro fœdera annos quinquaginta Athenienſibus ac Lacedȩmoniis & vtrorũ-
q; ſociis pura & innoxia vel terra vel mari. Nec licere arma inferre detrimenti cauſa: neq; La
cedæmoniis neq; Athenienſibus eorumve ſociis: vlla vel arte vel machinatione: ſiquid in-
ter eos cõtrouerſiæ exiſtat iure agant: & iureiurando de quibuſcunq; conuentũ eſt: redden
tibus Lacedæmoniis ac ſociis Amphipolim Athenienſibus: licere tamen ciuitatibus: quaſ
cunq; Lacedæmonii tradiderint Athenienſibus: abire quo libeat ſuis cũ facultatibus. Eas
vero quas Ariſtides tributarias fecit liberas eſſe. Item non licere Athenienſibus atq; ſociis

Ciuitatũ noĩa ab Ariſtide tributo adactaꝝ

nocendi gratia illuc ferre arma: ſi tributũ pendant poſt icta fœdera. Sunt autẽ hæ Argilus.
Stagirus. Acãthꝭs. Scolus. Olynthus. Spartolus. Nec ſocias eſſe alterutris: aut Lacedȩmo-
niis: aut Atheniẽſib⁹. Q; ſi eas induxerit Atheniẽſes vt velit eſſe ſociæ: licere ſocias facere:
Nõ tñ Cyuernȩos: & Sanæos: & Singȩos ſuas ipſoꝝ vrbes incolere: quẽadmodũ Olynthii
& Acãthii Lacedȩmõiis ac ſociis: Panactũ Atheniẽſib⁹: & iuicẽ Atheniẽſes Coryphaſiũ: il
lis & Cythera: & Methonẽ: & Preleũ: & Atalãtã: & quoſcunq; Lacedȩmoniorum captiuos

In carceribꝰ: vel apud Athenas: vel alibi: ĩtra ſuã ditionẽ haberẽt reddẽtibꝰ: nec nõ eos quos expugnatione Scionę cepiſſent Pelopõnenſium: & quicunqꝫ ex ſociis Lacedęmoniorũ apud Scionam eſſent: & quoſcũqꝫ Braſidas eo miſiſſet: ſi quis deniqꝫ Lacedęmoniorũ ſocıꝰ: Athenis: vel alibi vt imperiũ teneant in carceribus eſſet: miſſos facientibus: Lacedęmoniis præterea ac ſociis reddentibus: quoſcunqꝫ haberent: hunc in modũ Atheniẽſiũ ſociorumve. Qđ aũt ad Sciones attinet & Toronęos & Sermylios & ſi quã aliã ciuitatẽ haberẽt Atheniẽſes: cõſultaturos: deqꝫ aliis ciuitatibus: quicquid ſibi videreť. Eoſdẽ iuſiurãdũ apud Lacedæmonios eorumqꝫ ſocios per ciuitates iuraturos: & vtroſqꝫ alteris domeſticũ iuſiurandũ: qđ apđ vtranqꝫ ciuitatẽ maximum eſt: quod quidem hoc ſit. Sto his pactionibus: & his fœderibus iuſte & pure. Sit Lacedęmoniis ac ſociis in hunc modũ erga Athenienſes iuſiurandũ. Id aũt quotãnis renouari ab vtriſqꝫ, & titulos Lapideos erigi in Olympiis: in Pythiis: in Iſthmo: & Athenis intra vrbem: & Lacedæmone in Amycleo. Si quid autem alterutris in mẽtem non venit: & ſi quid rationibus diſcuſſum æquũ vtriſqꝫ viſum ſit: hoc commutari quacunqꝫ in parte vtriſqꝫ videatur. Athenienſibus: ac Lacedęmoniis ſub tempus fœderum præſidebat Ephorus Pliſtolas: menſis Artemiſiii. quarto ante finem die. Athenis præſidebat Alcæus menſis Elapheuolionis: ſexto ante finem die. Iurarunt autem & fœdus percuſſerunt: ex Lacedęmoniis Pliſtolas. Domageſtus. Chionis. Metagenes. Acanthus. Daithus. Iſchagoras. Philocharidas. Zeuxidas. Antippus. Tellis. Alcinadas. Empedias. Menas. Lamphilus. Ex Athenienſibus Lampon. Iſthmionicus. Nicias. Laches. Euthymedus. Procles. Pythodorus Agnon. Myrtylus. Thraſides. Theogenes. Ariſtocætes: Iolcıꝰ. Timocrates. Leon. Lamachꝰ. Demoſthenes. Hæc fœdera icta ſunt ſub extremum hyemis ſimul & initium Veris: ſtatim ab vrbicis dionyſiis: decem ſolidis annis: & pauculis diebꝰ a prima in Atticam incurſione: & ab huius belli principio. Velim autem quis mihi conſyderet ad fidem habendam tempora: potiuſq̃ aut quoſlibet alicubi magiſtratus: aut recenſionem aliquorum ex aliqua dignitate nominum res geſtas ſignificantium. Non enim exacta res eſt exponere quibuſnam vel ineũtibꝰ vl' gerẽtibꝰ magiſtratũ: vt quicqꝫ geſtũ eſt: ſed ꝑ æſtates & hyemes diſtinguere quẽadmodum feci. Vnde comperiret vim anni in duo media diuidẽs decem æſtates: & totidẽ hyemes habuiſſe ſuperius bellũ. Lacedęmonii captiuos ꝓtinus: qui penes ſe erant: miſſos fecerunt: nã ſortiti priorẽ locũ erant: reddendiqꝫ haberent: miſerũtqꝫ in Thraciã ad ſuã ꝓuinciam legatos Iſchagorã & Menã & Philocharidã: vt Amphipolim traderent Athenienſibꝰ. atqꝫ alii fœdera quẽadmodũ conuenerat de ſingulis rata haberent. Qđ tñ illi facere abnuerũt arbitrãtes ea nequaq̃ ſibi vtilia eſſe. Ne Clearidas quidẽ vrbẽ tradidit gratificari volens Chalcidẽſibꝰ: ꝙ negaret ſe poſſe tradere iſtis inuitis. Verũ ꝓpere ipſe cũ legatis illinc in Lacedæmonẽ venit: ad ſe purgandũ ſi accuſareť ab iis q̧ cũ Iſchagora fuerant ꝙ non paruiſſet: & pręterea ad cognoſcendũ: ſi quid poſſet fœdus immutari. Sed cũ comperiſſet id cõprobatũ eſſe: celeriter rediit: mittentibus eũ Lacedęmoniis: atqꝫ iubentibꝰ pręcipue vt vrbem traderet: ſin minus quicunqꝫ ibi forent Pelopõnenſes educeret. Cæterũ Lacedęmonii cũ apud eos ſocii eſſent: & iuſſi rata habere fœdera negarent eadẽ qua prius cauſa ſe illa habituros rata: niſi aliquatenus æquiora fierent: hos nõ audientes dimiſerunt: ipſi cum Athenienſibus ſocietatẽ fecerunt: rati Argiuos qui miſſis Ampelida & Licho fœdus inire recuſaſſent: nõ acres hoſtes ſine Athenienſibus fore: & cæteram fere Peloponnenſum quieturam: alioqui ſi liceret ad Athenienſes acceſſuram. Præſentibus igitur Atheniẽſium legatis: habitiſqꝫ colloquiis conuentum eſt: ſocietaſqꝫ cum iureiurando inita hæc his legibus.

*Fœderis percuſſores.*

*Tẽpꝰ fœderũ.*

Societas inita inter Lacedęmonios & Athenienſes.

Societas Athenieñ ſiũ & lacedęmoniorum.

Socii erunt Lacedæmonii annos quinquaginta: ꝙ ſiqui hoſtes agrum inuaſerint Lacedæmoniorum: eiſq; noxam fecerint: opem ferant Athenienſes quocunq; modo & quantam maximam poterunt. Si iidem hoſtes agrum vaſtauerunt: pro hoſte ſit illa ciuitas Lacedæmoniis & Athenienſibus: afficiaturq; ab vtriſq; damno: & ab vtriſq; pariter hoc bellum deponatur: atq; iſta fiant iuſte & impigre & pure. Item ſi qui hoſtes terram Athenienſium ingrediantur: noxamq; fecerint: Lacedæmonii opem ferant quocunq; modo: & quantam maximam poſſunt. Si agrum iidem vaſtauerint: pro hoſte ſit illa ciuitas Lacedæmoniis & Athenienſibus: afficiaturq; ab vtriſq; damno: & ab vtriſq; pariter hoc bellum deponatur. Atq; iſta fiant iuſte: & impigre: & pure. Q; ſi ſeruitus impendeat Lacedæmoniis: opitulentur Athenienſes omni vi: quoad poterunt. Hæc autem fœdera iidem qui ſuperiora vtrinq; iurauerunt quotannis renouanda. Lacedæmoniis Athenas euntibus ſub dionyſia: Athenienſibus Lacedæmone: ſub Hyacinthia: erecto apud vtroſq; ſaxeo titulo. Vno quidem Lacedæmone iuxta Apollinem in Amyclæo. Altero autem Athenis intra Vrbem: iuxta Mineruam. Q; ſi quid viſum fuerit Lacedæmoniis & Athenienſibus adiiciendum tollẽdumve circa ſocietatem: quicquid vtriſq; viſum fuerit id æquum ſit.

Qui ex Lacedæmoniis & athenienſibus fœdus ꝑcuſſerint.

Hoc iuſiurandum e Lacedæmoniis iſti iurauerũt: Pliſtoanax. Agis. Pliſtolas. Damagetꝰ. Chionis. Metagenes. Acãthus. Daitus. Iſchagoras. Philocaridas. Zeuxidas. Antippus. Alcinadas. Tellis. Empedias. Menas. Laphilus. Ex Athenienſibus. Lampon. Iſthmionicus. Laches. Nicias. Euthymedꝰ. procles. Pythodorus. Agnon. Myrtilus. Thraſycles. Theagenes Ariſtocrates. Iolcius. Timocrates. Leon. Lamachus. Demoſthenes. Hęc ſocietas inita eſt nõ multo poſt fœdera: & captiuos ex inſula reddidere Lacedæmoniis Atheniẽſes. Aeſtaſq; decimi anni cepit. Quæ per decem continenter annos primo bello geſta: hactenus conſcripta ſunt. Poſt fœdera vero & ſocietatem inter Lacedæmonios atq; Athenienſes decẽnẽ poſt bellum initam ſub Pliſtola Lacedæmoniorum ephoro: & Alcæo Athenis præſidente: Pax fuit dumtaxat apud eos qui illa adminiſtrant. Cæterum Corinthii & quædam in Peloponneſo ciuitates quæ acta fuerant concuſſerunt: protinuſq; alia perturbatio extitit ſociorũ aduerſus Lacedæmonios: quinetiam Lacedæmonii ipſi progreſſu temporis in ſuſpitionem venere Athenienſibus: partim ob quædam quæ ex verbis pactionis executi nõ ſunt: atq; ad ſex annos decemq; menſes temperatũ eſt: quominus vtrinq; mutuo terram inuaderent: extra illã vero vehementiſſime inuicem ſe leſerunt: per induciarum non ſinceram quietem. Mox coacti rũpere illa poſt decem annos fœdera: rurſus in apertum iere bellum. Hæc autem idem Thucydides Athenienſis gradatim conſcripſit: quemadmodum ſingula quæq; geſta ſunt per Aeſtates & hyemes eouſq; dum Athenienſium imperium Lacedæmonii cum ſociis euerterunt: ac longos muros & Piræa ceperunt: ad quod tempus anni belli omnes extiterũt ſeptem & viginti. Q; ſi quis pactionem quæ interceſſit ſpacio belli aſcribendam non putabit: is haud recte putabit. Si enim ex rebus geſtis id exiſtimabit inueniet nõ eſſe conſentaneum eam iudicari pacem: in qua neq; tradita neq; recepta ſunt oĩa de quibus cõuenerat Et præter hæc in Mantinico & Epidauro atq; in aliis bellis vtrinq; clades acceptę. Et nihilo minꝰ in Thracia qui ſocii fuerant hoſtes extiterũt: & Bœotii decendiales inducias agebãt. Itaq; & ex ſuperioris belli decẽnio: & ex ſuſpectis poſt illud induciis: & ex inſecuto has poſteriori bello: ſiquis tot annos ſupputabit per tempora: & aliquot dierũ acceſſionem hoc ſolũ inueniet exitu comprobatum: ex iis quæ futura eſſe ex oraculis affirmabantur. Etenim memoria teneo ab incœpto vſq; ad finitum bellum a compluribus prædicari ſolitum ter nouenis annis bellũ geri optere. Quo omni tp̃e cum per ętatem res ego iã intelligerem: & aĩm ad

uertere͂ vt aliquid diligēter cognoſcerē:contigit:vt cū patria exularem annos viginti:poſt-
q̄ in Amphipolim traieciſſem dux Claſſis: cunq; rebus agendis interfuerim apud vtroſq;:
nec minus ꝓpter exiliū apud Pelopōnenſes per ociū aliquid eorū rerū impēſius noſſem.Igit
cōtrouerſiā q̄ poſt decē annos extitit:& fœderū ꝑturbationē & deinceps queādmodū bella
tū ē exequar.Nā poſtea q̄ qnquaginta annorū fœdera ſūt inita: & mox ſocietates legatiōeſ
q; q̄ ex Peloponneſo ad hęc accitæ fuerant:& Lacedęmone diſceſſere:& alii domum abiere:
Corinthii ad Argos cōuerſi primū verba fecerunt cū quibuſdā principibus Argiuorū:quā-
doquidē Lacedęmonii fœdera ſocietatēq; cū Atheniēſibꝰ feciſſent antea ſibi inimiciſſimis
non ob vtilitatem Pelopōneſi ſed ob ſeruitutē:oportere Argiuos cōſiderare vt ſalua ſit res
Peloponnenſis:atq; decernere quęcunq; Græca ciuitas ſuis legibus pari iure æquis cōditio
nibus viuens velit:cum Argiuis ſocietatē facere licere:vt vnaquęq; ad alterius terram mu
tua ferat auxilia:deligere aliquot hoīes penes quos ſit imperii ſumma: ne res foras emanet:
ne ve fiat ad populum mentio ſi ille non ſit aſſenſurus.Multos eñ aiebat ad Argiuos odio
Lacedęmoniorū ſe collocaturos.Hęc cū demōſtraſſent Corinthii domum reuerterūt.Quę
Argiui illi cum audiſſent:& ad magiſtratus atq; ad populum retuliſſent:facto decreto Ar-
giui duodecim Viros delegerunt:cū quibus liceret ſocietatē facere:quiſquis vellet Gręco-
rum pręter Athenienſes ac Lacedęmonios:cū horum neutris id liceret iniuſſu populi Argi
ui.Admiſerunt autē hoc Argiui eo impenſius:tū ꝙ cernerent bellum ſibi cum Lacedæmo
niis futurum:quoniā fœdera cum illis in exitu erant:tum ꝙ ſperarēt ſe principes fore Pelo-
ponneſi.

Fœderū īitia apd reliquam gręciam.

Siquidē per id tempus pręcipue Lacedęmonium imperium male audiebat:& pro-
pter acceptas clades contemptui erant: & inter omnes optime Argiui ſe habebant: qui nō
ſumpto cum cęteris Attico bello:ꝙ cum vtriſq; fœderati eſſent rē ampliauerant.Hūc itaq;
in modum Argiui Gręcorum voluntarios in ſocietatem recipiebant:ad quos primi Manti
nęi cum ſociis tranſierant:Lacedęmonios veriti a quibus dum adhuc bellum cū Athenien
ſibus gerunt: partē quandā Arcadiæ illorū ditiōis auertiſſent:quoſq; nō credebat neglectu
ros:ꝙ ea Mantinæi potirentur.Ita dum illi cunctant̄ libēter ad Argiuos ſe cōtulerunt: ciui
tatem magnam conſiderantes & cum Lacedęmoniis vſq; certantem:& ſtatum popularem
quemadmodum ipſi habentē.Secundū horū defectionē reliqua Pelopōneſus gliſcere cœpit
tanq̄ ipſi foret idem faciendum:rata plus quiddam cognouiſſe Mantinęos ꝙ ad Argiuos ac
ceſſiſſent:& ſimul ſuccenſēs Lacedæmoniis cum ob alia, tum vero ꝙ in fœderibus Atticis
aſſcriptū eſſet; periuriū eſſe quicq̄ adiicere tollere ve ei quod vtriq; ciuitati viſum eſt Lace-
dæmoniæ & Athenienſi.

Argiuorū fœlicitas. Arcadia. Mātinęi a Lacedæmoniis deficiūt.

Hęc eñ particula Pelopōnenſes præcipue turbauit: & ad ſuſpicā
dū induxit:ne ſe vellent in ſeruitutē redigere Lacedęmonii cū Athenienſibꝰ:ęquū nanq; fu
turum fuiſſe:vt ea tranſmutatio vniuerſis ſociis aſcriberet̄.Ex quo perterriti multi ad Argi
uos tranſierunt:vt eorū ſocietatē ſinguli coirent.Lacedæmonii hunc tumultum gliſcere in
Peloponneſo ſentientes:& Corinthios illorū magiſtros fuiſſe:ac fœdus & ipſos cum Argi-
uis percuſſuros:mittunt Corinthū legationē volentes quod futurum erat pręuenire: expo
ſtulatū:ꝙ illi eſſent totius rei caput:periuri etiā futuri:ſi ab ipſorum ad Argiuorum ſocieta-
tem deficerent.Iam nunc quoq; iniurii qui fœdera cum Athenienſibus nō comprobarēt:cū
dicatur in iis id valere quicquid maior ſociorū pars decreuerit:niſi quod vel deorū vel homi
num impedimentum interceſſerit.

Lacedæmoniorū Legati ad Corinthios.

Corinthii vero adhibitis ſociis prius eñ eos aduocaue-
rant:quicunq; & ipſi fœdera non admiſiſſent:contradicere Lacedæmoniis:non tamen pro-
palam oſtendentes:vbi ſibi facta eſſet iniuria:quia neq; ipſis recuperaſſent ab Athenienſibꝰ
Sellium neq; Anactorium:& ſi quid aliud arbitrabantur amiſiſſe:prætendere tantum ſe dē
ſerturos non eſſe eos qui forent in Thracia:iure enim iurando ſuam illis priuatim fidem de-

Corinthiorū reſpōſio.

diſſe ſemel: cum primum vna cum Potidæatibus rebellarunt: & ſæpius poſtea: negare ita-
q; ſe fœdifragos eis eſſe: ſi ipſorum cum Athenienſibus ſocietatem reſpuerent: cum enim
deorum fidem iurauerint illis in Thracia: periuros ſe fore: ſi prodant: dictum autẽ illic eſſe:
niſi dii aut heroes forent impedimento: & videri ſibi hoc diuinũ impedimentũ eſſe: & de ve
teri quidẽ iureiurando hactenus responderũt. Q̃d aũt ad Argiuã ſocietatẽ attineret: ſe ha-
bito cum amicis conſilio quicquid iuſti fuerit facturos. Et Lacedæmonii quidem Legati do
mum abierũt: Corinthii vero Argiuorũ legatis qui etiã aderant: iubentes ſocietatem inire

Eleoꝝ & Corīthiorũ ſocietas.

ipſos nec differre: edicunt vt ſibi præſto ſint proximo concilio. Aduenit quoq; mox Eleorũ le
gatio: & primũ iniit cum Corinthiis ſocietatẽ: deinde illinc Argos petẽtes quemadmodũ
prædictũ eſt: cũ Argiuis idẽ fecit. Infenſi nanq; Elei Lacedæmoniis erant propter Lepreum.
Nam bello quod Lepreatæ cũ Arcadibus geſſerunt: acciti a Lepratis Elei in auxiliũ merce-

Lepreatę

de dimidiatorũ fructuũ terræ: cũ bellum ſoluiſſent: impoſuerant ipſis Lepratis qui ſolũ tolle
rent annuum talentũ Olympio Ioui pendendum. Q̃d illi cũ ad bellũ vſq; Atticũ pependiſ

Cauſę inimicitiarũ inter Lacedæmonios & Eleos.

ſent: poſtmodũ deſierũt cauſati bellũ: & dũ ab Eleis cogerẽtur ad Lacedęmonios recurrerũt
Commiſſa illis cauſa ſuſpicati Elei non æquos futuros iudices: omiſſa deceptatione ſolũ Le
preatarum depopulati ſunt. Nihilo tamẽ minus Lacedæmonii pronunciarũt liberos eſſe Le
preatas & Eleos agere iniuſte: & quia Elei iudicio non ſtabant armatũ præſidium in Lepre-
um miſerunt. Iſti exiſtimantes vrbẽ quæ a ſe defeciſſet Lacedęmonios recepiſſe: prolata pa-
ctione qua dicebatur: quę quis moto Attico bello teneret: eadem retinendo prodiret in bel-
lum: tanq̃ ipſi ius ſuum non obtinerent ad Argiuos deficiunt: ſocietatẽq; ſicuti prędictũ eſt
faciunt. Fecerunt item ſtatim poſt Corinthii: & qui in Thracia ſunt Chalcidenſes. Idẽ quo-
q; allegantes Bœotii ac Megarenſes cũ a Lacedæmoniis contemnerent: tamẽ quieuerũt: q̃
cenſerẽt popularem Argiuorũ ſtatum minus ſibi profuturum ſub dominatu paucorum de
gentibꝰ: q̃ rẽp. Lacedęmoniorũ. Per eadẽ huiꝰ æſtatis tẽpora Athenienſes expugnata Scio
na puberes interfecerũt: pueros ac mulieres in ſeruitutẽ redegerũt: agrũ Platęenſibus colen
dum dederũt: nec nõ Delios ruſſus in Delum reduxerũt: reputantes & pręliorũ detrimẽta

Phocẽſium & Locrẽſiũ bellum.

& dei apud Delphos oracula. Quinetiam Phocẽſes ac Locrẽſes inter ſe bellare cœperũt: Co
rinthii inſuper atq; Argiui iam ſocii Tegeam veniũt: vt ab Lacedæmoniis deducerent: cer-
nentes ſecum eſſe ex magna parte Peloponneſum: & ſi hic locus accederet totã futuram.
Vbi Tegeatæ negant ſe Lacedęmoniis aduerſaturos: Corinthii qui grauiter hactenus ege-
rant: animos dimiſerunt: veriti ne quis alius ad ſe poſthac accederet. Tamẽ Bœotios ipſi ad
eundos putauerũt: orandoſq; vt ſui atq; Argiuorũ ſocii forent: cæteraq; communiter ad-
miniſtrarent: ad hęc vt fœdera decẽ dierũ quę illis erant cum Athenienſibus nõ longe poſt
alia quadraginta annorũ ſe Athenas ſecuti: ſibi quoq; obtinerẽt. Corinthii iubebant vt A-
thenienſium ſi hoc abnuerẽt inducias renunciarent: nec cum eiſdem impoſterum niſi ſe ad-
hibitis fœdera facerent. Bœotii rogantibus Corinthiis q̃d ad ſocietatẽ Argiuorum pertine
ret expectare iuſſerunt: pfectiq; cũ eiſdem Athenas decem dierũ fœdera nõ inuenerũt. Cęte
rum Athenienſes Corinthiis reſponderunt ſibi cum illis fœdera: ſi Lacedæmoniorũ ii ſocii
forent. Itaq; Bœotii poſtulantibus Corinthiis atq; flagitantibus vt ſecum paciſcerent: no-
luerunt tamẽ decem dierũ fœderibus renuntiare. Ipſis autẽ Corinthiis induciæ citra fœdus
extitere cum Athenienſibus. Eadẽ ęſtate Lacedęmonii populariter duce Pliſtoanacte Pau-

Parrhaſii

ſaniæ Regis in expeditionem ierunt aduerſus Parrhaſios in Arcadia Mantineis obnoxios:
acciti ab eis ſeditione laborantibus: exciſuri præterea ſi poſſent murum in Cypſelis quem
Mantinei extruxerunt: ſuorumq; pręſidio tenebãt in Agro Parrhaſio poſitum ſuper Sciri-
tium qui eſt in laconica. Et Lacedæmonii quidem regionem Parrhaſiam depopulabantur.

Mantinei autem tradita Argiuis cuſtodia vrbis:ipſi ſocietatem tutabantur: ſed cum ne-
quirent & murum in Cypſelis & in Parrhaſiis vrbes defendere:abiere.Lacedęmonii vbi &
Parrhaſios in libertatem aſſeruerũt:& murum exciderũt: domum reuerſi ſunt.Iidem per
eandem æſtatem iam reuerſis a Thracia militibus qui cum Braſida profecti fuerãt: quos
poſt inita fœdera Clearidas reportauerat: decreuerunt ſeruos: qui ſub Braſida fuiſſent
in prçlio liberos eſſe:habentes vbicunq; liberet habitandi poteſtatem:eoſq; nõ ita poſt cũ
iis quos recenter in ciuitatem aſcripſerant in Lepreo:quod in Laconico & Eleo agro ſitum
eſt collocauerũt:iam cum Eleis diſſidentes.Præterea eos quos in inſula traditis armis ca-
ptos receperant:& horum nonnullos iam magiſtratibus fungẽtes:ignominia notauerũt
veriti ne propter calamitatem acceptam:illi opinantes ſuam imminutam eſſe conditionẽ
aliquid molirentur rerum nouarum ſi honoribus vterentur.Notauerũt autem hac igno-
minia ne gerendi magiſtratus: neve mercandi:vẽdẽdi dandive aliquid ius haberent.Ali
quanto tamen poſt ad dignitatem ſunt reſtituti.Eadem ęſtate Thyſſon quæ eſt in Atho Thyſſon
Athenienſium ſociam Ciuitatem Dictydienſes ceperunt. Qua omni æſtate inter Athe-
nienſes ac Peloponnenſes commercium fuit:ſed inter ſe ſuſpecti erant Athenienſes & La
cedæmonii vſq; ab initis fœderibus:q neutri loca alteris redderent. Nam Lacedæmonii
quorum priores in reddendo partes erant:nec Amphipolim cæteraq; loca reddiderant:
nec ſocios in Thracia ad recipienda fœdera adegerant: ac ne Bœotios quidem atq; Co-
rinthios:aſſidue dicentes ſe illos ſi fœdera recipere nollent:vna cum Athenienſibus coa-
cturos: prçſtituta die citra tamen ſyngrapham:intra quam diem qui fœdera rata nõ habe
rent vtriſq; eſſent pro hoſtibus.Harum rerum nullam confici ab illis Athenienſibus cum
viderent:ſuſpicabantur nihil æquum Lacedæmonios animo agitare.Ex quo Pylum repe
tentibus reddere ſuperſederunt.Adeo vt captiuos quoq; ex inſula quos in vinculis habu
tant reddidiſſe pœniteret.Etiam loca cætera tenere perſeruauerunt: prçſtolantes dũ illi
quę ſpopondiſſent perficerent.Lacedæmonii vero dixere: ſi quæ poterant feciſſe:quos eñ
in vinculis habuiſſent Athenienſibus reddidiſſe:milites qui in Thracia:& ſi quis alius in
ipſorum arbitrio fuiſſet abduxiſſe:Amphipolim vt reſtituerent:non eſſe in ſua poteſtate.
Bœotios atq; Corinthios vt in fœdera adducerẽt operã daturos: vtq; Panactum recipe-
rent.Et ſiquis Athenienſis apud Bœotios captiuus eſſet. Pylum autem vt ſibi rederẽt
poſtulare:ſin minus Meſſenios illinc ac ſeruitia abducerent:quemadmodum ipſi ex Thra
cia feciſſent.Athenienſes per ſe ſi vellent locum cuſtodirent. Sæpe itaq; ex multis habitis
ſermonibus:per hanc æſtatem permouerunt Athenienſes ad ducendos e Pylo Meſſeni-
os:ac cæteros:tum ſeruos:tum eos qui e Laconica ad ipſos tranſierant:quos in verticibus
Cephaleniæ collocauerant.Igitur æſtate hac ab vtriſq; otium fuit: & ad vtroſq; inuicem
ventitatum.Inſequenti hyeme:iam enim alii ephori:nec ii ſub quibus inita fœdera erant:
& eorum quidem fœderum aduerſarii:cum legati a ſocietate veniſſent:præſentib9 Athe
nienſibus Bœotiis Corinthiis:& multa vltro citroq; dicerentur:nec quicq̃ conueniret:vt Cleobu-
reditum eſt domum:Cleobulus & Xenares: ii enĩ præcipue ex ephoris fœdera ſolui vole- lus & Xe
bant:ſermones habuere ſeparatim cum Bœotiis atq; Corinthiis:hortantes vt perfecte ea nares e-
rum rerum conditionem cognoſcerent:vtq; Bœotii qui priores fuiſſent ſocii Argiuorum phori.
rurſus ſe cum Argiuis facerent ſocios Lacedæmoniorum:ſic enim fore vt Bœotii ad acci Ephori
pienda Attica fœdera minime cogerentur.Nam Lacedæmonios ante inimicitias Athe- Fœdera
nienſium:ac ruptionem fœderum:præoptaſſe ſibi amicos atq; ſocios eſſe Argiuos.Siqui- frangere
dem ſemper Argiuorum fidem habuerant ſuſpectam:cupientes ſibi ſincere amicum Ar- cõtẽdũt.

gos eſſe: ꝙ videlicet exiſtimarent bellum extra Peloponneſum ſic facilius fore: Enimvero obſecrare Bœotios: Panactum Lacedæmoniis traderẽt: vt pro hoc recepta ſi poſſint Pylo: expeditius inferant Athenienſibus bellum. Ita edocti Bœotii atq; Corinthii a Xenare Cleobuloq;: & a ſuis amicis qui e Lacedæmoniis aderant: vt ad ſuos publice referrent: vtriq; abiere. Quos abeuntes duo e ſummo magiſtratu Argiui inter viam obſeruauerunt: cõgreſſiq; cum eis in colloquium deuenerunt: ſi quo pacto Bœotii ipſis ſocii fieri poſſent: quemadmodum Corinthii & Elei & Mantinæi: exiſtimare enim hac re procedente facile viam eos: & belligerari & paciſci: etiam cum Lacedæmoniis ſi vellent: re inter ipſos communicata: & ſi quibus cum aliis oporteret. Hæc Bœotiis legatis audita placuerũt. Quippe opportune iſta rogabãtur: quæ amici quoq; e Lacedæmone ipſis iniunxerant. Ea ſentientes ab his admitti Argiui: illi miſſuros ſe in Bœotiam legatos cũ dixiſſent digreſſi ſunt. Reuerſi Bœotii detulere ad magiſtratus: queq; ex Lacedæmone: quæq; ex Argiuis in congreſſu audiſſent. Magiſtratus: ꝙ res placita erat erectiore animo eſſe. Nam ipſis cum vtraq; parte conueniebat: & eorum opera Lacedęmoniorum amici indigebant: & Argiui ad ſimilia properabant. Neq; multo poſt cum legati Argiuorum veniſſent: ob ea tranſigenda quæ dixiſſent: probata ipſorum oratione eos remiſerunt: promittentes ſe legationem Argos de ſocietate miſſuros.

*Qui ex Græcis coniurauerint.*

Interea viſum eſt eis Corinthiiſq; ac Megarenſibus & legatis e Thracia inter ſe coniurare: de ferendo inuicem auxilio: vt quiſq; indigeret. Deq; non gerẽdo cum aliquibus bello, paciſcendoq; niſi communiter: & ita Bœotios Megarenſeſq;: nã idẽ ii inter ſe ipſi fecerant fœdera facere iã cũ Argiuis. Verũ anteq̃ iuſiurãdum pſtaret: idẽ Bœotiorũ magiſtratꝰ rẽ ad quorũ cõſilia Bœotiorũ penes q̃ ſumma poteſtas eſt: retulerũt ſuadẽtes: vt ex vſu rei Bœotię cũ iis ciuitatibꝰ quęcũq; hoc vellẽt cõiurarẽt. Hoc illi q in cõſiliis erãt nõ admittendũ cenſuerũt: veriti ne Lacedęmoniis aduerſarent: ſi cum Corinthiis qui ab illis defecerant cõiurarent. Neq; eñ eos certiores fecerant ſui magiſtratꝰ de iis q̃ ex Lacedæmõe ſibi Cleobulus & Xenares ephori ſuaſiſſent: vt priꝰ Argiuorũ Corinthiorũq; ſocii facti: poſtmodũ fierẽt Lacedęmoniorũ: rati etiã ſi ipi nõ dicerẽt: tñ nõ aliud illos e conſilio decreturos: q̃ qđ eis ipſi pręcognitum ſuaſiſſent. Vbi autem res in contrariũ ceſſit: Corinthii quidem & e Thracia legati infecto negocio abierunt. Bœotii vero magiſtratus prius expectantes: vt eadem perſuaderent: vtq; experirentur facere cum Argiuis ſocietatem: nec de Argiuis ad conſilia retulerunt: nec Argos quã promiſerant legationem miſerunt: incuria quadam & omnium occupatiõe. Hac eadem hyeme Mecybernam: vbi erat athenienſium pręſidiũ: Olynthii ſubito adorti ceperunt.

*Mecyberna.*

*Lacedæmoniorũ legatio ad Bœotios.*

Poſt hæc Lacedæmonii (nã inter eos atq; athenięſes aſſidua colloq̃a habebant de reddendis: quæ inuicem tenebant) ſperantes ſi Panactum a Bœotiis Athenienſes recepiſſent: fore vt ipſi reciperẽt Pylũ: adierunt per legationem Bœotios: obſecraueruntq;: vt ſibi Panactũ: & qui in vinculis eſſent Athenienſes traderentur: vt pro iis ipſi Pylum reciperent. Illi negare ſe reddituros: niſi ſecum quemadmodum cum Athenienſibus hi ſocietatem ſeparatim coirẽt. Lacedæmonii intelligẽtes hi quidẽ ſe iniurios fore in Athenięſes: cũ dictũ ſit neq; fœdus iniri: neq; bellũ niſi communiter: cupidi tamen Panacti recipiendi: & pro eo Pylum recuperandi: cũ præſertim qui properabãt turbare fœdera propenſiores in Bœotios eſſent: ſocietatem fecerũt hyeme iam extrema: & ſub vere ſtatim Panactũ exciſum eſt. Et vndecimꝰ belli annꝰ exiit. Ineunte ſtatim vere inſequẽtis æſtatis Argiui: qñ neq; legati Bœotiorũ quos illi miſſuros ſe dixerant veniebãt: & eoſdem Panactũ excidiſſe acceperunt: ſeparatimq; ſocietatem cum Lacedæmoniis coiſſe: extimuerunt ne ſoli relinquerent: cęteris ſociis ad Lacedæmo-

nios tranſeuntibus: opinantes a Lacedæmoniis Bœotios inductos: & Panactum excidiſ-
ſe: & in Athenienſium ſocietatem conceſſiſſe: ipſis Athenienſibus harum rerum cõſciis:
cum quibus quoqꝫ iam ſibi ſocietatem facere integrum nõ eſſet: cum antea ſperaſſent per
cauſam diſſenſionis ſibi hos ſocios fore: ſi fœdera quę Athenienſibus eſſent cum Lacedæ-
moniis non manerent. Itaqꝫ incerti ob hæc conſilia ac timore perculſi: ne ſibi bellandum
foret cum Lacedæmoniis pariter & Tegeatis & Bœotiis & Athenienſibus: vt qui pri⁹ fœ
dera Lacedæmoniorum non accepiſſent: ſed animũ Peloponneſo imperandi habuiſſent
miſere q̄primum potuere in Lacedæmoniam legatos, Euſtrophum & Aeſonem: qui illis
amiciſſimi videbantur: arbitrantes ſe vbi confœderati cum Lacedęmoniis eſſent: quocun
qꝫ res caderent: pro conditione præſentium temporum optime quietem acturos. Eo- **Legati**
rum legati cum Lacedęmonem veniſſent: ſermonem habuerunt: quonam modo fœdera **argiuorꝫ**
facienda eſſent: poſtulantibus ante omnia Argiuis: aut ciuitati cuipiam: aut priuato dele **apd̄ Lace**
gari cauſam ſuam de terra Cynuria: de qua ſemper diſceptaretur in finibus poſita: q̄ Thy **dæmo.**
ream continet & vrbem Athenam: coliturqꝫ a Lacedæmoniis. Sed vetantibus mox Lace- **Cynuria**
dæmoniis fieri de illa mentionem: cæterum ſi vellent hi ex priſtina formula fœdus facere:
ſe ad id paratos eſſe dicentibus: Legati hoc ſibi vtiqꝫ concedi inſtabãt impręſentiarum fœ
dus fieri annorum quinquaginta. Et tamen lege vt liceret vtriſlibet alteros prouocare ad **Lacedæ-**
prælium: dummodo neqꝫ morbo neqꝫ bello implicitos: & de hac terra decernere: quemad- **moniorũ**
modum iterum quondam factum eſt: cum ſe vtriqꝫ victores diſceſſiſſe putauerũt; ſed nõ **reſpõſio.**
inſequi vlterius: q̄ ad huius vel illius vrbis terminos. Hæc a principio Lacedæmoniis vide
ri ſtolida. Deinde quia cuperent amicum omnino habere Argos: quæ poſtulabantur in-
dulſere: & in ſcriptum retulere: iubẽtes tamen priuſq̄ aliquid conficeretur illos redire Ar-
gos: ad hæc demonſtranda plębi: & ſi ei placita eſſent venire ad hyacinthia iuſiurandum
præſtituros. Et legati quidem abiere. Interea autem dum Argiui iſta tractarent: Lacedæ-
moniorum legati Andromedes: Phædimus & Antimenidas: quibus datum erat negoti-
um recipiendi a Bœotiis Panactum ac captiuos: Athenienſibuſqꝫ reddendi: offendũt Pa **Panactũ**
nactum ab ipſis Bœotiis dirutum: cauſantibus quoddam olim inter ſe atqꝫ Athenienſes **diruitur.**
ex quadam controuerſia iuſiurandum interceſſiſſe: ne alterutri locum illum incolerent:
ſed vtriqꝫ. Cæterum quos illi habebant captiuos receperunt: Athenienſibuſqꝫ reddiderũt
referentes Panacti exciſionem: ibiqꝫ nullum amplius Atheniẽſium hoſtem habitaturum.
Per hoc exiſtimantes & Panactum ſe tradere. Hęc cum dicerentur grauiter ſane tulere A- **Diſſidiũ**
thenienſes: iniuriam ſibi fieri putantes a Lacedæmoniis: tum ob exciſum Panactum quod **int Athe**
ſtans traditum oportuit: tum ꝙ audiebant eos cum Bœotiis quoqꝫ ſocietatem feciſſe: cũ **niẽſes &**
antea dicerent ſe communiter adacturos ad confœderationem qui recuſarent. Hæc atqꝫ **Lacedæ-**
alia conſyderantes quę ex pacto ſeruata non eſſent: deceptos ſe exiſtimabant: vt aſpere re **monios.**
ſponſo reddito legatos remiſerint. Cum eſſet huiuſmodi diſſidium inter Lacedæmonios
atqꝫ Athenienſes: ii qui Athenis ſoluta fœdera cupiebant: protinus hoc efficere inſtitue-
runt: cum alii nonnulli: tum vero Alcibiades Cliniæ filius per adoleſcentiam ille quidem **Alcibia-**
in qua adhuc erat quis in alia ciuitate: commendatione autem progenitorum ſane hono **des.**
ratus: cui placebat vt ſatius videbatur ad Argiuos potius accedere: neqꝫ ob id modo ꝙ ſa
tius videbatur: verum etiam ferocitate ſpiritus fœderibus erat infeſtus: quę per Niciam &
Lachetem contempta ſua adoleſcentia Lacedæmonii feciſſent: nec habito ſibi honore ve
tuſti iure hoſpitii: quod ab auo repudiatum: ipſe renouatum curauerat officiis quibus ca
ptiuos ex inſula fuerat proſecutus. Ex quo prorſus ſibi detractũ interpretans, ab initio La-
cedæmoniis verbo aduerſabatur: affirmans illos inualidos eſſe: & ea cauſa cum Atheniẽ-

Alcybiades ad Argiuos legationẽ mittit

Lacedæmoniorũ legatio.

ſibus fœdera percuſſiſſe: vt per hæc ab eis Argiuos abducerent: & rurſus Athenieſes de-
ſtitutos adorirentur. At vbi diſcordia extitit: tunc vero ſine mora ad Argiuos priuatim
mittit: iubens q̄ celerrime ad ſocietatem prouocati venirent cum Mãtineis & Eleis: tanq̄
opportuno tempore vt ſe maxime annixuro. Quo nũtio audito Argiui, ſimulqꝫ cognito
non iniſſe cum Bœotiis Athenienſes ſocietatem: ſed a Lacedæmoniis vehementer diſſi-
dere: omiſſis ſuis legatis: fœdera apud Lacedæmonẽ tractantibus: ad Athenieſes potius
mentem aduerterunt: reputantes ciuitatem olim iam ſibi amicã: & quæ ſub ſtatu popu-
lari regeretur: quemadmodũ ipſi: ac magnæ potentiæ: pręſidio futuram a mari ſi ipſis bel
lum moueretur. Mittunt itaqꝫ confeſtim ad Athenienſes de ſocietate legatos: comitan-
tibus Eleorum ac Mantineorũ legatis. Venit autẽ propere & Lacedæmoniorum legatio
Philocaridas Leon & Endius: qui videbantur ſtudioſi eſſe Athenienſium. Timebãt enim
ne per iracundiam facerent Athenienſes cum Argiuis ſocietatem ad repoſcendam Pylũ
in locum Panacti: & ad excuſandam ſocietatem cum Bœotiis: non ſe id malo Athenien-
ſium feciſſe. Ii apud concilium de his rebus cum dicerent: ſeqꝫ veniſſe cum poteſtate ſum-
ma de omnibus controuerſiis tranſigendi: Alcibiadem reformidabant: ne ſi ad populum
eadem dicerent: inducerent vulgus: & reſpueretur ſocietas Argiuorum. Verum Alcibia
des aduerſus hos huiuſmodi rem machinatur. Suadet Lacedæmoniis ne palam faciãt po
pulo ſe cũ ſumma poteſtate veniſſe: data eis fide ſi hoc faciant ſe Pylum illis reſtituturũ:
perſuaſis autem a ſe quemadmodum iterum nuper ad eorundem legatis contradicendũ
& in cęteris vtroſqꝫ reconciliaturum. Hęc Alcibiades ideo agebat: vt illos a Nicia aliena-
ret: & ad populum inſectando: tanq̄ nihil vnq̄ nec ſinceri cogitantes: nec veri de his rebus
loquentes: Athenienſibus Argiuos & Mantineos & Eleos redderet ſocios: prout & con-
tigit. Nam legati: cum ad populum ꝓceſſiſſent: & interrogati negaſſent ſe id quod in ſe-
natu dixerant: cum abſoluta poteſtate veniſſe: tum vero Athenieſes non amplius ſuſti-
nuerunt: ſed Alcibiadem multo q̄ antea vehementius in Lacedæmonios vociferantẽ au-
dierunt. Animati protinus Argiuis introductis & illorũ comitibus: inire cum eis ſocieta
tẽ. Verũ facto terręmotu, priuſq̄ aliquid conſtituerẽt cõciliũ dilatũ eſt. Poſtero die coacto
concilio Nicias cũ Lacedæmoniis deceptis: de non conficiendo ſe veniſſe pręditos poteſta
te & ipſe deceptus affirmabat oportere nihilominꝰ Athenieſes fieri ſocios Lacedæmonio
rum potius: & differendo quæ ad Argiuã ſocietatem pertinerent: iteꝫ ad Lacedęmonios
mittere ac cognoſcere quid conſilii haberent: dicẽs honorificã ipſis deformem illis eſſe bel
li dilationem. Cum ipſis eñ quando quidem res eorũ bene haberet: pręclariſſime agi præ-
ſentem tuendo fœlicitatem. Illorum vero quorũ aduerſæ res eſſent intereſſe vt inuenirẽt
q̄primum quonãmodo periclitarentur. Suaſitqꝫ vt illuc legatos: & ſe inter illos mitterent
iuſſurum Lacedęmoniis: ſiquid æqui cogitarent: Panactum incolume redderent. Amphi
polim & Bœotiorũ ſocietatem miſſam facerent: niſi ita pepigiſſent quẽadmodum dictũ
eſt: vt neutri ſine alteris cum vllo paciſcerentur: item denuntiaturum: ſi pergerent iniurii eſ
ſe: ſe quoqꝫ iam Argiuos in ſocietatem recepiſſe: & huius rei gratia adeſſe. Si quid aliud ſu
per hęc ſuccẽſebãt: Athenieſes id omne obiecturos legatos cũ Nicia miſerunt. Legati vbi
peruenerũt: & poſt alia cum ad extremũ dicerẽt: niſi ſocietatem Lacedæmonii Bœotiorũ
dirimerent: quã fœderibus non continerentur: ſe quoqꝫ in ſocietatem Argiuos & qui cum
eis eſſent recepturos: illi negabant ſe Bœotiorum ſocietatem dirẽpturos: vt ita reſponde
rent euincente factione Xenaris Ephori: Ius tamen iurandum Nicia flagitãte renouarũt.
Verabatur enĩ Nicias ne omni prorſus infecto negotio diſcederet: inſimulareturqꝫ: id qđ
& cõtigit ꝙ auctor fœderũ cũ Lacedæmõiis fuiſſe videret. Sub cuiꝰ reditũ audiẽtes Athe

nienſes nihil acti e Lacedæmone referri:ſubito indignati:& ſe iniuria affici putantes: cum Argiuis(aderant enim illi)fœdera ac ſocietatem auctore Alcibiade fecerunt his verbis.

Fœdera Athenienſiũ cũ Argiuis Mantineiſq; & Eleis ad annos centũ.

Fœdera Athenienſium cum Argiuis.

FOedera fecere Athenienſes in annos centũ Argiuiq; & Mantinei atq; Elei; pro ſe proq; ſociis quibus vtriq; pſunt:ſine dolo ac ſine noxa tam terra q̃ mari: ne liceat arma inferre dettriměti cauſa:neq; Argiuos:Mãtineos:Eleos:eorũq; ſocios:Athenienſibus:neq; rurſus Athenienſes eorũq; ſocios Argiuis:Eleis:Mantineis:illorũ ve ſociis:vlla vel arte vel Machinatione.Ex hac formula ſocietas ſit Atheniẽſibus Argiuis: Eleis:& Mantineis annos cẽtũ.Si hoſtes terram Athenienſiũ intrauerint:eo veniant Argiui auxilio & Elei & Mantinei:ſimul ac palam eis factũ erit ab Athenienſibus pro ſuis viribus q̃ validiſſime poterunt.Si iidem hoſtes eandẽ terrã depopulati abierint:pro hoſtili ſit ea ciuitas Argiuis:Mantineis:Eleis: Athenienſibus:maloq; afficiatur a cũctis his ciuitatibus:nullique ipſarũ fas ſit bellum:qđ erit aduerſus illam ciuitatem:ſoluere niſi id omnibus videatur. Itemq; Atheniẽſes auxilium ferãt Argos:Mantineam:Elim:ſi hoſtis inuaſerit terrã Argiuorũ:Eleorũ:Mantineorũ:ſimul ac palam eis factum erit ab his ciuitatibus:pro ſuis virib9 q̃ validiſſime poterũt:ſi hoſtis terrã depopulatus abſceſſerit:ea ciuitas pro hoſtili ſit Athenienſibus: Argiuis:Mantineis:& Eleis:ab hiſq; omnibus ciuitatibus malo afficiatr: nec fas ſit ſoluere bellum aduerſus eã ciuitatem:niſi id omnibus ipſis videatur:neq; ſinere per ſuã terram ſociorũ ve quibus ſinguli præſunt:aut per mare armatos tranſire inferendi belli gratia:niſi communi decreto harũ ciuitatum: Atheniẽſis:Argiuę:Mantineę:Eleæ:de trãſeundo.Quinetiam ciuitas quæ arceſſerit:opem ferentibus cõmeatum pręſtet ad dies triginta ex eo die quo in eam vrbem auxilia accerſita intrauerint: & itẽ abeuntibus.Eadẽ ſi diutius vti exercitu accito velit: ſtipendium det ternos quotidie obolos Aeginæos ſingulis grauis ac leuis armaturę militibus atq; ſagittariis.Equiti autẽ ſingulas Drachmas Aeginęas ipſaq; imperiũ ſuper exercitum teneat:q̃diu illic bellum erit:ſi quo tamen vniuerſis ciuitatibus videatur cõmuniter in expeditionem eundũ:participet imperium eis omnibus.Hæc fœdera Athenienſes pro ſeipſis proq; ſociis iurent Argiui & Mantinei & Elei & eorum ſocii per ſuas quiq; ciuitates. Iurent autem proprium quiq; iuſiurandum qđ maximum eſt apud templa auguſta in hæc verba.

Elis ciuitas.

Iuramẽta fœderum.

STabo in ſocietate ſecundũ conuenta:iuſte & innocenter & ſimpliciter:neq; tranſgrediar vlla neq; arte:neq; machinatione.Iurent item Athenis Senatus ac tribuni plębis:idq; iuſiurandum confirment Quæſtores: apud Argos iurent Senatus & octoginta viri:apud Mantineam iurent opifices Senatuſq;:ac cæteri magiſtratus:confirment vates ac belli duces.In Elidę opifices Quæſtoreſq; ęrarii & ſexaginta viri:cõfirmẽt opifices legumq; cuſtodes.Renouent quoq; quotannis iuſiurandum Atheniẽſes quidem eundo in Elim Mantineam Argos triginta diebus ante Olympia. Argiui vero Mantinei: Elei eundo Athenas decem diebus ante magna Panathenæa.Deſcribãt quoq; placita hęc fœderalia ac ſocialia cum iureiurando Lapideo titulo: Athenienſes quidem in vrbe: Argiui vero in foro apud delubrum Apollinis. Mantinei autem in foro item & apud Iouis delubrũ. Cõmuniter vero ponãt ludis Olympiacis æneum titulũ iis quæ nũc ſunt Olympiis. Q; ſi quidem videatur eſſe ſatius his ciuitatibus addi ad conuenta: quicquid cunctis cõmuniter videbitur:id ratum ſit.Et fœdera quidẽ atq; ſocietates hunc in modũ ſunt initæ: neq; tamen quæ inter Lacedæmonios atq; Athenienſes erant:ob has abolitæ ſunt:neq; ob alias.Cæterum Corinthii Argiuorum ſocii eas admittere noluerunt:ac ne ratam quidem iureiurando habere iam initam cum Eleis & Argiuis & Mantineis ſocietatem:debellando

deq; pacificando cum eiſdem hoſtibus: ꝙ dicerent ſufficere ſibi ſuperiorem conuentionem de auxilio inuicem pręſtando laceſſitis bello: non autem bello laceſſentibus. Ita Corinthii a ſocietate receſſerũt: rurſuſq; cũ Lacedæmoniis ſenſerũt. Atq; hac æſtate Olympia extiterunt.

Andro-ſthenes.

In quibus Androſthenes Arcas in Pancracii certamine primam palmam retulit: & Lacedæmoniis Elei interdixere templo ne ſacrificarent: certarent ve: nec intendentes crimen illis per iudicium: vt ius Olympiacum poſtulauit eos: condemnarunt: dicentes arma illos in Phyrcum murum inferre: & armatos in ſuum Lepreum dum Olympiacum fœdus eſſet dimittere. Mulcta autem erant duo milia mnarum: in ſingulos armatorum binæ quemadmodum lege continetur. His Lacedæmonii miſſa legatione contradicebant: negantes iuſte ſe condemnatos: nondum palam facto apud Lacedæmonem fœdere: quando ipſi vt Lepreum miſerunt armatos. Elei inducias dicere iam apud ipſos eſſe: quippe qui ipſis primi denunciaſſent: & ſe & quieſcentibus nec id expectantibus: illi iniuriam faciendo ſub fœderibus latuiſſent. Et cum Lacedæmonii exciperent denuntiatum oportuiſſe etiam Lacedæmone ſi ſibi fieri ſuſpicarentur iniuriam: non autem provt ipſi ſuſpicarentur id agi: neq; arma etiam vllo pacto inferri. Illi eadem ratione reſpondere non ſe iniurios eſſe: ſibi non ſit creditum: cæterum ſi ſibi reſtituere Lepreum illi vellent: ita demum partem ſe mulctæ miſſuros: & eam pecuniam cuilibet deo pro eis oblaturos. Illis hæc non audientibus rurſus poſtulare: Lepreum quidem ſi nollent nõ reſtituerent: verum aſcenderent ad Iouis Olympii arã: quandoquidem templo vti exoptarent: vt coram Græcis iuſiurandum pręſtarent: poſtmodum vtiq; mulctam ſoluturos. Ne hãc quidem conditionem accipiẽtes Lacedæmonii prohibiti ſunt ab immolatione apud templum atq; a certaminibus: domiq; ſacrificarunt. Ludos ſpectauere cæteri Græci præter Lepreatas: veriti tamen Elei ne per vim Lacedęmonii ſacrificarent: armata iuuentute excubias habuere. Ad quos acceſſerũt Argiui pariter & Mãtinei: ex vtriſq; milleni & Athenienſium equites: qui apud Argos diem feſtũ pręſtolabantur. Omnem autem illam frequentiam ingens perculit terror: ne Lacedæmonii cum armatis venirent: pręſertim poſteaq̃ Lichas Arceſilai Lacedæmonius virgis a lictoribus cęſus in loco certaminis: quia cum eius biga viciſſet: declarato victore Bœotiorum Tribunoplębis ipſe progreſſus in locum ludorum Lacedæmoniis interdictum coronaſſet aurigam: auidus indicãdi ſuum currum fuiſſe. Quo magis perterriti ſunt omnes ſuſpicatiq; aliquid noui fore. Lacedæmonii tamen quieuere: atq; ita eis ludorum die ſucceſſit. Secundum Olympia Argiui atq; ſocii Corinthum perrexere: oratum illos: vt ad ſe tranſirent. Aderãt autem Lacedæmoniorum legati: & cum multi ſermones habiti eſſent: ad poſtremũ nihil eſt actũ: ſed facto terręmotu digreſſum in ſuam cuiuſq; vrbem. Aeſtaſq; exceſſit. Ineunte hyeme pugnauere Heraclienſes: qui ſunt in Thrachine cum Aenianibus & Dolopibus: & Melienſibus: atq; aliquot Theſſalis. Nam hæ circa gentes illis hoſtes erant: ꝙ non aduerſus alias q̃ aduerſus ſe ea vrbs condita eſſet. Ideoq; ſtatim ab ipſa condita infeſtæ ei fuerunt: quoad poterant ad perniciem illius incumbentes: & in ea tunc pugna ſuperiores extitere cũ aliis Heraclienſibus: tum vero Xenare Gnidio Lacedæmonio illorum duce interfecto. Et hyẽs pariter duodecimus belli annus exiit. Principio ſtatim inſequentis æſtatis Heracleã poſt pręliũ grauiter affectã accepere Bœotii: Hegeſippida Lacedæmonio tanq̃ non bene gubernante: eiecto: veriti ne Lacedæmoniis in Peloponneſo tumultuantibus occuparent Athenienſes locum. Qua ex re Lacedæmonii in illos irati erant. Eadem æſtate Alcibiades Cliniæ filius Athenienſium dux: adiutoribus Argiuis ac ſociis profectus in Peloponneſum cũ paucis Athenienſium armatis ac ſagittariis: & quos illinc ſumpſerant ſociis: eoq; exercitu Peloponneſum pertranſiens cum alia quæ ad ſocietatem pertinent: conſtituit: tum muri Pa-

Lichas virgis cæſus.

Xenaris cędes.

treæ ad mare demolirentur perſuaſit: habens ipſe in animo alios extruere in iugo Achai-
co: ſed accurrentibus Corinthiis Sicyoniiſq; quibus offuturi erant illi extructi: prohibitus
eſt. Eadem æſtate bellum extitit inter Epidaurios atq; Argiuos titulo quidem hoſtiæ: quã Bellũ ĩter
ad Apollinem Pythium Epidaurii cum adducere debuiſſent paſcuorum nomine: non mi- Epidauri-
ſerant: cuius templi maximũ arbitrium erat penes Argiuos. Veruntamen nulla ſubſiſten- os & Argi
te cauſa viſum ipſis atq; Alcibiadi: Epidaurum ſi poſſent occupare: tum vt a Corintho ſe- uos.
curi eſſent: tum vt ab Aegina breuior ad auxilium traiectus foret: q̃ ex Athenis Scellæo
circuito. Itaq; Argiui ſeſe præparabant tanq̃ ipſi aduerſus Epidaurum ad exigendam ho-
ſtiam exituri. Eduxerunt autem per eadem tempora & Lacedæmonii omnem populum in
Leuctra: quæ ſunt in eorum confiniis aduerſus Lycæum: duce Agide Archidami filio re- Leuctra.
ge ſuo: nemine quo tenderent ſciente: ne ipſis quidem ciuitatibus, vnde viri in militiã mit- Lycæum.
tebantur. Sed quia ſacrificantes pro tranſitu litare non potuerunt: domum rediere: edicen
tes ſociis: vt poſt inſequentem menſem: erat autem tum Maius in quo ſtata ſacra apud Do
res ſunt: ſe præpararent tanq̃ in militiam exituri. Illis digreſſis Argiui ante quartum diem
Kalendarum Iunii egreſſi: & eo die quantus fuit itinere facto, ingreſſi ſunt Epidauriũ agrũ
ac depopulati. Ipſiſq; Epidauriis ſociis implorantibus: partim illorum nondum adeſſe mẽ
ſem cauſabantur: partim vſq; ad confinia Epidauriæ progreſſi quietem egerunt. Atq; quo Euphani-
ad Argiui in Epidauro fuerunt: legationes ſociorum Mantineam ventitarunt: ab Atheni das.
enſibus excitæ. Et cũ in colloquium ventum eſt: Euphanidas Corinthius negare congrue
re verba cum rebus. Nam ipſos quidem de pace trãſigere: Epidaurios autem ac ſocios cum
armis aduerſus Argiuos in acie ſtare oportere: ergo primũ miſſos facere exercitus: qui vtri-
q; venerunt: atq; ita rurſus loqui de pace. Id probantes Athenienſium legati abierunt: Ar-
giuoſq; ex Epidauria abduxerunt. Et cum poſtmodum reuerſi eodem conuenire non poſ-
ſent: reditum eſt ab Argiuis iterum in Epidauriam: populatioq; facta. Exierũt quoq; Lace-
dæmonii aduerſus Caryas. Et cum ne hic quidem de progreſſu ſacrificantes litarent: redie
re. Argiui tertia fere Epidauriæ parte vaſtata: domum regreſſi ſunt. Quibus pręſidio fue-
rant mille armati Athenienſium: Alcibiade duce cognito Lacedæmonios in expeditionem
exiſſe. Hæc manus vbi ea opus amplius nõ fuit diſceſſit: atq; ita æſtas exacta eſt. Initio hye-
mis Lacedæmonii clam Athenienſibus præſidium trecentorum militum, Ageſippida præ
fecto ad Epidaurum mari ſummiſerunt: propter qđ Argiui Athenas venerũt expoſtulatũ
ciuitatē nihilo ꝓ ſe ꝗ ipſas Athēas inferiorē: dātes ſpecimē ſuę tū potētię: tū audacię: maiꝰ
opinione Gręcorū ꝗ ab initio belli cōceperāt. Nā alii annū, alii bienniū, alii trienniū, nemo
diutius eos bellū toleraturos putauerat: ſi ipſorū regionē Peloponnēſes introiſſent. Atq;
a primo horum ingreſſu annus ſeptimus decimus agebat: cū in Siciliā tranſmiſerunt: iam
eodē bello exhauſti & alteꝝ bellū ſumpſerūt nihilo inferiꝰ priore qđ cū Pelopōnenſibꝰ ge
rebant. Vnde & Decelea tunc vehemēter afflicta, & incidentibꝰ magnis aliis ſup alios ſū
ptibꝰ, ad tenuitatem rei pecuniarię redacti ſunt: & in locū tributi ꝑ id tempꝰ vigeſimā exe
gerunt ab iis, quibꝰ impabāt maritimis populis: rati plus ſibi hac rōne pecunię obuēturū.
Nā & īpenſę non quales prius, ſed tanto maiores fiebāt quāto maius exiſtebat bellū, & ob
uentiones erant extinctę. Igit Thraces q poſt diſceſſum Demoſthenis venerāt extemplo
inopia rei pecuniarię miſſos fecerūt: dato negotio dutrephieos accipiendi: & i ꝓnauigan
do: trāſibant eñ ꝑ Euripum: ſi qd poſſent hoſtibꝰ nocere. Hos ille in Tanagrā cū eduxiſſet
& raptim nōnihil ꝑdę egiſſet ſub veſperū e Chalcide Eubœę traiecit Euripū: & expoſitos
in Bœotiā duxit aduerſus Mycaleſſum: & per noctē occultꝰ ſubſedit ante Mercurii fanū:
quod a Mycaleſſo diſtat ſexdecim circiter ſtadia: ac prima ſtatim luce vrbi ſuccedit: eāq;
etſi magnam tñ incuſtoditā nactus: & nihil minus ꝗ aliquos vnꝗ a mari tantum facinus
auſuros ſuſpicātem capit: qua parte murus inualidꝰ erat: & alicubi collapſus: alicubi hu-
militer ſtructus: ſecuritate inſidiarū etiā portis apertis. Irrumpentes itaq; in eam Thraces
& priuatas & ſacras ædes diripiunt: Oppidanos trucidāt: non ſenili non iuuenili ętati ꝑ-
centes: ſed omnes vt in quenq; incidebant, pueroſq; ac fœminas quinetiam iumēta & ꝗſ-
cūq; animātes videbāt interimentes. Etem̄ Thracū genus Barbarico ꝓximū vbicūq; nō
timet: ibi ſęuiſſimū ſe ꝓbet. Et tūc alia non exigua extitit ꝑturbatio: & paſſim funeſtū ſpe
ctaculū: irruētes eñ in ludū puerorū q illic maximus erat: eos oēs (iam eñ ſcholā introie-
rāt) cōciderunt; quæ clades, adeo inopinata, adeo acerba toti ciuitati incidit: vt nulla al-
teri magis. Cognita re Thebani ſuppetias eūt adeptiq; Thraces iā digreſſos (nō tñ lōge) Thracū &
ꝑda exuūt: perterritoſq; ꝑſequūtur ad Euripum vſq; & ad mare vbi naues qbꝰ aduecti fue Thebāo-
rāt ſtabāt: plurimos eoꝝ dū naues cōſcendūt nec natandi gnaros occidūt: cum illi qui in rū pugna
nauibus erant viſa ſuorū fuga retraherent naues extra ictū ſagittarum. At poſteaꝗ iterū
ſe recepere Thraces: nō icōpoſite & aduerſus equitatū Thebāorū a quo primū inuaſi fue-
rant procurrerūt: cōglobatiq;, & vt tempus ferebat ordinati ſeſe defenſabāt: tum pauci e
orum periere nōnulli etiā intra vrbē illic inter prędandū deꝑhenſi. In ſummā ex mille tre-
cētis ducēti oīno & quīquaginta: ex Thebāorum autē & aliis qui ſuppetias ierę circiter vi
gīti equites armatiq; vna cū Striphōda Thebāo vno ex Bœotiis magiſtratibꝰ. Et Myca-
leſſiorum pars quædam recepta eſt. Cuius ciuitatis calamitate nullam alteriꝰ vt in tā diu
tino bello miſerabiliorem reor fuiſſe. Adeo atrox ea fuit. Demoſthenes autem e Laconica
poſt munitū muro locum in Corcyram traiiciēs nauē onerariā in Phia quę eſt agri Elei Phia.
in ſtatione adeptꝰ corrupit. Qui vero in ea erant elapſi ſunt viri Corinthi iidēq; armati in
Siciliā trāſmiſſuri: & qui mox alia ſumpta oneraria tranſmiſere. Poſt hæc in Zacynthū
profectus Demoſthenes: & in Cephaleniā: ſumpſit illinc armatos: & ex Naupacto Meſ-

ſenſos accerſiuit:atq; in oppoſitā Acarnanię continētem traiecit:in Alyziā quoq; & Ana
ctorium:quod ab Athenienſibus tenebatur.Cui circa hæc loca agitanti occurrit Euryme
don e Sicilia remeans:quo cū pecunia ad exercitum portanda ꝑ eam hyemē fuerat miſſ⁹
Is nuntiat cum alia tū vero ſe audiſſe inter nauigationē Plēmyriū eſſe a Syracuſanis rece
ptum.Conon inſuper qui Naupacto pręerat ad hos venit nuntiatum qnq; & viginti Co-
rinthiorum naues q̄ contra Naupactū in ſtatione eſſent non deſinere bellū gerere pugnā
di cupidas.Iubere igit̄ eos mittere ad ſe naues ꝗ ſuę duodeviginti impares eſſent ad con
fligendum cum hoſtium qnq; & viginti.Itaq; mittunt cū Conone Demoſthenes & Eury
medon ex iis quas ipſi habebant velociſſimas decem ad illas q̄ erāt ad Naupactum.Qui
bus miſſis ad delectū agendū ſe conferunt:Eurymedon quidem in Corcyram ꝓfectus qn
decim naues ab illis expleri iuſſit:& armatos delegit.Nam collega Demoſtheni iā datus
erat:vbi rediit quēadmodū dictum eſt. Demoſthenes autē ex iis q̄ circa Acarnaniā ſunt
locis quoſcūq; potuit funditores ac iaculatores coegit.At legati Syracuſanorum q poſt
expugnatum Plemmyrium adierant Ciuitates:cum illas oratione ꝑſuaſiſſent:& quem
comparauerant exercitum adducturi eſſent:de hac re certior factus Nicias mittit ad eos
Siculos qua tranſiturus erat hoſtis:& ad ſocios cum alios tum Centoripinos & Alcyęos:
ne illum tranſire permittant:ſed congregati prohibeant.Non enim alia via tranſire cona
turum.Nam Agrigentini per ſuum agrum iter denegabāt.Itaq; Siculi quemadmodum
orati ab Athenienſibus erant:Sicilienſibus iam iter ingreſſis inſidias tendūt trib⁹ ī locis:
ac repente incautos aggreſſi ad octingentos ferme occiderūt:omneſq; legatos ꝓter vnum
Corinthiū.Hic eos q elapſi ſunt ad mille & quingētos perduxit Syracuſas.Per eoſdem di
es ad Syracuſanos auxilio venerūt Camarinęi armati quingenti:iaculatores trecēti ac to
tidem ſagittarii.Miſerunt & Geloi naues quinq;:iaculatores quadringentos:eqtes ducē
tos.Iā enim oīs propemodū Sicilia ꝓter Agrigentinos q in partib⁹ nō erant:cæteri conſpi
ratione facta cū hactenus circunſpectaſſent:auxilia ferebant Syracuſanis cōtra Atheniē
ſes.Accepta tamen apud Siculos clade Syracuſani cohibebant̄ ab inuadendis protinus
Athenienſibus:cum Demoſthenes & Eurymedon cōparato iam exercitu e Corcyra atq;
e cōtinente tranſmiſſo mari Ionio tenuerunt Iapygiam ꝓmontoriū:& illinc Choreadas
Iapygię inſulas:& Iapygum centum quinquaginta iaculatores Meſſapię gētis impoſue-
Artas,
re in naues:& renouata vetuſta quadā amicitia cum Arta eius loci principe qui iaculato
res indulſerat:appulerūt ad Metapontiū Italię:induxerūtq; Metapontinos ad mittēdos
iure ſocietatis trecētos iaculatores:& triremes duas.Quę cū accepiſſent venerunt Thu-
riā vbi deprehendūt aduerſarios Athenienſiū ꝓxime per ſeditionē exactos.Atq; illic con-
tractis oībus copiis volentes recognoſcere ſi qs relictus eſſet:& ſimul inducere Thurinos
ad capeſſenda q̄ libentiſſime ſocietatē militię:& quando eo fortunę veniſſent ad eoſdē ꝓ
hoſtib⁹,ꝓq; amicis habendos quos haberent Athenienſes:ſubſederūt atq; iſta confecerūt.
Circa hoc idem tempus Peloponnenſes & claſſiarii quinq; illarum & viginti nauiū:quæ
Pelopō
nēſium
naues.
onerariarum gratia in Siciliā tendentiū e regione Naupacti ad Anchoras ſtabāt cōtra At
ticas tanq̄ ad pugnā naualē ſe inſtruebāt:impletiſq; aliis adhuc nauib⁹:adeo vt paulo eſ-
ſent pauciores Atticis:ſtationem habuerunt iuxta Erineū Achaię in Rhypica:loco in ſpe
ciem lunæ curuato:quoq; ad pręſidiū in eminentib⁹ ꝓmontoriis peditat⁹ vtriq; diſpoſit⁹
erat tum Corinthiorum,tum indigenarum:ipſis nauib⁹ inter ſe ſtipatis mediū tenentib⁹:
Polyanthes Corithius.
duce earū Polyāthe Corīthio.In has e Naupacto tres & Trigita Atticę duce Diphilo cō-
tenderunt.Et Corinthii principio qdem quieuere:poſtea vero q̄ ipſis ſignum ſublatum eſt:
& tēpus adeſſe viſum obuiā Athenienſib⁹ eūt:ac pugnā committunt:ī qua ꝓdiu ab vtriſ-

ꝙ repugnatũ eſt: & Corinthiorum tres naues corruptę: Athenienſiũ nulla quidẽ depreſſa
prorſus, cęterũ ſeptẽ inutiles ad agẽdũ factę incurſu a ꝓra Corinthiarũ craſſiora habẽtiũ
roſtra laceratiſq; remigiorũ frõtibꝰ. Certatũ ẽ autẽ ancipiti Marte: adeo vt ſibi vtriq; victo
riam vẽdicarẽt: Athenienſes tñ naufragiis potiti ſunt: ſed ꝓpellẽte in altũ vẽto, nec inſtã
tibꝰ vltra Corĩthiis vtriq; dirẽpti: nec vtriq; alteros inſecuti, nec vlli ex alterutris capti: q̃
Corinthii ac Peloponnẽſes beneficio terrę ꝓpe quã dimicarãt liberati ſunt: & Athenienſi
um nulla depreſſa eſt nauis. Quibꝰ in Naupactũ abeũtibꝰ cõtinuo trophęũ erexere Cori-
thii ceu victores: ꝙ plures hoſtiliũ nauiũ inutiles ad curſum reddidiſſẽt iterp̃tãtes ob id ſe
nõ fuiſſe ſupatos: ꝙ neutri viciſſẽt. Nã & Corinthii victores ſe eſſe cẽſebãt ſi nõ admodũ
victi eſſent: & Athenienſes ſe victos niſi admodũ viciſſent. Diſceſſu Pelopõnẽſiũ dilapſo
q; peditatu Athenienẽſes erexerũt & ipſi trophęum in Achaia: veluti victores cũ abeſſẽt ab
Eurineo vbi Corĩthii claſſem habebãt viginti ferme ſtadiis. Atq; hũc exitũ habuit pugna
naualis. Demoſthenes autẽ atq; Eurymedõ poſteaq̃ Thurini ad ſocietatẽ militię ſe expe
dierũt ſeptingẽti armati, trecenti iaculatores iubẽt claſſem in orã tẽdere Crotoniatã. Ipſi
recenſitũ prius peditatũ ad fluuiũ Sybarim ducũt per agrũ Thurinũ: q̃ cũ ad Amnẽ Hyli
am ꝑueniſſẽt: p̃miſiſſentq; ad eos Crotoniatę: q̃ dicerẽt nolle ſe per ſuã terrã meare exerci-
tũ: deſcenderũt ad mare: & vbi Hylias in illud excurrit caſtra habuere. Vbi naues eis ob id
p̃ſto fuerũt. Quibꝰ poſtera die conſcẽſis abiere ſubinde adeũdo ciuitates p̃terq̃ Locrenſiũ:
donec ad Petrã ꝑuenere agri Rhegini. Hos interea Syracuſani cognito venire anteq̃ ꝑue-
nirent voluere fortunã naualẽ rurſus experiri: atq; terreſtrẽ alio peditatu: quẽ ob id ipſum
comparauerant. Inſtruxerũt autem tunc & alteram claſſem tanq̃ ſuperaturi: ꝙ e ſuperio-
ri pugna plus aliquid inſpexiſſent: decurtatiſq; ꝓris roſtra impoſuere: ab iis ſublicas ꝓten
derũt ante murꝝ: ſenorꝝ fere intrinſecꝰ cubitorꝝ: quo ſcilicet mõ Corinthii aduerſus Athe
niẽſes ad Naupactũ naues inſtructi e proris pugnauerũt. Quippe putabãt Syracuſani ad
uerſus Atticas nõ vt ſuas ędificatas a prora: ſed graciles: vt q̃ nõ tã aduerſa frõte q̃ ex cir-
cũductu incurrerent: nõ minus valituras ſuas: & in magno portu pugnã multarũ nauiũ
nõ magnũ intra ſpatiũ futurã ſecũ facere: q̃ aduerſis proris eiſdẽq; ęratis incurrentes diſ-
fracturi erant ſuis craſſis ac ſolidis roſtris, vacuas Athenienſiũ ac fragiles proras nulla ip-
ſis Athenienſibus facultate, ſuas naues aut circũagẽdi aut educẽdi ꝓpter anguſtias: quo
gñe pugnãdi maxime illi cõfiderẽt: quorꝝ alterꝝ: ne illi elaberent̃ quoad poſſent ipſi: alte-
rum ne naues iidẽ circũagerẽt anguſtia loci pręſtaret. Itaq; q̃d inſcitia ſuorꝝ gubernatorꝝ
priꝰ contigiſſe videbatur: vt proris confligerent: ex hoc ſe maxime ſupiores fore: non enim
liciturum Athenienſibus nauibus ictu aduerſariarũ repulſis ręmigare retrorſum ad iactũ Syracuſanorũ ap
iterandũ alio niſi terrã verſus: nec id niſi ꝑexiguum & in exiguo tractu, iuxta ſua ipſorꝝ ca paratus.
ſtra: cum cætero portu ſint hoſtes potituri: & ſuis ſicubi ſuccumberẽt auxilio futuri: illę ve
ro in arctum redactę omnes & in eundẽ locum incidentes inuicem ſe turbaturæ: id q̃d in
oĩbus naualibꝰ pugnis plurimũ Athenienſibꝰ obfuit: quibꝰ non licebat quemadmodum
Syracuſanis in omnem portum retrocedere: nec circunflexu in apertum mare euadere: cũ
illi a pelago ingreſſum tenerent: nec reſilire præſertim futuro ipſis infeſto Plẽmyrio: & nõ
ſatis amplo portus ingreſſu. Talia Syracuſani ex ſua peritia ſuiſq; viribꝰ cõmẽtati: ſimulq;
iã p̃ ſupiori prælio ferociores rem aggrediuntur: peditatu pariter & claſſe. Et peditatũ q-
dem Gylippus paulo prius extra vrbem eductum ad murꝝ Athenienſium, eatenus admo
uet vnde ſibi in vrbem eſſet proſpectus. Item qui apud Olympium erant armati atq; equi Olympieum.
tes & leuis armatura Syracuſanorum, vtrinq; murum & ipſi ſubeunt. Mox deinde Syra-
cuſanæ naues: ſocialeſq; procedũt. Athenienẽſes qui a principio petiſſe ſolo peditatu opina

bantur: vbi naues quoqꝫ cernunt exaduerſo tendentes ſubito perturbantur. Iſti partim in muros partim ante muros contra accedentes in acie ſteterũt. At illorũ alii procedũt in equites qui multi erant: iaculatoreſqꝫ properato venientes ab Olympio & ab his q exteri⁹ erant: alii naues conſcendũt alii in littus auxiliũ ferunt. Et vbi quinqꝫ & ſeptuaginta impletę ſunt naues: obuiam itur hoſti: cuius naues erant circiter octoginta. Hæc claſſes cum diu iuicem eo die incurriſſent: reſiliiſſent: multa tẽtaſſent: & neutri poſſent qppiã alteris eripere dumtaxat memoratu dignũ: niſi ꝙ Syracuſani vnam aut alterã Atheniẽſiũ nauẽ depreſſerũt: dirẽptę ſunt: ſimulqꝫ a muris peditatus abſceſſit. Poſtero die Syracuſani qeuere: neutiq̃ ſignificantes quidnam eſſent acturi. Nicias vero cernens pari euẽtu fuiſſe pugnatum: veritus ne rurſus idem conaretur hoſtis: adigit trierarchas ad naues inſtruẽdas: ſiqua quippiam laboraſſet: onerariaſqꝫ protrahit e vallo: qđ in vicem portus concluſi defixum erat in mari: reliquas onerarias binũ iugerũ ſpacio inter ſe diſtinxit: vt ſiqua nauis ab hoſte ſupeṙ: tutũ ei effugiũ foret: & rurſus per ociũ egreſſio. In hoc apparatu totũ diem ad noctem vſqꝫ conſumpſere Athenienſes: die inſequenti Syracuſani aliquanto maturius ſed eodẽ conatu & peditatus & claſſis conflixere cum Athenienſibus: & cum eodem quo nudiuſtertius mõ ad multum diei claſſes obnixe conſtitiſſent: inuicẽ laceſſentes: Ariſtõ Corĩthi⁹ Pyrrichi filius: oĩm q cum Syracuſanis erant optimus gubernator: ſuadet prius ſuę claſſis ducib⁹ mittãt in vrbẽ ſedulos aliquos: q iubeãt extẽplo oẽs q in vrbe eẽnt: qđ qſ ꝗ eſculẽtũ haberet cõferre ad mare: exhibereqꝫ forũ rerũ venaliũ: & ad vẽdendũ adigi: vt egreſſi nautę mercatiqꝫ ſtatim ad naues prãderẽt: ac ſubinde alii atqꝫ alii idẽ facerẽt: & eodẽ die Atheniẽſes aggrederenṫ inopinatos. Huic obtẽperãtes duces nũtiũ mittũt mercatũ apparaṙ. Syracuſani ſine mora ceſſim euntes ad vrbẽ reuehunṫ: egreſſi ꝓpere ibidẽ prãdent. Hos rati Atheniẽſes tanq̃ ſupatos ceſſim ire in vrbẽ: ipſi ꝑ ociũ egreſſi cũ ad alia, tũ vero ad prandiũ expediendũ ſe cõferũt: vt q nõ crederẽt ampli⁹ eo die futurã pugnã naualẽ. Cum rurſus repẽte Syracuſani cõſcẽſis nauib⁹ inuehũṫ. Qua de re Atheniẽſes magno tumultu ac plęriqꝫ ieiuni nullo ordine naues aſcẽdunt: atqꝫ ęgre obuiam tendunt. Et cũ aliquandiu vtriqꝫ ſe mutuo obſeruantes diſiuncti fuiſſent nõ committẽdum ſibi putauere Atheniẽſes vt differendo a ſeipſis labore ſuparentur: ſed q̃primum cũ hoſte decernendũ. Itaqꝫ dato ſigno ingruentes pugnã cient. Eos Syracuſani excipientes aduerſis proris, quẽadmodum excogitauerant ornauerantqꝫ ære: lacerant illorum magna ex parte remigioꝝ frontes & ex tabulatis iaculatores vehementer eoſdẽ infeſtabant: ſed lõge magis qui exilib⁹ nauigiis circũuecti: nũc ima ſubeuntes: nunc latera ꝑtereuntes: miſſilia illic in nautas

Syracuſanoꝝ victoria.

Athenienſium iaciebant. Tandem hũc in modum Syracuſani omnibus aduocatis virib⁹ dimicantes ſuperant. Athenienſes terga vertentes per onerariaꝝ nauium effugium in ſuam ſtationem penetrant: hoſte vſqꝫ ad illas inſequẽte, vlteri⁹ ire ꝓhibito ꝓpter antennas onerariarum altius q̃ vt ingreſſum ĩpedirent leuatis vnde plumbei delphines ad demergendas ſubeuntes naues pendebant: a quibus duę Syracuſanę victoria feroces ſuccedere auſę corruptę ſunt: & alia cum ipſis defenſorib⁹ capta: Syracuſani ſeptem nauib⁹ Athenienſium depreſſis: mľtis laceratis multiſqꝫ viris tum captis tum occiſis rediere: ac trophęa vtriuſqꝫ pugnæ naualis erexere: ſibi pro certo iã ſuadentes ſe claſſe multũ Athenienſib⁹ antecellere peditatu vero inferiores eſſe. Et hi quidem tanq̃ rurſus hoſtẽ vtrinqꝫ aggreſſuri ſeſe ꝑparabãt.

Demoſthenis & Eurymedõtis aduentus.

Demoſthenes autẽ iterea atqꝫ Eurymedõ cum auxiliis quę accepant ab Athenienſibus aduenerunt nauibus tribus ferme & ſeptuaginta: præter mercede cõductas: cum quinqꝫ milibus fere armatorum tam popularium q̃ ſocialium: cunqꝫ non paucis iaculatoribus: & Barbaris: & Græcis. Necnon funditoribus ſagittariiſqꝫ & huiuſmõi

genꝰ hoīm magna vi. Ex quo ſtatī Syracuſanos nō ꝑuus ꝑcu lſi t pauor: diffidētes vllū ſi-
bi exitū eē poſſe periculi deuitandi: cū viderent circūuallata Decelea: nihilo tamen minus
alium exercitum ſimilē parē q; priori ſuperueniſſe & vndiq; eximias Athenienſium vires
oſtendi: q; ſuperiori exercitui tanꝗ ex imbellibꝰ confecto robur quoddā acceſſiſſet. Demo-
ſthenes quonā mō res ſe haberent animaduertens cenſebat non eſſe terendū tempus: nec
committendum ſibi qđ Nicias commiſiſſet: qui cum in ipſo pricipio terribilis appuliſſet:
quia nō protinus Syracuſas adortus eſt: ſed apud Catanā hibernauit: & in contemptum
veniſſet: & vt a Gylippo e Pelopōneſo copias afferēte ꝑuentus eſſet: quas copias ne accer
ſiſſent quidē Syracuſani: ſi confeſtim eos Nicias inuaſiſſet: & quia ſe pares hoſti rebanť eē
vbi vidiſſent ſe impares eſſe atq; circūuallatos: non perinde etiā ſi accerſiſſent copias adiu
uari potuiſſent. Hęc itaq; cōſyderās Demoſthenes ſcienſq; ſe tūc prīo ſtatim die maxime
horribilē eſſe hoſtibꝰ: volebat ocius vti in illos pręſenti exercitꝰ ſui terrore. Et dū cerneret
directū Syracuſanorū murū quo ſe ab Athenięſibꝰ circūuallari ꝓhibuerāt ſimplicē eſſe &
ad expugnādū facilē: ſi qs aſcēſum Epipolaꝝ occuparet: & itē q illic erāt caſtra: ꝗppe nul-
lis vim Athenienſiū laturis: ꝓperabat inuaſionē experiri ſpe intra breue momētū bello de
fungēdi. Fore eñ vt aut ꝓſꝑe pugnādo potireť Syracuſis: aut illic copias abduceret poti
us ꝗ in caſſū vexaret oēs, & q in militia & q domi erāt Athenięſes. Igiť egreſſi Athenien-
ſes primū Syracuſanorū agrū circa Anapū depopulanť: potiti regiōe quēadmodū priꝰ pe
deſtribꝰ copiis pariter & Claſſe: aduerſus neutros eñ prodiere Syracuſani ꝑter equites atq;
iaculatores ex Olympio. Deinde viſum Demoſtheni munimēta hoſtiū machinis tētan- Demo-
da. Sed cū illę munimētis admotę a Syracuſanis ſupne defenſantibus incēderentur: & re- ſthenis co
liquæ copiæ diuerſis in locis ſubeuntes repellerētur: non amplius tempus terendum: ſed natus.
Epipolas inuadendas. Quod ita faciendū Niciæ & aliis collegis ſuis perſuaſit. Cæterum
non poſſe fieri vt accedentes aſcendenteſq; hoſtem laterent. Edicit igitur quinq; dierum
cibaria: eoſq; qui lapides legerent ac ſtructores ſumit: & cæterum miſſilium apparatum:
cum omnibus quæ extruentibus neceſſaria ſunt: ſi loco potirentur. Ipſe a primo ſomno &
Eurymedon & Menander ſumptis omnibus copiis ad Epipolas contendit: Nicia ad mu-
ros relicto. Vbi iam loco propinquabant prope Euryleum: qua parte iterum prior exerci-
tus aſcenderat latuere cuſtodias Syracuſanorum: & hoſtilem qui ibidem erat ſubeuntes
murum capiunt: nonnullos cuſtodum occidunt: pluribus elapſis: qui propere apud terna
quę in Epipolis erant caſtra: Syracuſanorū vna: Altera cæterorum Sicilienſium: Tertia
aliorum ſociorum: nuntiant hoſtes introiſſe: ſed ꝑcipue ſexcentis illis Syracuſanis qui pri
mi apud hanc partem Epipolarum excubabant. Hos protinus ſubſidio veniētes nacti De
moſthenes atq; Athenienſes: & ſi ſtrenue reſiſtentes, tamen in fugam vertūt: ac porro ce
leriter pergunt: ne præſenti impetu penetrandi, cuius rei gratia venerant ſegnius vteren
tur. Cæteri proximas munitiones Syracuſanorum nō valentibꝰ reſiſtere cuſtodibꝰ capiūt
pinnas detrahūt. At Syracuſāi & ſocii: & Gylippꝰ cū ſuis ſubſidio e ꝓpugnaculis eūt: &
qñ ꝑ noctē inexpectata hoſtiū audacia ꝑmebantur: attoniti cū Athenienſibꝰ congrediū Pręliū no
tur: & repulſi inter initia ſuperanť. Sed ꝓgredientibꝰ iā lōgius nullo ordine Athenienſibꝰ cturnū &
quaſi victoribꝰ: q; vellēt omnino nondū expugnata loca hoſtiū ꝗ velociſſime ꝑrūpere: ne anceps.
ſe impſſionē remittētibꝰ illi rurſus conglobarenť: obſiſtere primi oīm Thebāi: & cōgreſſi e
os fundūt fugantq;. Hic ingens iam Athenienſium perturbatio oritur atq; difficultas
quā agnoſcere haud facile erat ab his, neq; ab illis quonā modo ſingula contigerunt. Nā
ꝗ interdiu geſta ſunt certius illa quidem: ſed neq; omnia nouere qui affuerunt. Vix quiſ-
q; quę circa ipſum acta ſunt nouit. In nocturna pugna hac quę ſola eo bello inter magnos

exercitus facta eſt:qua ratione quippiam aperte quis nouerit? Fulgebat quidem luna:ſed
ita ſe inuicem conſpiciebant:vt conſpici ad lunam licet:ſpeciem corporis cernebant:fami
liarem ab alieno non diſcernebant. Anguſto in loco armati ex vtriſq; non pauci verſaban
tur:ex Athenienſibus cum alii iam vincerentur: alii priore adhuc impreſſione inuicti per-
gebant:ad quos ex reliquo exercitu plæriq; aut aſcenderant iam:aut aduentabant : adeo
vt neſcirent quonam tendere deberent. Nam facta iam a primis fuga omnia perturbata
ac difficilia ad dignoſcendum erant. Siquidem & Syracuſani ſociiq; vĩcentes non paruo
clamore in iubendo vtebant̃:ꝙ neqbant aliter per noctẽ qđ vellent ſignificare: & eos q ſe
ferebant obuiam excipiebant. Et Athenienſes ſuos quęritabant: & quicunq; occurrerent
etiam ſi amici eſſent:vtiq; cum iam refugerent eos hoſtes eſſe ſuſpicabant̃:cunq; ſignũ teſ
ſeræ percõtarent̃:idẽtidẽ ꝙ nulla re alia internoſci poterant:ſibiipſis ingentẽ ꝑturbationẽ
prębebant:ꝙ & omnes & ſimul idẽ ꝑcontabant̃:id ſignum hoſtibus prodendo:cum eorũ
ipſi inuicem non ita intelligerent:quia vincentes illi nec diſſipati minus agnoſcebantur.
Itaq; ſiqui hoſtes in hos incidebant; & ſi magis validos tamen diffugiebant:ꝙ iſtorũ teſſe
ram norint:ꝙ ſi ipſi non ſimulabãt trucidabantur. Cæterum qđ eis pręcipue nocuit fuit
modulatio Pæanis:qui cum ſimilis vtrorunq; eſſet animos confundebãt. Nam vt hoſtes
ita Argiui & Corciræi & quicquid Doricę gentis cum Athenienſib⁹ erat:ipſos Atheniẽ-

Atheniẽſes vincũtur.

ſes perterrefaciebant:quoties Pæanẽ citaſſent:adeo quidem vt ad poſtremum cum ſemel
perturbati eſſent inter ſe ipſos paſſim incurſantes amici in amicos:populares ĩ populares
non modo metũ mutuo facerent:ſed etiam ad manus venirẽt pene ad internicionem:quo
rum multi aliis inſequẽtibus per abrupta ſeſe præcipitantes interiere:cum arctus foret ex
Epipolis ad regrediendum deſcenſus:& poſtq̃ in plana qui incolumes euaſerant:& ex ar
duis locis deſcenderant: eorum plæriq; vtiq; qui erant ex priore exercitu præcipue locorũ
notitia in caſtra perfugere:eodemq; alii poſterius peruenere:nonnullos via deceptos erra
bundoſq; ac palãtes:vbi illuxit Syracuſanorum circunfuſus eqtatus obtruncauit. Poſte-
ro die Syracuſani duo trophæa ſtatuerunt apud Epipolas:vnũ q̃ intratũ eſt:alterũ vbi pri

Syracuſanorum trophęa.

mum Bœotii reſtiterunt. Athenienſes ſe victos confeſſi mortuos receperunt: quorũ non
exiguus numerus fuit tam ipſorum:q̃ ſociorum. Plura tamen arma q̃ ꝓ numero cæſorum
capta. Nam q ad deſiliẽdũ ex abruptis cõpulſi ſunt:abiectis ſcutis inermes partim periere
partim euaſere. Poſt hæc Syracuſani ꝓſpero ex re inopinata ſucceſſu veluti in priſtinã au-

Agrigentum.

daciã reſtituti mittũt Agrigentũ qđ ſeditionib⁹ agitabat̃ Sicanũ qndecim cũ nauib⁹ ad
occupandã ſi poſſet eã ciuitatẽ. Gylippus quoq; terreſtri itinere Siciliẽſes vrbes adiit: rur
ſus alias copias adducturus:vt q ſpẽ eſſet ingreſſus:quandoqdẽ res ita apđ Epipolas cõti
giſſet vi muros Atheniẽſiũ expugnãdi. Interea Atheniẽſiũ duces tũ ex calãitate accepta
tũ ex pſenti cũctis ĩ reb⁹ exercit⁹ ĩbecillitate cõſultabãt:cernẽtes neq; ſucceſſũ habuiſſe co
nat⁹ ſuos,& milites poſos eẽ mãſionẽ:vtpote morbo ĩplicitos duplici cauſa & ꝑpter anni
tẽp⁹:nã id erat quo ꝑcipue ęgrotat̃:& ꝑpter loci ſitũ:vbi erãt caſtra,paluſtrẽ,atq; aſperũ:

Demoſthenis delibera ta.

cũ & aliũde nulla ſpes oſtderet̃. Igit̃ Demoſtheni nõ placebat vlteri⁹ manere:ſed cũ cõſti-
tuiſſet apđ Epipolas ꝑiclitandũ & eũ fruſtrat⁹ euẽtus eſſet:decedere potius q̃ morari: dũ
mare foret idoneũ ad tranſfretãdum:& ipſi poſſent iam claſſis acceſſione hoſtium caſtra
ſuperare. Eſſe enim conducibilius patriæ cũ iis bellare qui in ipſorũ regione hoſtiles extru
erent muros:q̃ cum Syracuſanis quos iam expugnare arduum eſſet:neq; conueniens il-
li vrbi ingentem pecuniã abſumentes in caſſum aſſidere. Et Demoſtheni quidem ita pla
cebat. Nicias autem & ipſe male rem habere ſentiebat: nolebat tamen id oratione con
fiteri: ne palam facto ipſorum placito de diſcedendo rumor ad hoſtes emanaret:

& idcirco multo difficilius cũ vellent latere hoſtem poſſent. Ad hæc nonnihil ſpei Nicias
habebat: quippe qui res hoſtiũ magis q̃ collegæ intelligebat: ꝙ credere deterius actũ iri cũ Niciç opi-
illis q̃ ſecũ: ſi in obſidione perſeueraret: exhauſturoſq; ſe pecunia illos cũ preſertim mari iam nio.
latius recẽti claſſe potirent. Et erãt Syracuſani nõnulli qui rem Athenienſiũ fouerẽt: & ad
ipm mitterẽt certos nec abire ſinerẽt. Quę ille intelligẽs res in ancipiti tenebat: circũſpectãſ
ꝙ differebat. Propalã tamen negauit ſe exercitũ illinc eſſe abducturũ. Probe em̃ ſe ſcire hoc
ſi feciſſent: nõ eſſe ratũ habituros Athenienſes iniuſſu ſuo de prouincia decedere exercitũ:
nec eoſdẽ de ipſis iudicaturos: qui rebꝰ agẽdis interfuiſſent: quẽadmodũ Cõmilitones: nec
ita ſenſuros de ipſis plectẽdis: vt ab aliis audiſſent: ſed fidẽ habituros criminibus q̃ quis ap-
poſite loquẽdo obieciſſet. Quinetiã multos immo adeo plęroſq; cõmilitonũ qui tũc vocife
rarent: tanq̃ dura in cõditione poſiti: cũ illic rediſſent diuerſa vociferaturos: quaſi duces pe
cunia corrupti diſceſſerint. Nolle itaq; ſequi nos: ſed Athenienſiũ ingenia ob turpem cau-
ſam: atq; inique mulctari ab illis potiuſq̃ ab hoſtibus: ſi opus eſſet priuato periculo hoc ipm
pati. Etiã deteriore cõditione q̃ ſuas aiebat eſſe res Syracuſanorũ: ꝙ ſumptũ facerẽt in Mer
cenariis militibus alendis, pariter & nauticis tãtę claſſis: idq; iã annũ in tutãdis circa oppi-
dis: & aliarũ rerũ inopiã tolerare: aliarũ nullã inire rationẽ: duoq; Talentorũ milia erogaſ-
ſe & multorũ etiã eſſe debitores: & ſi vel quãtulũcũq; annumerãdo militibus ſtipẽdio ceſſa
rẽt: res eorũ perituras. Vt q̃ magis auxiliari exercitu ſtarẽt q̃ neceſſitate: qđ ſecus in ipſis eſ
ſet: & ideo debere in obſidẽda vrbe pręſtare: nec tanq̃ inferiores pecunia: qui multo ſuperio
res eſſent: abſcedere. Hęc Nicias dicẽdo aſſerebat: pro certo habẽs & inopiã pecuniarum
eſſe Syracuſis: & quoſdã qui res Athenienſiũ perpetratos cuperẽt: a quibus mãdata accipie
bat ne diſcederet. Super hæc frętus claſſe tũc magis q̃ antea cũ victus eſt. Ei Demoſthenes
neutiq̃ aſſentiebat de pręſtãdo. Cæterũ ſi non foret iniuſſu ciuitatis abducẽdus exercitus:
ſed pręſtandũ: dicebat hoc faciendũ: vt aut in Thapſum mouerẽt caſtra: aut in Catanã: vn
de & peditatu frequẽter in hoſticũ incurſantes: illudq; expugnãtes: ſe alerẽt pariter & hoſti
nocerẽt: & nõ intra anguſtias: quę pro hoſtibus magis eſſent: vt nuper: ſed in libero mari de
certarẽt: vbi ſua ipſis peritia prodeſſet: vbi & recipiendi ſe & aggrediendi hoſtẽ nõ ex breui
& ex pſcripto facultatẽ haberẽt. In ſumma nulla ratione ſibi placere ipſos ibidẽ vlterius ma
nere: ſed q̃ velociſſime iã ac nihil differre proficiſci. Huius orationẽ comprobabat Euryme
don: ſed contradicẽte Nicia ſegnicies quędã atq; cunctatio exiſtebat: & pterea ſuſpitio ne
propter aliquid Nicias qđ pręcæteris noſſet ita pręſtaret. Hunc in modũ negligẽtiores fa-
cti Athenienſes in loco permãſere: cũ interim Gylippus atq; Sicanus remeauere Syracuſas Sicanus.
Sicanus quidẽ infecto Agrigẽti negotio. Nam cũ apud Gelam adhuc ageret ſeditioſa illa
propter Syracuſanos in gratiã rediit. Gylippus autẽ afferens ſecũ, & ex Sicilia magnã vim
militũ: & ex Pelopõneſo eos armatos qui onerariis nauibus illinc miſſi per Ver in Selinun-
tẽ appulerãt e Libya tranſmittẽtes. Nam delati in Libyã cũ eſſent: & eis Cyrenęi duas trire Cyrenęi.
mes dediſſent: ac faciẽdæ nauigationis duces: tulerũt dũ pręteruehererẽtur auxiliũ Eueſperi Eueſperitę
tis qui a Libyis oppugnabant: ipſiſq; Libyis ſuperatis: & illic profecti nouã ad vrbẽ Cartha
ginẽſe Emporiũ: vnde in Siciliã breuiſſimus eſt traiectus, duorũ omnino dierũ & vnius no
ctis nauigatione: & illinc traiiciẽtes in Selinuntẽ applicuerant. Qui poſtq̃ aduenerũt tum
vero Syracuſani confeſtim ſeſe expediebant: tanq̃ hoſtem interim vtrinq; aggreſſuri claſſe
ac pedeſtribꝰ copiis. Eundẽ exercitũ intuentes Atheniẽſiũ duces acceſſiſſe: & res ſuas quo-
tidie nõ in melius proficere: ſed ex omni parte in peius præcipue hominibꝰ morbo affectis:
pœnitebat eos ꝙ nõ antea diſceſſiſſent: & Nicia iam nõ adeo contradicẽte: ſed tamẽ poſtu
lante ne palam decerneret: edixerũt omnibus q̃ potuerũt occultiſſime abitionẽ: vtq; expe-

diti forẽt cum quis ſignũ dediſſet. Ita expeditos rebus vbi erãt profecturi luna defecit. Erat
eñ plenilunuũ. Eam rem pro ominoſa habẽtes: cũ Athenienſiũ plęriq; ad ſubſiſtẽdũ duces
hortabanť: tum vero Nicias qui miraculis atq; huiuſmodi rebus vehementer deditus erat
negabat ſibi aliquid cõſtitutũ eſſe ante ternouẽ dies: quibus vates manendũ prędicaſſent:
vt tũc primũ caſtra mouerẽtur. Quare Athenienſiũ animis refrigeratis mãſum eſt. Syracu
ſani hoc percepto & ipſi tãto promptiores efficiebanť ad illorũ fugã prohibendã: tanq̃ no-
ſcentiũ iam ſe nõ eſſe præſtãtiores Syracuſanis vel claſſe vel peditatu: nõ eñ aliter furtiuã
molituros abitionẽ. Et ſimul nolebãt eoſdẽ illinc profectos alicubi in Sicilia cõſidere: vnde
infeſtiores hoſtes eſſent. Sed primo quoq; tẽpore cogi ad dimicãdũ pugna nauali: vbi ipſis
incõmodũ eſſet. Itaq; naues implẽt: & aliquot dies qui ſatis eſſe viſi ſunt cõquieſcũt. Vbi
tẽpus inſtat: primo die ad muros Athenienſiũ ſuccedũt: in quos cũ pars quædã nõ tamen
magna armatorꝝ, equitũq; Athenienſiũ per quaſdã portas egreſſa impetũ dediſſet: aliquot
ex armatis capti ſunt a Syracuſanis: atq; in fugã verſi: & cũ ingreſſus eẽt arctus ſeptuagin-
ta equites amiſere: & nõnullos ex aliis. Atq; hoc quidẽ die ſe recepere Syracuſani. Inſequen

Syracuſanorum & Athenienſ̃ prȩliũ nauale.

do aũt cũ claſſe prodiere ſex & ſeptuaginta nauiũ: & ſimul ad muros hoſtiũ cũ peditatu per
texere. Aduerſus quorũ claſſem Athenienſes ſuã eduxere ſex & octoginta naues: cõfligen
teſq; prȩliũ cõſeruere. Dextrũ eorũ cornu tenebat Eurymedon. Hũc aduerſarias naues cir-
cũdare conantẽ & in eas laxiori ductu tendẽtẽ propius terrã Syracuſani ac ſocii eo facilius
media Athenienſiũ claſſe ſuperata primũ & ipſum adipiſcunť apud cõcluſa atq; profunda
portus: eũq; cũ ſua naui ac cęteris q̃ cõmitabanť cõficiũt. Deinde & reliquã claſſem iſequũ
tur ad terrã vſq; vrgentes. Eã iã ſuperari extraq; lignea ſepta & ſua caſtra p̃ferri cũ cerneret
Gylippus auidus occidẽdi egredientes in terrã: & facilitatis prębẽdȩ Syracuſanis ad retra-
hẽdas hoſtiũ naues: ꝙ ab amicis terra teneretť: pergit cũ parte quadã copiarũ ad fauces por-
tus ſuis auxiliũ laturus. Hos viciſſim cernẽtes Tyrſeni: illic eñ p̃ſidio pro Atheniẽſib⁹ ſta-
bãt incõpoſite cõtendẽtes: ad ſuccurrendũ veniũt: in primos irruũt: eoſq; in fugã vertunt:

Lyſimelia palus.

& in Paludẽ cui nomen eſt Lyſimelia deturbãt: mox ingruente iã maiore Syracuſanorũ ac
ſociorũ manu: ipſi quoq; Atheniẽſes qui de nauibus ſollicití erãt ſuppetias ferũt: ac cõgreſ
ſi ſuperãt atq; perſequunť occiſis armatorũ non ita multis: nauiũq; ſuarũ plęraſq; tutati in
caſtra retulerũt. Quarũ duodeuiginti cœpere Syracuſani ac ſocii earũ defenſoribus cęſis:
& cupiẽtes cõcremare cęteras, onerariã quandã vetuſtã malleolis tędiſq; cũ referſiſſent: in-
iecto igni (erat aũt ventus in Athenienſes ſecũdus) dimiſere. Aduerſus hãc Atheniẽſes de
ſua claſſe anxii machinamẽta ad ignẽ reſtinguendũ adhibuerũt: eaq; propius accedere pro
hibita reſtinctaq; flãma periculũ deuitarũt. Secũdũ hæc vtriq; trophæa ſtatuerũt. Syracu
ſani quidẽ naualis victorię pariter & interceptorũ prius ante muros hoſtiles armatorũ mi-
litũ atq; adeo equitũ. Atheniẽſes autẽ tũ peditatus prius a Tyrſenis in paludẽ, tũ cęterorꝝ
a ſe reliquis deinde repulſorũ. Parata iã inſigni victoria nauali per Syracuſanos qui prius re
formidarãt claſſem q̃ cũ Demoſthene ſupueniſſet: Athenienſes exanimati prorſus erant ꝙ
longe ſecus atq; opinati fuerãt euenerat: ſed exercitũ multo magis pœnitere cœpit: ꝙ eis
demũ ciuitatibus bellum eſſet illatũ: q̃ eiſdẽ inſtitutis & ſub ſtatu populari degerẽt: vt ipſi
quęq; claſſem & equitatũ & potẽtiã haberẽt: & illatũ eſſet a ſe qui nõ poſſent neq; induce-
re diuerſam factionẽ: ſpecie mutãdæ aliqua in parte adminiſtratiõis reip. neq; ſubigere ma
iorib⁹ q̃ illa haberet copiis. Ita & plęraq; ſpe decepti: de ſtatu rerꝝ ſuarũ anxii erãt. Et poſtea
q̃ id qđ minime opinabanť claſſe ſupati ſunt: multo vehemẽtius cõſternato aĩo expaueſce
bãt. At Syracuſani illico portũ p̃uecti fauces ei⁹ p̃cludere ſtatuebãt: ne poſſet amplius etiã
ſi vellet latere in exeũdo hoſtis. Neq; eñ iã eis de ſalute ſua tuẽda curæ erat: ſed de hoſtili

prohibẽda: arbitrãtibus ex præſenti rerũ fide id q̃d erat: melius agi ſecũ q̃ cũ Atheniẽſibus:
quos vna cũ ſociis ſi mari pariter & terra ſuꝑare potuiſſet: ſplẽdidũ ſibi certamen hoc apud
Grecos viſum iri: q̃m mox cetera grecia ꝑtim ſeruitute: ꝑtim ſeruitutis metu liberaret. Nõ
eñ fore reliquã Atheniensiũ potẽtiã poſthac validã ad ſuſtinẽdũ bellũ q̃d inferret. Cui⁹ fa
cti ſe auctores magnæ admiratiõi futuros: tũ apud pñtes: tũ apud poſteros. Et cũ ꝓpterea
operæpꝛciũ erat in id certamẽ incũbere: tũ vero q; nõ modo Atheniensiũ verũ etiã multorũ
ſociorũ victores exiſterẽt. Neq; ipſi tãtũ Syracuſani iſta cogitabãt: ſed ii quoq; q auxiliariũ
copiarũ duces erãt: Corinthiarũ ac Lacedemoniarũ: q; in primis ſuas ciuitates ꝑiculo expo
ſuiſſent ſuppeditata ꝑ ceteris magna claſſis ꝑte & egregie nauata opera. Eteñ gẽtes ad hãc
vnã vrbẽ cõfluxerãt plurime: ſecũ dũ eas q̃ ꝑ hoc bellũ vel ad Atheniẽſem vel ad Lacedemo
niorum vrbem cõuenerãt. Tot nãq; vel cõtra Siciliã: vel pro Sicilia ſe illuc cõtulerũt eorũ:
alii vt ſubactæ regiõis participes forẽt: alii vt ſua pariter tutarent̃: aut hic aut illinc ſteterũt,
nõ ſecuti ꝑtes vel iudicio aliquo: vel cognationis gratia: potiuſq̃ prout cuiuſq; caſus tulit:
aut emolumẽtũ aut neceſſitas. Quorũ hec nõia ſunt: qui venerũt in Siciliã cũ Atheniensi-
bus. Atheniẽſes quidẽ cũ ipſi eẽnt Iones: Syracuſanis q ſunt Dores bellũ intulerũt vltro: cũ
q; iis eadẽ lĩgua & eiſdẽ quoq; ĩſtitutis vtẽtes Lẽnii Imbrii Aeginete q tũc Aeginã tenebãt.
Preterea Heſtienſes coloni q Heſtiæam in Eubœa incolũt. Suꝑ hos alii ꝑtim ſubditi: ꝑtim
ſocii ſuis viuẽtes legib⁹: parti tributarii. Ex ſubditis quidẽ Tributariiſq; ac ſtipendiariis: ab
Eubœa Eretreenſes Chalcidẽſes Styrenſes Caryſtii: ab inſulis aũt Cii: Andrii: Teii: ab Io-
nia vero Mileſii: Samii: Chii: quorũ Chii tributorũ immunes ſunt tãtũ nauibus pſtãdis ob
noxii: cetera liberi: quorũ etiã plerīq; ſunt Iones & factiõis Atheniensiũ: ꝑter Caryſtios q in
ter Dryopes numerant̃. Iſti & ſi Iones: tñ aduerſus Dores ab Athenienſibus q̃bus parebant
coacti ſunt ipſos ſequi: ꝑter hos Aeoles quoꝝ Metymnæi naues nõ tributũ pẽdebãt: Tene
dii atq; Aenii vectigales erãt. Hi Bœotiis q Aeoles vt & ipſi ſunt: atq; etiã eorũ cõditores
cũ Syracuſanis neceſſitate hoſtes fuerũt. Itẽ Platæenſes ex Bœotiis ſoli Bœotiis iure ĩimi
citiarũ hoſtes. Rhodii quoq; atq; Cytherii: Dores vtriq;: ſed tñ Cytherii Lacedæmoniorũ
coloni pro Atheniẽſibus cõtra Lacedemonios: q cũ Gylippo erãt tulerunt arma: & Rhodii
Dores: vtpote ab Argiuis oriundi cõtra Syracuſanos: q Dores ſunt. Itẽ cõtra Geloos colo-
niã ſuã militantes cũ Syracuſanis vtriq; neceſſario. Inſularũ quoq; circa Pelopõneſum Ce
phalẽſes atq; Zacynthii liberi illi quidẽ: tñ q; eſſent Inſulani Atheniẽſes potius q mari po-
tiebant̃, ſequi cogebant̃. At Corcyræi nõ modo Dores ſed Corinthii plane. Corinthiis atq;
Syracuſanis cũ horũ coloni illoꝝ cognati eſſent: tñ hoſtes erãt tũ officii gratia erga Athe-
niẽſes: qnibus parebãt: tũ libẽter propter odiũ Corinthioꝝ. Etiã qui nũc Meſſenii vocitant̃
e Naupacto ex Pylo q̃ tũc ab Atheniẽſib⁹ tenebat̃. Itẽ Megarẽſiũ exules nõ multi numero.
Megarẽſibus q Selinũtini ſunt aduerſi erãt aduerſitate fortune: ceteroꝝ ſociorũ magis vo
lũtariũ cõmilitiũ fuit. Nã Argiui ſocietatis gratia potius q̃ inimicitiarũ cũ Lacedæmoniis
& ſuæ cuiuſq; ad pñs vtilitatis. Dores aduerſus Dores ſecuti ſunt Atheniẽſes q ſunt Iones
Mãtinei atq; alii Archades mercede cõducti: aduerſus aptos perpetuoſq; ſibi hoſtes aſſueti
ire: tũc lucri gratia: nihilomin⁹ eos Archades q cũ Corinthiis venerãt pro hoſtib⁹ habebãt
Nec nõ Cretes & Aetoli Stipẽdio & ipi adducti. Cõtigitq; vt Cretes q vna cũ Rhodiis Ge
lã cõdidiſſent: nõ ꝓ colonis ſtarẽt: ſed cõtra illos vltro ſtipẽdia facerẽt. Acarnanũ quoq; nõ
nulli cũ lucri, tũ multo magis demerẽdi Demoſthenis gratia: & erga Atheniẽſes beniuolẽ-
tia ſocia arma ĩ auxiliũ cõtulerũt. Et hi q̃dẽ ĩtra fines Ionii ſinus. Ex Italicis aũt Thurini &
Metapõtini q eo neceſſitat[ venerãt ſeditiõis reip. tẽporib⁹: vt cõites militie aſſumerentur
Ex Siciliẽſib⁹ Naxii & catanẽſes, Barbaroꝝ ægeſtani q belli auctores extiterãt: & pleriq; Si

Populorũ nõia q cũ Atheniẽſi bus in Siciliã nauigarunt.

Illoꝝ noīa populoꝝ q Syracuſanis affuetunt.

culorũ. Extra quoq; Siciliã nõnulli Tyrrhenoꝝ ꝙ Syracuſanis aduerſarii eſſent & Iapyges mercenarii. Tot adeo gẽtes Athenīẽſiũ ſunt auſpicia ſecuti. E diuerſo aũt Syracuſanis auxilio fuere Camarinẽſes illoꝝ finitimi & q poſt hos ĩcolũt Geloi. Nã Agrigẽtini quoꝝ vrbs ordine ꝓxima eſt a ꝑtibꝰ aberãt. Secũdũ hos ſiti Selinũtini Syracuſanas ꝑtes ſectati ſunt: & qui eã Siciliȩ partẽ ĩcolũt q̃ ĩ Libyã vergit. Ex ea aũt q̃ ĩ mare Tyrrhenũ: Imæreí qui ſoli oĩm e grȩcis illic habitãt; ſoliq; illinc auxilio venerũt. Atq; ii demũ ex Sicilia Grȩcȩ natiõis. Fuerũt auxilio & Dores & q ſui iuris erãt: & ex Barbaris ſoli Siculi qcũq; nõ trãſierãt ad Atheníẽſes. Ex iis q extra Siciliã ſunt Grȩcis Lacedȩmonii ducẽ Spartiatã ꝓſtiterũt: cȩteros cum mãcipiis libertini nuꝑ in ciuitatẽ aſcripti a Lacedȩmoniis libertate donati: Corinthii ſoli & claſſẽ & peditatũ: Leucadii quoq; ꝓpter cognationẽ, Ambraciiq; venerũt: ex Arcadia mercenarii a Corĩthiis, & Sicyonii neceſſitate militãtes: ex iis q extra Pelopõneſum ſunt Bœotii: ſuꝑ has aduẽticias copias, ipſi Siciliẽſes magnȩ vtiq; ciuitates ingentẽ ꝑinde vĩ oĩs gñis hoĩm ſuppeditauerũt. Siquidẽ & armatos ſane multos & naues & eqtatũ, & aliã innumerã multitudinẽ cõtraxerũt. Verũ prȩ oĩbus (vt ſic dicã) aliis Syracuſani ipſi plus copiarũ ꝓſtiterũt: tũ pro ciuitatis, tũ pro ꝑiculi magnitudĩe in quo erãt. Atq; hȩc vtrorũq; cõtracta auxilia fuere: ac tũc ꝓſto vtrinq; ꝑti ſua: neutriq; alia vlla poſtmodũ ſuꝑuenere. Igitᷣ nõ immerito Syracuſani ac ſocii ꝑta nauali victoria pulchrũ ſibi certamẽ arbitrabanᷣ debellãdo oĩm Atheníenſiũ q tãtus eſſet exercitus: vtraq; ꝑte illũ mari terraq; effugere ꝓhibẽtes. Prȩcludũt itaq; cõtinuo maioris portꝰ os octo ferme ſtadioꝝ trãſuerſis triremibꝰ onerariis aliiſq; nauigiis ea ãchoris ſtabiliẽtes: cæteraq; ſi adhuc Atheníẽſes pugnare conẽᷣ expediũt: nihil etiã ꝑuũ ꝑuifaciẽtes. A qbꝰ Atheníẽſes ſe intercludi cernẽtes; & reliqua q̃ iidẽ deſtinauerãt intelligẽtes: cõſultãdũ ſibi putauerũt: cõgregatiq; duces ac ꝑfecti cũ ꝓpter alias difficultates: tũ ꝑcipue ꝓpter inopiã cõmeatus: quẽ nec vllũ in ꝑſens habebãt; quia ꝑmiſſis Catanã nũtiis tanq̃ ꝓfecturi ne quid ad ſe deueherenᷣ mãdarãt: nec in poſterũ habituri erãt: niſi claſſe ſuꝑarẽt: cẽſuerũt ſuꝑiores muros eẽ deſerẽdos occupatũq; ãte naues locũ q̃ minimo poſſent muro cõcludẽdũ: vt ẽſiliũ atq; ægrotorũ capacẽ & hũc ꝑſidio cuſtodiẽdũ: cȩtero peditatu cũctas naues ĩplẽdas qcũq; & idoneæ & nõ idoneæ ad curſum forẽt oĩbus rebus in eas cõgeſtis: ac ꝑliũ nauale cõmittẽdũ: vt ſi ex eo victores diſcederẽt Catanã ſe reciperẽt: ſin ſecus incẽſa claſſe pedeſtri itinere, atq; agmine abirẽt qua ꝑte breuiſſime locũ aliquẽ, ſeu Barbaricũ ſeu Grȩcũ q amicus eẽt adipiſcerenᷣ. Quȩ poſteaq̃ agi placuit illico acta ſunt. Nam e ſuꝑioribus muris ad littus deſcẽderũt: naueſq; vniuerſas cõpleuerũt cũctis ĩgredi exactis qcũq; ꝑ ætatẽ quoquo modo idoneꝰ eẽt. Vniuerſȩ aũt fuere ad cẽtũ ac decẽ. In quas ĩpoſiti ſunt cõplures ſagittarii atq; iaculatores Acarnanũ aliorũq; militũ peregrinorũ: ac cȩtera q̃ cũq; ab hominibꝰ eiꝰ neceſſitatis eiuſq; cognationis imponi licebat. Hȩc cũ plȩraq; iam in expedito forẽt: Nicias intuens milites cõſternato eſſe animo: ꝙ prȩter ſolitũ in pugna nauali longe inferiores fuiſſent: ꝙq; prȩ inopia cõmeatus ſummȩ rerũ ſine mora facturi eſſent conuocauit prius omnes: exhortatuſq; eſt in hunc modum oratione habita.

Oratio Niciæ ad Milites.

Concio Niciæ.

Milites, & q Atheníẽſes, & q ſocii eſtis certamẽ quidẽ qđ nobis inſtat ꝑcipue oĩbus cõmune eſt: vbi de ſua quiſq; ſalute ac patria nõ minus q̃ hoſtes noſtri laboramꝰ: qui ſi vincimus nunc in hac pugna nauali: licebit nobis ſuam cuiq; ciuitatem reuiſere. Verũ nõ debetis abiecto animo eſſe: neq; id pati qđ inexpertiſſimi hominũ ſolent: q ſi primis in prælíis male ſucceſſit: nunq̃ deinceps ſpem habẽt: ſemper timẽtes ſimilem calamitatem. Sed vos quicũq; adeſtis Athenienſes permulta iã bella experti: voſq; ſocii Athenienſium perpetui cõmilitones; memẽtote inopinatos bellorũ eſſe euẽtus; ancipitẽq; fortu

nã: & ſi eã a nobis ſtare ſperabamus. Eoq; vos ad pugnandũ pręparare quẽadmodũ pugna-
re par eſt: tãtam veſtrũ multitudinẽ quã videtis. Nam qđ ad nos attinet q̃cunq; ipſi vtilia
fore animaduertimus circa portus anguſtias, & futurũ nauiũ tumultũ: cõtraq; illorũ pro
cõtabulationibus propugnaculiſq; apparatũ: vnde nobis ante hac nocitũ eſt: ea oĩa nos cũ
gubernatoribus ex p̃ſenti copia prouidimus cõparauimuſq;. Nã ſagittarii ꝑmulti atq; ia-
culatores in naues aſcẽdẽt: & tãta hominũ multitudo quãta pugnãtes quidẽ in libero ma
ri nõ vteremur: quoniã ad exercendã diſciplinã rei naualis impędimẽto eſt onus nauiũ: ſed
hic futura vtilis vbi e nauibus pręliũ pedeſtre faciemus. Excogitauimus prętereа cũ alia q̃
in nauibus ędificãda fuerũt: tũ vero aduerſus craſſitudinẽ lignorũ: q̃ prominet e proris il-
lorũ: qđ p̃cipue nobis obfuit ferreas manus: q̃ nauẽ hoſtilem cũ ſimul ĩcurrerit: retro ſe reci-
pere prohibeãt: ſi modo qui ſupſtabũt hoc opus exequant. Huc eñ redacti ſumus: vt de na
uibus pedeſtre p̃liũ geramus: & prout cõſtat nobis expediat: vt neq; ipſi reſiliamus a cõple-
xu claſſis aduerſę: neq; illã a nobis reſilire ꝑmittam⁹: p̃ſertim cũ terra futura ſit hoſtilis pręr-
ter eã vbi noſter peditat⁹ exinſiſtet. Quę vos tenẽtes memoria pugnare debetis: quoad ſup
petũt vires: nec ſinere vos ad terrã propelli: & cũ nauis in nauẽ impegerit: nõ prius eas diri-
mẽdas putare: q̃ armatos q pro tabulato hoſtili ſtãt detruſeritis. Atq; ĩ hęc nõ min⁹ q̃ nau-
tas vos exhortor: q iuſta arma geritis: ſed vel magis quãto eoꝝ hoc opus ẽ: q deſup pugnãt:
& veſtra ĩtereſt ſicut alias: ita nũc quoq; plæraq; pedeſtri acie vincere. In quo ipſo vos etiam
nautę hortor atq; obſecro ne admodũ pcuſſo aĩo ſitis ob acceptas calamitates: cũ & melio-
rẽ e tabulatis habeatis apparatũ: & naues plures. Quinetiã illã animo cõcipite voluptatẽ
dignũ vobis eſſe: vt vos periculo eximatis: & q Athenĩẽſes nũcupamini: & q nõ eſtis: tñ pro
pter cõmertiũ linguæ, ac ꝓpter æmulationẽ noſtrorũ inſtitutorũ, apud omnẽ græciã incly
ti extitiſtis cõſortes etiã imperii noſtri: eatenus certe quatenus ad cõmodũ veſtrũ ſpectabat
vt cũ terrori eſſetis ſubditis veſtris: tũ vero ab aliis lędi nequiretis. Itaq; cũ ſoli libere ſocii ſi
tis imperii noſtri: merito nũc illud cauete ne prodatis. Sed cõtẽnẽtes quos ſæpenumero ſu-
peraſtis: Corinthios pariter ac Siciliẽſes: quorũ nemo q̃diu noſtra claſſis viguit reſiſtere au-
ſus eſt: eos propulſate: oſtẽditeq; veſtrã peritiã, etiã ęgrotãtiũ atq; afflictoꝝ antecellere alie
no robori vel expta felicitate ſubnixo. Rurſus iis q ĩter vos Athenĩẽſes ſunt hæc ĩ memoriã
redigo: neq; naues alias his ſimiles apud naualia: neq; aliã armatoꝝ iuuẽtutẽ vobis reliquã
eſſe: & ſiquid aliud cõtingat vobis: niſi vincere: protinus hoſtem illinc huc nauigaturũ ad-
uerſus noſtros hic relictos qui inualidi erũt ad eos qui illic fuerint & q ſuperuenerint tutan-
dos. Voſq; cõtinuo partim in Syracuſanorũ venietis poteſtatẽ: cõtra quos qua mẽte veni
ſtis ipſi vobis conſcii eſtis: partim in Lacedęmoniorũ qui illinc ſtant. Quare cũ vobis de his Peroratio.
duabus rebus certamen ſit cõſtitutũ: ſi vnq̃ antehac nũc maxime annitamini memores, &
ſinguli & vniuerſi: claſſem hãc quæ nunc pugnatura eſt: eã demũ eſſe Athenienſiũ, & pedi
tatũ & naues & vrbẽ & ciuitatẽ reliquã: deniq; magnũ nomẽ Athenarũ: pro quibus ſiqua
in re alium alii pręſtat: aut peritia aliqua: aut animi p̃ſtantia: is nunq̃ opportunius q̃ hodie
ſe oſtentauerit: ne ſibi ipſi vtilis & cæteris ſalutaris futurus. His Nicias ſuos exhortatus: e
veſtigio iuſſit vt naues conſcenderent: qđ Gylippo atq; Syracuſanis in promptu erat ſen-
tire: quippe illos qui ſeſe ad pugnandum pręparare cõſpicerent: facti etiam certiores de ma
nibus ferreis: quas in ipſorum naues iniecturi eſſent Athenĩẽſes. Ideoq; ſicut aduerſus alia:
ita aduerſus hoc remedia adhibuerunt. Proras enim & bona ex parte ſuperiora nauiũ coriis
contexerunt: vt in his nihil haberet manus iniecta qđ prehenderet: ſed laberetur: Quę poſt
q̃ pręparata ſunt omnia iidem qui hæc militibus pręparauerũt: duces eorum ac Gylippus
talia apud illos verba fecere.

## Oratio Gylippi ac Syracuſanorum ad Milites.

Cōcio Syracuſanorū ac Gylippi.

QVod pręclare ſe habeāt q̄ hactenus geſſimus:ꝙꝙ de ꝓclaris ī poſterū rebus certa-
mē nobis futuꝝ ſit Syracuſani atq; ſocii:vt videmini plęriq; cognoſcitis. Non em̄
tā prōpte ꝑlia adiſſetis. Siquis tñ id non perinde ac debet ſentit: hūc edocebimus
Athenięſes huc ſe loci cōtuliſſe primū ad Siciliā ſubigēdā. Deīde ſi cœptis bene ceſſiſſet ad
ſubigēdā Pelopōneſum:cęteráq; Græciā. Hos maximo īperio ꝓditos cūctorū & ſupiores &
noſtrę memorię Gręcoꝝ vos primi oīm reſiſtētes claſſe,q̄ illi cūcta obtinebāt aliquoties ſu-
peraſtis: & nūc vt fides eſt ſupabitis. Nā q bellū inferūt iis qbus ꝓeſſe ſe dignos putāt:ſi ſæ-
pe decepti & ſua quā ꝓſumpſerāt opinione īfirmiores ſuccūbāt:horū mox animus ſicut an
tea ſupra vires:ita poſtmodū īfra vires eſt:id ꝙ nūc Athenięſibꝯ accidere credibile eſt. At
vobis q cū adhuc īperiti eſſetis tñ obſiſtere auſi eſtis:nūc validioribꝯ effectis accedēte ꝑſua-
ſione veſtrę ſtrenuitatis eximię:ꝙ ſtrenuiſſimos ſupaſtis duplex adeſſe ſingulis ſpes debet:
vna & ea maxima:q̄ perinde maximam fiduciā ꝓbet:ꝙ multa a nobis ad audiendū cōpara-
ta ſunt:altera ꝙ hęc ipſa ab illis mutuati ſumꝯ:nōnihil noſtro more, noſtraq; cōſuetudine
faciētes:ꝑ ꝙ nō incōpoſiti aduerſus ſingulas eoꝝ naues erimus. At illic cū ſolito frequētio
res armati tabulatis ſupſteterint ex magna pte:vt ſi dicā terreſtres iaculatores veluti Acar
nanes:aliiq; id genꝯ hoīm:q ne ſedētes quidē inueniēt qūo tela emittere debeāt:q ni ſtātes
in nauibus aberrabūt a noſtris hominibꝯ feriēdis: & inter ſeipſos alius alio modo titubātes
tumultuabunt:qbus ne multitudo quidē nauiū ꝓderit. Eas & ſi plures q̄ noſtrę ſunt:ne qs
veſtrū reformidet. Illę em̄ cū multę ſint tardiores erūt ad id exequēdū ꝙ gubernatores vo
lēt:opportuniſſimę aūt machinamētis q̄ ad eas affligēdas cōparauimꝯ:ꝙ veriſſimū eē co
gnoſcatis licet ex iis q̄ vos arbitramur apte audiſſe. Ingētibus iſti malis euicti: & ꝑīti rerū
penuria vrgēte:ad deſperationē redacti ſunt:nec tā apparatui ſuo cōfidūt:q̄ id ꝙ poſſunt
temeritati fortunę:vt aut perrūpētes claſſem noſtrā elabant̄: & ī altū vela faciāt:aut ſi hoc
nequeant terreſtrē profectionē moliant̄:numerū vt in hoc rerū ſtatu nō deteriora ſecuturi.
Cū iſtis igit̄ tā cōfuſis hominibꝯ: & quos fortuna ſua tradidit infeſtiſſimorū hoſtiū animo
pugnā cōſeramus:exiſtimātes ęquiſſimū eſſe ſimul de aduerſariis q ad nos vexandos vene
rūt ſumere vltionē: & ſaturare animi iracūdiā:ſimul īimicos ꝓpulſare:rē nobis maxime vo
luptati futurā:quoties alicubi narrabit̄. Nā ꝙ inimici atq; īimiciſſimi nobis ſint iſti oēs co-
gnoſcit|:q huc ad nos ī ſeruitutē redigēdos traiecerūt:ſi ꝓſpere pugnaſſent:nos viros ſum
mo ſupplicio,noſtros liberos atq; vxores extrema deformitate, totā deniq; ciuitatē maxīa
ignominia affecturi. Quibꝯ de cauſis nemo veſtrū molli aīo eē debebit:neq; ꝓ lucro ducere

Peroratio.

ꝙ illi abeāt nullo ꝑiculo noſtro. Nā ſine ꝑiculo noſtro abibūt etiā ſi vicerit. Si vero id effece
rimus ꝙ facere debemus & volumus:vt iſtos puniamus cūctęq; Sicilię priſtinā agri cola-
tionē,ac libertatē reſtituamꝯ etiā certiorē q̄ ātea fuerat:ꝑfecto pulchrū nobis hoc certamē
eſt: & rariſſima taliū ꝑiculoꝝ occaſio:vt ex aduerſa fortūa minimū dāni fiat:ex ꝓſpera plu
rimū lucri. His verbis Syracuſanorū duces/ac Gylippus ſuos & ipſi milites adhortati inui

Nicias ī rerū deſperationem venit.

cē naues īplēt:ſimul ac Athenięſes idē facere ſenſerūt. At Nicias ꝓſenti rerū cōditiōe atto-
nitus:ꝙ cerneret quale periculū eſſet q̄q; vicinū:cū tantū nō iam proceſſuri eſſent:reputāſ
q; qualia in atrocibus ꝓliis cōtingere ſolent:exiſtimabat nihil dū ſatis præparati apud ſuos
eſſe:nec ſe ſat| e-ſdē alloquutū. Rurſus itaq; ſigillatim trierarchas vocat eos honorifice &
patrū & tribuū & propriis nominibus appellans:oratq; prout in quoq; aliquid decoris erat
ne dignitatē ſuā prodat:ne ve ii quorū egregia maiorū facinora extabāt domeſticam virtu
tē ac gloriā obliterarēt. Admonebat eoſdē patrię quę omniū liberrima eēt: & ſuarū cuiuſq;
facultatum in illa ad victū repoſitarum. Alia prætereā cōmemorans quæ tali tempore tam

poſiti hoĩes dicerẽt:nõ qui captarẽt:videri cuiq; priſcorũ vti oratiõe referẽdo q̃ de ſingulis
cõueniẽtia ſunt dici:de vxorib⁹,de liberis,de diis patriis,ſed q̃ in p̃ſenti pauore vtilia dictu
putãtes exclamãt.Hæc Nicias nõ tã ſufficiẽtia q̃ neceſſaria ſe locutũ ratus digredit̃ ab iis
ac peditatũ ducit ad mare:& in ordines q̃primũ põt collocat:vt iis q in nauibus forẽt q̃ ma
xime pdeſſet ad fiduciã p̃ſumẽdã. Demoſthenes aũt & Menãder & Euthydemus:ii em̃ du
ces in naues Atheniẽſiũ aſcẽderãt:mouẽtes a loco caſtrorũ,ſine mora nauigarũt ad fauces
portus iã p̃occupatas p̃cluſaſq; ne illac exiret̃:habẽtes in aĩo perrũpere in exteriora. In quos
vt vndiq; ingruerẽt Syracuſani ac ſocii: totidẽ fere nauib⁹ prius mouẽtes earũ parte exitũ
portus,pte reliquũ portũ in orbẽ tutabant̃:peditatu pariter eis auxiliũ ferẽte:quocũq; in lo Sicanus.
co naues ſubſtitiſſent.Præerãt aũt claſſi apud Syracuſanos Sicanus & Agatharchus ĩ ſuo Agathar-
cornu vterq;:medium Pythẽ & Corinthii tenebãt. Atheniẽſes poſtea q̃ ad obſeſſas fauces chus.
ſubiere primo ĩpetu cõgreſſi ſunt:collocatũq; ex aduerſo nauiũ agmẽ ſupauere:illarũq; re-
tinacula ſoluere tẽtabãt.Sed mox inuectis in eos vndiq; Syracuſanis ac ſociis:nõ iã pro an
guſtiis exitus tantũ:ſed etiã intra portũ prẹliũ gerebat̃:eratq; atrox quale nullũ ſuperiorũ:
multa etiã ferocia vtriſq; ad alteros ĩcurſandos p nautas qñ vociferãs exhortatio exiſtebat
multa quoq; ĩter aduerſos gubernatores artis aduocatio atq; cõtẽtio:epibatis ſubſeruienti
bus quoties nauis nauẽ ĩcurreret:ne q tabulatis ĩſiſtebãt aliorũ deſtituti artificio deficerẽt.
Vnuſquiſq; ĩ loco ſibi aſſignato nitebat̃ prius extare.Cẹterũ cõfligẽtib⁹ tot in tã breue ſpa
ciũ nauib⁹ & earũ plẹriſq; ĩ anguſtiſſimo:exiguũ em̃ ſpacii reliquebãt ducentes naues:rari
excurſus fiebãt:nulla facultate aut retrocedẽdi aut excedẽdi:ſed frequẽtiores ĩplicationes:
prout q̃q; nauis ĩ alterã incidiſſet:ſiue ĩter fugiẽdũ ſiue ĩter alteri occurſandũ. Et q̃diu alia
nauis ĩuadebat:tãdiu ii q pro tabulatis erãt abũde miſſilib⁹ vtebant̃ iaculis,ſagittis, ſaxis.
Cũ vero cõſerebant̃ Epibatẹ ad manus veniebãt conãtes vtriq; ĩ alienã trãſgredi nauẽ.Cõ Epibatẹ.
tingebatq; multis ĩ locis cũ in arcto ſtipatẹ naues eẽnt:vt hi ĩ illorũ naues trãſilirẽt:& alicu
bi ſingulas binẹ aut plures neceſſario coartarẽt & gubernatores aliarũ tutela:aliarũ ĩſidiæ:
neq; id p vices:ſed pariter vndiq; circũſiſterẽt: ingẽſq; multarũ inter ſe cõcurſantiũ nauiũ
ſonit⁹ & pauorẽ p̃bebat:& auditũ eorũ q̃ videbant̃ adimebat.Multa em̃ vtriq; adhortatio
p̃poſitorũ ac vociferatio exiſtebat:tũ ex arte gubernatoria:tũ ex p̃nti cõtẽtiõe vĩcẽdi. Athe
niẽſiũ q̃dẽ ſuis,vt prũperẽt exclamãtiũ:vtq; ſi qñ alias nũc p̃rõpti⁹ eniterent̃ pro ſalute ſua
proq; ĩ patriã reditu.Syracuſanoꝝ aũt ac ſocioꝝ,q̃ eis pulchrũ videbat̃:vt p̃hiberẽt eos ef
fugere:& ſuã qſq; patriã gloria vĩcẽdo augerẽt.Duces quoq; vtriuſq; claſſis hoc ãpli⁹ ſicu
bi aliquã animaduertiſſent nõ neceſſaria cauſa nauĩ ceſſim ire: accitũ noĩati eius Trierar-
chũ percõtabant̃.Atheniẽſes quidẽ nũ cederet:quia terrã iã hoſtiliſſimã magis hoſpitalẽ q̃
mare nõ exiguo labore obtẽtũ arbitraret̃?Syracuſani vero nũ quos plane ſciret in aĩo habe-
re quoquo modo effugiẽdi hos fugiẽtes ipſe fugeret? Cũ apud hos ancipiti Marte dimica-
tur vtrorunq; peditatum ingens certamen & animorũ contentio tenebat:Syracuſanũ de-
maiori q̃ parauerat decore ſibi cõparando: Athenienſem:ne ſecũ peius q̃ cũ Claſſiariis age
retur.Nam cum omnes facultates Athenienſium in naues impoſitæ eſſent: inerant ei fu-
turi metus: vt nemini tantus: & eo vehementior q̃ ſuperne ex edito loco pugnam naua-
lem ſpectare cogebatur.Nam cum eſſet e vicino ſpectaculum & omnes pariter eodẽ intue-
rentur:ſiqui ſuos alicubi vincentes aſpexiſſent animos attollebant:& ad inuocandos deos
ne ſe ſalute fraudarẽt:cõuertebant̃.Qui autẽ ſuos vinci ii planctu atq; vociferatione vtebã
tur.Adeo magis animo frangebãtur ex iis q̃ fieri videbãt:q̃ ii qui in ipſo opere verſabantur
Nõnulli ſicubi anceps certamẽ cernerent:q̃d acre & pertinax eſſet:ipſis corporibus,prout
animo affecti erant:præ metu innuebant:geſtuſq; agebant tanq̃ & ipſi pugnarent:& in ea-

dem qua illi ęrūna verſabantur. Aſſidue nāq; exiguū intra ſpaciū aut fugiebāt aut trucida
bant. Apud eundē Athenienſiū exercitū q̃diu claſſes cominus dimicabāt licebat oīa pa
riter audire lamēta: clamores: vincētes: ſuccūbentes: & alia quęcunq; magno in diſcrimine
exercitus ædere plurifariam cogit: his æqualia patiebant & ii qui in nauibus erāt. Cæterū
Syracuſani ac ſocii cū perdiu obſtinate pugnatū eſſet claſſem Athenienſiū in fugā vertūt:
& inuecti ſtrenue cū magno clamore atq; exhortatione terrā verſus perſequūtur. Tūc nau
ticus exercit⁹: alia atq; alia parte: quicūq; exteriores capti nō erāt: citato curſu caſtra ſubie
rūt: ne peditatus quidē amplius in ambiguo eſſe: ſed vniuerſi ploratu gemituq; miſerātes:
ea q̄ fiebant vno impetu: partim ad ſubueniendū nauibus tendūt: partim ad reliquā partē
murorꝝ tuendā: alii: quę maxima portio erat: iam pro ſeipſis qua ſibi ſalutē pararēt circūſpe
ctāt. Fuit aūt eo momento pauor tantus: vt nullus ex ſuperioribus extiterit maior. Ac tale
quiddā paſſi ſunt quale ipſi fecerūt ad Pylū vbi Lacedęmonii amiſſa claſſe perierūt: & illi in
ſulam trāſgreſſi, ita in terra nūc Atheniēſes, niſi quid inopinatū accideret ſaluos ſe fore de
ſperabāt. Poſt geſtam acerrime pugnā naualem, in qua multę naues ac multi viri perierūt:
Syracuſani atq; ſocii victoria potiti, naufragiis etiā ac cæſorū corporibus potiti ſunt: reue
ctiq; ad vrbē trophæum ſtatuerūt. Athenienſes autē præ magnitudine præſentiū malorū:
ne cogitauerūt quidē de mortuis ac naufragiis repetēdis: ſed cōſultabāt de abeundo proti
nus per noctē: & Demoſthenes Niciam adiēs cēſebat faciendū vt repletis reliquiis nauium
ſub aurorā erūperent portu: ſi poſſent: ꝙ dicerēt plures adhuc ipſis vtiles naues ſupereſſe q̄
hoſtibus. Supererāt enim eis naues circiter ſexaginta: hoſtibus minus quinquaginta. Cui
conſilio cū Nicias aſſentiret, vellentq; naues implere: nautæ introire abnuebāt: vt qui per
culſi aīo erāt: ꝙ male pugnaſſent: nec credebāt ſe poſt hac eſſe ſuperiores. Ita cūcti ad diſce
dendū terreſtri itinere animū adiecerunt. Horū conſiliū ſuſpicatus Hermocrates Syracu
ſanus ratuſq; atrocē rem fore: ſi tantus exercitus itinere pedeſtri proficiſcēs alicubi ſubſide
ret: vnde rurſus cōtra ipſos faceret bellū: adit magiſtratus, negatq; oportere cōtēni noctur
nā hoſtium profectionē: cōmemorās hæc & alia quę ipſi videbant. Sed potius egredi oēs
Syracuſanos pariter & ſocios ad obſtruendas vias occupandaq; locorū anguſta atq; cuſto
dienda. Hoc alii, nihilo illi quidē minus, q̄ Hermocrates intelligebāt: & eſſe faciendū puta
bāt: ſed homines ab ingēti certamine reuerſos libētius iā quieturos: & eo ægrius īperata fa
cturos: ꝙ dies feſtus inſtaret: inſtabāt eñ eo die ſacrificia Herculis in quo præ ingēti victo
riæ gaudio plęriq; ſe cōuerterēt ad potandū: omnia deniq; ſperanda citius illis perſuaderi
poſſe: q̄ vt in pręſens ſumerēt arma ad exeundū. Talia reputātes ac difficilia factū exiſtimā
tes magiſtratus cū inducere nō poſſet Hermocrates: vereturq; ne Athenienſes per ſilentiū
noctis tranſeuntes ardua maxime loca occuparēt: hoc per ſe cōmentus eſt. Quoſdā e comi
tibus ſuis equeſtres mittit ad hoſtiū caſtra obſcura iā nocte: qui eo vſq; pręuecti vnde quis
exaudiri poſſet: quaſi eſſent Athenienſiū ſtudioſi quales quidā in vrbe erāt: Niciā de rebus
vrbanis certiorē facere ſoliti: euocatis certis iuberēt referri Nicię: ne mouerēt ea nocte tanq̄
Syracuſanis itinera obſidētibus: id potius poſtridie per ociū īſtructo agmine faceret. Hæc
cū miſſi dixiſſent diſceſſere: cūq; eadē ii qui audierāt ducibus Athenienſibus retuliſſent du
ces ipſi ob eū nuntiū hac nocte cunctandū cēſuerūt: nullā ſubeſſe fraudē opinati: & q̄a non
ſtatim prodiſſent: etiā die inſequēti, vt ſe milites pro facultate cōmodiſſime inſtruerēt ma
nendū: ac relictis cæteris rebus omnibus abeundū: pręterq̄ iis quæ ad vſum corporis perti
nerēt. Syracuſani interea ac Gylippus cū peditatu priores egreſſi itinera paſſim quibus il
los trāſituros credibile erat obſtruxerūt: & ad riuorū ac fluminū vada poſuere præſidia: &
alia opportuna excipiēda hoſti loca qua viſum eſt vt illū trāſitu arcerēt. Super hæc inuecti

Hermocratis ſuaſio.

Syracuſani Athenienſibus abeundi vias pręcludūt

claſſe naues Athenīēſiū ab littore abſtraxerūt: quaꝝ aliquot cōcrematis, qđ facere ipſis quo
ꝙ Athenīēſibꝰ in aīo fuerat: cęteras ꝑ otiū inhibēte nemine, vt queqꝫ alicubi quaſſata reli-
gatas portauerūt in vrbē. Poſt hęc Nicias ac Demoſthenes vbi ſatis ipſis viſum eſt ſuos in-
ſtruxiſſe: tertio a pugna nauali die mouērt. Res acerba oībꝰ nō eo ſolū noīe ꝙ oī claſſe amiſ
ſa decederēt: e magna ſpe redacti in diſcrimen & ſuū & ciuitatis: verū ꝙ relinqre caſtra eſſet
cunctis triſte ſpectaculū: ſenſuqꝫ & cogitatiōe miſerū. Nā cū mortui inſepulti eſſent: quo- Lamēta-
ties qs aliquē neceſſarioꝝ iacentē cōſpexerat mœrore pariter & metu afficiebāt: ſed multo bilis casꝰ
mœſtiores reddebāt erga vulneratos atqꝫ ęgrotos: tanq̃ defunctis miſeriores quos relinque
bant. Nā ad cōplorationē ſe atqꝫ eiulatū cōuertētes illi miſeri quid agerēt neſciebant: vt ſe
ſocii abducerēt obſecrabāt: noīatim vnūquēqꝫ iclamātes: & ſicubi qs vidiſſet vllū aut Soda
liū aut familiariū aut cōtubernaliū iam abeuntē pendentes ab eis & quoad poterāt inſequē
tes: & ſi quos prius vires mēbroꝝ defeciſſent: nō ſine multis obteſtationibꝰ ac ploratibꝰ de
ſerebant. Prorſus vt omnis exercitus lachrymis cōpleret: & prę huiuſcemodi angore nō fa-
cile diſcederet: q̃uis ex hoſtico: & maiore q̃ quē lachrymis oſtēdebāt: mœrore tū ex iis quę iā
paſſi erant: tum ex iis quæ intra ſe ne paterent formidabāt. Nec mœſti tantū: ſed etiā ſibiip
ſis admodū ſuccēſentes: nihil eñ aliud q̃ expugnatæ ciuitati & quidē nō exiguæ quæ pro-
fugeret ſimiles videbant. Quippe vniuerſa multitudo ſimul ꝓficiſcentiū nō erat infra nu- Atheniē
merū quadraginta miliū. Quoꝝ cæteri oēs vt quiſqꝫ poterat ſibi vtilia: Pedites aūt Equites ſiū abeū-
ꝗ ꝑter cōſuetudinē ſua ipoꝝ cibaria ſub armis ferebant: alii inopia comitū, alii diffidentia: tium nu
transfugerant eñ ſerui cū antea multi: tum vero ꝓxime plurimi: neqꝫ hęc q̃ ferebāt ſufficiē merus.
tia erant. Nā rei frumentarię in caſtris iam nihil ſupererat. Cum interim huiuſmodi ærūna
q̃ alias ob hoc ꝙ ęqualis & cōmunis eſt cū multis habet aliquid leuamēti: nūc nihilo magis
eis tolerabilis videbat: pręſertim cogitantibꝰ quanto ex ſplendore priſtinę dignitatis in quē
exitum miſeriāqꝫ recidiſſent. Etenim hæc maxima nouitas exercitui Gręco contigit: vt ad
quos ſubigendos veniſſet: ipſe metu ne potius ab illis ſubigeret abſcederet: & q cū votis &
canticis in expeditione exiſſent: rurſus ab expeditione diuerſa voce ac cōtrario ſono reuer-
terētur: ex nauticis facti pedeſtres: & armato agmini magis q̃ claſſi vacātes: tñ ipſis hæc oīa
tolerāda videbant propter impēdentis iam periculi magnitudinē. Quos Nicias cernens tā
affectos aīo eſſe & vehementer abalienatos adiens exhortabatur ex reꝝ cōditiōe cōſolaba-
turqꝫ: clamore etiā vtens magis q̃ voce: vt ad quoſqꝫ accedebat: vt illoꝝ aīos excitaret: & cū
vellet vt qui plurimū: noſſet prodeſſe eis ex pręſenti quoqꝫ rerum ſtatu.

Oratio Niciæ ad Milites.

Athenīēſes inquit ac ſocii cū nōnulli iam ex aſperiori q̃ noſtra eſt cōditione incolu Concio
mes euaſerint: debetis habere ſpē: neqꝫ ſupra modum vobiſmetipſis ſuccēſere: aut Nicię ad
ꝓpter iacturas quas feciſtis: aut propter indignitatē quā nūc ſuſtinetis. Ego quoqꝫ Atheniē
nihilo meliore q̃ vos cōditiōe ſum: nō viribꝰ, nā quomō ex valitudine affectus ſum cernitis ſes.
non fortunis: qbus cū ad victū tū ad alia pertinētibꝰ, nulli aliquādo inferior cū fuerim: nūc
tamen in pari periculo inter miſerrimos conſpicior: q̃q̃ multo cultu deos, multa iuſtitia ac
bonitate hoīes ꝓſecutus ſum: ꝓpter quæ futuroꝝ ſpes audax illa quidē eſt: ſed certe vos cla
des acceptę iam magis q̃ pro magnitudine perterrēt: q̃ forſitā alleuientur. Nā & ſatis felici-
ter cū hoſtibꝰ actū eſt: & ſi cui deoꝝ inuiſi huc militauimus: ſatis iā dedimus abundeqꝫ poe
narū. Etenim alii quoqꝫ nōnulli aliquando iam bellū aliis intulerūt: qui cū more hominum
egiſſent: tamen tolerabilia paſſi ſunt. Vos quoqꝫ cū ſperare debetis deū mitius nobiſcū eſſe
acturū: quippe qui digniores ſumus miſericordia numinū, q̃ odio: tū nō valde extimeſcere:
cū intueamini voſipſos qualis armatura veſtra ſit: & quantus numerus pergētis agminis.

Quinetiā illud cogitare vbicūqꝫ cōſideretis: ibi ꝓtinus voſipos vobis eſſe ciuitatē vrbēqꝫ:
neqꝫ ab vlla alia Siciliēſi ciuitate, aut veniētes facile receptū, aut alicubi collocatos facile ex
pulſum iri. Iter aūt vt tuto & ordine fiat ipſi obſeruabitis: nihil aliud ſuo quis aīo verſantes:
niſi quocūqꝫ loco quis veſtrū pugnare cogetur: ſe eū obtinendo & patriā, & mœnia ſua ob-
tenturū. Qđ iter ꝓperabimꝰ cōtinenti nocte ac die quoniā exiguū habemus cōmeatum.
Et ſi ꝑueniemꝰ ad aliquod amicū oppidū Siculoꝝ: hi eñ ob metū Syracuſanoꝝ in fide per-
ſtant: tunc demū ſentite tuto vos in loco conſiſtere. Ad quos pręmittite qui iubeat eos no-
bis occurrere pariter: & cōmeatū afferre. In ſumma hoc ſentite cōmilitões neceſſariū vobis
fortibus viris eſſe: vt qbꝰ nullus vicinus locus eſt: in quo ſi ignaue egeritis ſalui eē poſſitis:
& ſi hoſtē euaſeritis: cæteros quidē e vobis cōſecuturos: q̄ reuiſere cōcupiſcitis. Athenien-
ſes aūt magnā ciuitatis veſtrę potētiam etſi collapſam reſuſcitaturos. Viri eñ non mœnia
& naues ſine viris ciuitas ſūt. His Nicias adhortatiōibꝰ milites adibat: ſicubi cernebat eos
Atheniē aut nō cōtinenti aut nō ordinata ſerie ꝑgentes: cogēdo atqꝫ diſponēdo. Nihilominus De-
ſiū abitō moſthenes hęc aut ſiı̄ia apud ſuos dicebat quadrato agmine euntes. Niciæ copiæ ſub ipſo
priores ibant: ſuæ ſub Demoſthene ſequebātur: impedimentis & turba plurima intra ar-
matos recepta. Qui poſteaq̄ ad vada ꝑuentū eſt Anapi amnis offendunt illic inſtructā Sy
racuſanoꝝ ac ſociorū manū. Ea ſummota ac tranſitu potiti vltro ꝓgrediūtur: Syracuſano
equitatu aſſultāte: leuiqꝫ armatura iaculis inceſſente. Atqꝫ hac die confectis quadraginta
fere ſtadiis tumulum quendā inſederunt. Poſtero die diluculo iter ingreſſi cum viginti cir-
citer ſtadia ꝓceſſiſſent: deſcēderunt in cāpeſtrē quendā locū: ibiqꝫ caſtra poſuerunt: volen-
tes ſumere cū aliquid eſculentū e ſuis quiſqꝫ rebus: tū (habitabat̄ eñ locus) aquā illic quā
ſecū ferrent: quoniā multa per ſtadia qua perrecturi erant nihil admodū aquæ eſſet. Interea
Syracuſani trāſitū vlteriorē pręoccupantes inędificarūt. Erat aūt tumulus arduus & vtrin
Lepas. qꝫ rupibus pręceps: cuius vertex vocatur Lepas. Poſtero die iter ingreſſi Athenienſes a Sy-
racuſanis ſocialibuſqꝫ equitibus ac iaculatoribus, quorum magnus erat numerus: vtrinqꝫ
obequitātibus atqꝫ iaculantibus ꝑgere ꝓhibebant̄: & cū diu dimicaſſent tandē in eadē rur-
ſus caſtra rediere: iā nō idē eis ſuppetente cōmeatu: quibꝰ digredi pręhoſtiū equitatu non
liceret. Mane tamē mouētes rurſus ire ꝑgūt: & vi peruadūt ad tumulū: ſed cū inueniūt mu
ro pręcluſum & muro ſupſtantē pedeſtrē aciē ex magna parte ſcutatā: erat autē arctus locꝰ
quē ſubeūtes Athenienſes expugnare nitebant̄: verū cū a tot viris e loco eminenti ferirent̄:
facilius enim ſuperne tela vibrabātur: nec poſſent ꝑrumpere: retro ſe recepere atqꝫ quieuere
cū pręſertim exiſterent tonitrua pariter & imbres: quales anni tēpore in autumnū iam ver-
gente fieri conſueuere: vnde exterriti ſunt: & eo vehemētius ꝙ exiſtimarēt in ſuū exitiū iſta
oīa fieri. His quieſcētibꝰ Gylippus atqꝫ Syracuſani partē quandā copiarū mittunt ad hos
muro intercludēdos a tergo qua venerant: qđ tamē fieri & iſti miſſis e diuerſo quibuſdā ſuo
rū ꝓhibuere. Mox cū omni manu regreſſi propius campū cōſedere. Poſtero die cū ꝓgrede-
rent̄: eos vndiqꝫ circūfuſi Syracuſani adoriuntur: multos ſauciant: retroqꝫ ſe cū in ipſos im-
Atheni- petū Athenienſes facerēt ſubducebant: cū abirent ingruebāt: poſtremis quibuſqꝫ pręcipue
enſes ob infeſti: ſi forte mēbratim illos territādo totū agmen auerterēt: & diu hūc in modū reſtitere
ſeſſi. Athenięſes dehinc ꝓgreſſi quinqꝫ ſex ve ſtadia in cāpo cōquieuere: ab eiſqꝫ in ſua caſtra redi
ere Syracuſani. Sub noctē Nicię ac Demoſtheni placitū ē quoniā male ſecū agerent̄: tū gene-
rali iā inopia cōmeatus: tū multitudine vulneratoꝝ ab hoſtibꝰ, identidē aſſultātibꝰ, accen
ſis q̄ plurimis ignibꝰ abducere exercitū: nō tamē eadē amplius qua conſtituerant via: ſed e
cōtrario q̄ Syracuſani cuſtodiebant mare verſus. Ferebat aūt hęc via: nō in Catanā: ſed in
aduerſam prorſus Sicilię orā: in Camarinęā: in Gelā: in alias circa vrbes vel Gręcas vel Bar

baras. Accẽſis igiť pluriſariã pyris ꝑ noctẽ ꝓficiſcunť: ſed qđ oibꝰ accidere exercitibꝰ ſolet:
ꝓſertim maximis & noctu ꝑgentibꝰ: & ꝑ hoſticũ: & hoſte quẽ timerẽt nõ ꝓcul agẽte: ĩceſſit
eis trepidatio, pauor, tumultus. Et copię quidẽ Nicianę queadmodũ erant duces in ordine
ꝑſtiterũt longeq; ꝓceſſerũt. At Demoſthenicaꝝ dimidiũ pene ac maior ꝑs ĩterrupta eſt: ac
ſolutioribꝰ ordinibus ꝑgebat: prima tñ luce peruenere ad mare: & ingreſſi viã noie Elorinã Elorina.
incedebãt: vt cũ ad Cyparim fluuiũ deueniſſent: ſcđm ipm fluuiũ iter per ſuperiora & medi Cyparis
terranea tenerẽt. Sperabãt eñ ſibi illac Siculos occurſuros: quos acceſiſſent. Vbi ad flumẽ flu.
eſt ventũ offendunt illic quoq; cuſtodias quaſdã Syracuſanoꝝ: obſepientes vada munitio
nibus ac vallo. Sed illis vi ſummotis fluuiũ trãſmiſere: perrexereq; rurſus ad alium noie Eri Erineus
neum. Hac eñ ductores ire iuſſerãt. Interea Syracuſani ac ſocii vbi illuxit: ſenſerũtq; abiſſe flu.
Athenienſes: plęriq; Gylippũ inſimulabant: ꝙ ſciens Athenienſes dimiſiſſet: raptimq; per-
ſeq̃ntes qua iter ingreſſos haud difficile noſſent: adipiſcunť eos ſub horam prãdii: incidẽtes
in Demoſthenicos, & tardius & inordinatius: vt qui noctu ꝑturbati fuiſſent iter facientes
repente ꝑlium ciẽt: circũdatoq; equitatu eos in idẽ loci vrgent: eo facilius ꝙ bifariam diuiſi
iam erant: Nicianis illinc centũ quinquaginta ſtadia ꝓgreſſis. Nã Nicias ocyus ſuos duce
bat exiſtimãs minime ſalutare eſſe tali in tẽpore cũctari vltro ac dimicare: ſed q̃ velociſſime
fugere eatenꝰ pugnãdo: quatenꝰ cogereť. Demoſthenes aũt multiplici freq̃ntiq; magis la-
bore implicabať: ꝙ poſterius digreſſus prior ab hoſtibꝰ vrgereť: & tũc gnarus inſequi Syra
cuſanos nõ tam ꝓgrediebať q̃ ad pugnandũ ſe inſtruebat: donec ita cunctatus ab hoſte cir
cũuenireť: & magna ꝑturbatione ip̃e pariter ac milites eius afficerenť. Quippe deprehenſi
intra locũ qui munitionibꝰ circundatus eſſet: & in via quę hinc & hinc nõ infreq̃ẽtes ole-
as haberet: circunquaq; miſſilibus inceſſebantur. Huiuſcemodi autẽ aſſultibus nõ pugna Syracu-
ſtataria nõ ab re vtebanť Syracuſani. Nã ſumma rerũ periclitari, aduerſus hoies ſalute de- ſanoꝝ di
ſperãtes: iã nõ tam ipſoꝝ intererat q̃ Athenieſiũ: ſimulq; nõ nihil cauebant: ne rebus iã pro ligentia.
culdubio ꝓſpere geſtis aliqd interueniret: arbitrãtes hoc modo ꝑdomitũ hoſtẽ a ſe captum
iri. Itaq; vbi toto die miſſilibꝰ eum vndiq; inceſſentes viderũt iam exhauſtũ vulneribus at
q; aliis ęrũnis: iubent Caduceatorẽ Gylippus Syracuſaniq; ac ſocii denũciare primũ: ſiquis
ad ſe trãſire inſulanorũ vellet liberum fore: tranſieruntq; aliquot nõ tamẽ multæ ciuitates.
Mox deinde oibus aliis qui cũ Demoſthene erant oblata conditio ſi traderent arma nemi- Demo-
nem eoꝝ mortem obiturũ: aut violentiam: aut in vinculis, aut inopia rerũ ad victum neceſ ſthenico
ſariarum. Atq; ita dedidere ſeipſos cuncti numero ſex milia omnemq; pecuniam depoſue- rũ dedi-
re: quã habebant: effundentes in ſcuta reſupinata: & ex ea quattuor ſcuta repleuere: ſtatim tio.
q; in vrbẽ a Syracuſanis adducti ſunt. At Nicias hoc ipſo die cũ ſuis ad flumen Erineũ prę
uenerat: illudq; tranſgreſſus: in edito quodam loco conſederat. Eum poſtero die adepti Sy
racuſani inquiunt Demoſthenicos ſeſe dedidiſſe: iubentq; ipſum idem facere. Ille non habi
ta iſtis fide paciſcitur vt equitẽ mitteret ad explorandũ. Vbi eques reuerſus retulit Demo-
ſthenicos ſeſe dedidiſſe: Nicias per caduceatorem Gylippo Syracuſaniſq; reſpondet ſe pa- Nicię Sy
ratum eſſe tranſigere Athenienſium nomine: ſi cum exercitu dimittatur: quos ſumptus racuſa-
in bellum Syracuſani feciſſent eos omnes reſtituturum datis obſidibus Athenienſibus: dũ nis obla-
pecunia ſolueretur ſingulis talentis in ſingula obſidum capita taxatis. Ea conditione non ta.
accepta Gylippus atq; Syracuſani aggreſſi vndiq; telis petiuere ad veſperum vſq;. Illi etſi
male accepti inopia commeatus aliorumq; neceſſariorum: tamen habentes in animo diſ-
cedere: ſeruato ſilentio noctis arma ſumpſerunt: ſed intelligentes ſe nõ latere hoſtem: nam
ille rem ſentiens Pęanem canebat: rurſus ea depoſuere pręter trecentos fere qui vi peruadẽ
tes hoſtilem cuſtodiã qua potuere ꝑ noctẽ cõtenderũt. Niciã poſteaq̃ dies illuxit agmẽ du-

centē Syracuſani ſociiq; inuadunt: eodē quo pridie modo vndiq; laceſſentes iaculis ſagit-
tiſq;. Inter quę ex omni parte ferientia equitatu pariter cūctaq; multitudine vrgente, illi tū
Aſſinar⁹ flu. ad amnem Aſſinarum feſtinabāt: tum opinantes fore vt eo tranſito aliquanto facilius ha-
berent: tum potandi deſiderio quo miſeri tenebant. Vbi peruenere nullo iam ordine in illū
irrūpunt: pro ſe quiſq; primus omniū trāſire ꝓperantes. Sed hoſtis ingruēs difficilē eis trāſi
tum reddebat. Nam cum conferti ire cogerentur alius in aliū incidentes inuicē cōculcaban
tur teliſq; & armis: quoꝝ alii ſtatim peribāt: alii inter ſe impliciti defluebant. Hos ex vtraq;
fluminis parte Syracuſani ſuperſtantes (erat aūt ripa pręceps) deſuper miſſilibus conficie-
bāt: multos etiā auide potantes & inter ſe vtiq; in cauo fluminis alueo perturbatos. Sed Pe
Exercit⁹ Nician⁹ funditur lopōnenſes p̄cipue illuc deſcendētes trucidarunt eos qui in fluuio erāt. Vnde ſubito aqua
corrupta eſt. Ex qua nihilominus cœnoſa & cruenta bibebant: deq; ea iter multos certabant.
Tandem permultis iam cadauerib⁹ aliis ſuper alia iacentibus, ꝓfligatoq; exercitu, partim
Nicię deditio. apud amnem, partim ſiqui effugerant ab equitibus, Nicias Gylippo ſeſe dedidit: plus ei ha
bēs fidei q̄ Syracuſanis: permittenſq; ſui poteſtatē tum illius tum alioꝝ Lacedęmoniorum
arbitrio: a cęde cęterorum militū abſtineri iuſſit. Poſt hæc Gylippus imperat non interfici
Athenienſes ſed viuos capi. Ita cęteri quicūq; occultati nō eſſent (multi autē hi erant) viui
ſunt capti: necnon miſſis qui perſequerent: trecēti illi qui noctu ꝑ cuſtodias euaſerāt cōp-
henſi. Verū hi oēs in vnū cōtracti haud multi fuerunt: multi tamē qui ſupprimebantur ex
quibus tota Sicilia referta eſt: vt qui nō ex pactione queadmodū illi qui cum Demoſthene
capti eſſent. Quędā tamen eoꝝ pars neq; hęc exigua interiit. Verū hęc maxima ſtrages ex-
titit: & nulla minor ex omnib⁹, quę in Sicilia hoc bello extiterunt. Nec pauci in itinere faciē
do dum ſubinde inuaderentur abſumpti ſunt: attamen multi elapſi: quidam ſtatim quidā
Syracuſanoꝝ reditus in vrbem. poſtea cū ſeruiſſent fuga inita: quibus in Catanā erat receptus. At Syracuſani & ſocii, acce-
ptis q̄plurimis poterant captiuis ac ſpoliis frequētes in vrbē redierūt. Et cæteros qdē Athe
nienſiū ac ſociorū quoſcūq; ceperāt i lithotomias demiſerūt: tutiſſimā exiſtimātes eā eſſe cu
ſtodiā. Niciā vero ac Demoſthenē necauerūt inuito Gylippo. Is eñ ſpecioſum ſibi ducebat
Nicię & Demoſthenis cædes. p̄ter cætera ex eo bello portare ad Lacedęmonios etiā ipos hoſtiū duces. Quoꝝ alter extitiſ
ſet eoꝝ hoſtis acerrim⁹ ꝑꝑ illa q̄ ad Pylū geſſiſſet: alter ob eadē ſtudioſiſſim⁹. Nā illos viros
apd inſulā captos, Nicias p̄cipuo affectu proſecutus dimittendos curauit: inductis Athe-
nienſibus ad facienda cum Lacedęmoniis fœdera. Quo nomine & Lacedæmonii erant in
eius amorem propenſi: & ipſe plurimum Gylippo credens ſe dediderat. Sed quia cum illo
homines vulgo loquebantur: veriti tum quidam Syracuſanorum vt ferebatur: ne ob id tor
mentis interrogatus tumultū ipſis excitaret in rebus proſperis: tum alii & pręcipue Corin-
thii: ne corruptis aliquib⁹ pecunia, ꝙ locuples erat effugeret: aliquid in ipſos iteꝝ reꝝ noua
Niciæ laudes. rū moliturū pſuaſis ad hoc ſociis hoīem īteremerūt. Et Nicias qdē ob hāc cauſam aut huic
ꝓximā morte affectus eſt: vir omniū mea ætate Græcoꝝ minime dign⁹ q eo deueniret infe
licitatis ob ſtudiū virtutis: qđ omne in illā cōferebat. Captiuos autē qui apud Lithotomias
Lithotomiæ. erant Syracuſani duriter ſane tractauerūt inter initia. Siquidē cū eſſent in loco depreſſo &
arcto tot & ſub dio prius in ſole & ęſtu deficiebāt: dehīc ſupueniēte autūnaliū noctiū gelu:
Athenienſiū captiuoꝝ calamitas. ipſa mutatiōe cōtrarioꝝ, valitudinē cōtrahebāt, p̄ſertim ꝙ ꝓpter loci anguſtiā oīa ibidē fa
ciebant: ꝙq; cadauera promiſcue coaceruata erāt: tam eoꝝ qui ex vulnerib⁹ q̄ eoꝝ q ex mu
tatione & hmōi cauſis deceſſerāt: intolerabili inſup vexati odore: fame etiā ac ſiti. Nāq; p
octo mēſes data ſunt ſingulis aquę ſingula acetabula: panis bina. Deniq; nihil nō malorum
paſſi ſūt eoꝝ q̄ pati credibile eſt in hoc loco homines qui illuc inciderunt. In qua vitæ condi
tione ſeptuaginta dies ſtipati traduxerunt. Poſt hæc præter Athenienſes, & ſiqui Sicili-

enſes Italicive cũ illis militauerãt: cæteri oẽs ſunt diuenditi. Quot aũt capti fuerint & ſi oẽs
capti, exacte dicere arduũ eſt: tamẽ non intra ſeptem milia fuerunt. Qđ factũ huiꝰ belli tẽ-
pore maximũ in Grecia cõtigit: & quãtũ mihi videt̃ oĩm Grecoꝝ factoꝝ maximũ: quę no-
bis fando ſunt cognita: idẽ victoribꝰ ſplẽdidiſſimũ & victis calamitoſiſſimũ: qui in totum
& ex omni parte ſuperati, nec vlla in re tenuiter afflicti, funditus vt dicitur euerſi ſunt: pedi
tatu, claſſe, nullo deniq; nõ amiſſo, pauculis e multis domum reuerſis. Hactenus quę apud
Siciliam ſunt geſta.

## THVCYDIDIS ATHENIENSIS BELLI PELOPON-NESIACI LIBER OCTAVVS.

ATHENIS poſteaq̃ nũciata res eſt: diu fide caruit: ne militibꝰ
quidẽ creditũ: q illinc euaſerãt plane q̃ geſta eſſent referẽtibꝰ,
ita vndiq; oĩa funditꝰ eſſe euerſa. Sed vbi factũ agnouerũt ibi
exęſtuare Athẽiẽſes aduerſus Oratores: q prĩcipes hortatores
extiterãt in Siciliã trãſmittẽdi: tãq̃ nõ hoc ipi decreuiſſent: ita
ſci inſup Ariolis atq; vaticiniis: deniq; oĩbꝰ q tũc aliqd ipſis p
ſacra cõſulẽtibꝰ, ſuaſiſſẽt pfectionẽ tãq̃ Siciliã ſubacturis. Vn
diq; itaq; oĩbꝰ in rebꝰ mœſtos ob ea q̃ acciderãt: circũſiſtebat
etiã ingens metus cõſternatioq;. Exuti eñ & priuatim & pu-
blice multo peditatu: eqtatu: iuu ẽtute qlẽ ſupeſſe alterã nõ vi
debãt afflictabãt. Siſq; nec nauiũ ſatis in naualibꝰ, nec pecunię
in Aerario: nec miniſterioꝝ ad nauticos vſus cũ cernerẽt: deſpabãt in pſens de ſua ſalute: ar
bitrãtes in Pyręa aduerſus ſe ſtatim appulſuros claſſem e Sicilia hoſtes: pſertim tanta illic
victoria ſubnixos: & iam omni conatu cũ vires duplicatas haberent: vna cũ ſociis qui ad ip
ſos ab Athenienſibꝰ defeciſſent: terra mariq; oppugnaturos. Nõ tñ viſum eſt eis ſuccũbe-
re ſe debere: ſed ex pſentibꝰ facultatibꝰ naues vndecũq; poſſent comparare: collata ad illas
ędificãdas materia atq; pecunia: ad hęc oppida ſocioꝝ ſtabilire: & pcipue Eubœã: & in vr-
be nõ nihil caſtigare vitę ſumptꝰ: & quẽdã magiſtratũ deligere ſeniorum q de ſtatu pſenti
cũ tẽpus afforet p cæteris cõſultarẽt: deniq; terrore circũſtãte: id qđ facere vulgus ſolet: ad
oĩa recte diſponẽda accincti erãt: & q̃ agenda viſa executi ſunt: atq; hæc æſtas exceſſit. Inſe
quenti hyeme ob res in Sicilia ab Athenienſibus adeo male geſtas vniuerſi protinus Gręci
aĩos erexerant. Eñ vero q neutroꝝ ſocii erant: nõ debere ſe amplius abeſſe a bello vel ſi a ne
mine rogarent̃ cenſebant: ſed vltro aduerſus Athenienſes ire: ꝙ videlicet putarent ſingu-
li in ſe illos fuiſſe venturos: ſi in Sicilia rem proſpere geſſiſſent: & ſimul reliquum belli breue
futurũ: eiuſq; ſe fieri participes fore ſibi ſpecioſum. Qui ſocii erãt Lacedęmonioꝝ pperabãt
impẽſius q̃ hactenꝰ fecerãt: eximi ſe ptinꝰ multa ęrũna. Qui Atheniẽſiũ imperio parebant
ii pręcipue & ſupra vires pmpto aĩo erãt ad rebellandũ auiditate rei diſcutiendę: & nullam
rationẽ ptermittendi, qa in ſeqnti æſtate poſſent euadere victores. Quibus omnibus Lace-
dęmonia ciuitas fiduciam capiebat: & eo maiorem, ꝙ credibile erat e Sicilia ſocios propter
acceſſionem claſſis neceſſario iam cũ magnis copiis ſub initio veris pſto futuros. Ita vndiq;
affulgente ſpe ſtatuerãt nõ detrectare bellũ: ratiocinãtes, ſi debellatũ foret ſe tũ liberatos in
poſterũ tali periculo: quale ipſis impendebat ab Atheniẽſibus: ſi Siciliã ſubegiſſent: cũ illis
euerſis ſine cõtrouerſia totius iã Gręciæ prĩcipes fore. Igit̃ eoꝝ rex Agis cõfeſti p eãdẽ hye-
mem pfectus ex Decelea cũ aliquãto exercitu: pecuniã exegit a ſociis ad claſſem cõparan-
dam: & ad Melineum deflectens ſinũ, ingentem Oetorum prędam egit ob vetuſtas inimi-
citias: & ex ea pecuniam. Adegit Achæos quoq; Phthiotes & alios circa populos ditionis

Atheniẽſiũ cõſternatio.

Grecorũ reliquoꝝ motus ĩ Athenienſes.

Lacedæmonioꝝ fiducia.

Melineꝰ ſinus.

Theſſalorũ ſibi ſuſpectos: ipſos etiã Theſſalos inuitis pecuniam dare: & aliquantulum ob-
ſidũ: quos apud Corinthũ depoſuit: cũ tẽtaſſet eos in ſocietatẽ abducere. Lacedęmonii por
Nauium ro centũ naues ædificãdas ciuitatibꝰ diſtribuerũt: ita taxantes ſibi atq; Bœotianis q̃nas &
ędifica- vicenas Phocenſibꝰ ac Locris. Itẽ Corĩthiis q̃ndenas Arcadibꝰ & Pelenẽſibus & Sicyoniis:
tio. itẽ Megarẽſibꝰ & Troezẽiis & Epidauriis & Hermionẽſibꝰ denas. Alia inſuper cõparabãt:
tanꝗ circa Ver ꝓtinꝰ inituri bellũ. Per hãc ipam hyemẽ Atheniẽſes & ipſi quẽadmodũ cõ-
Sunium. ſtituerãt: ædificãdis nauibꝰ operã dedere: ꝓ ſe quiſq; materiã ſuppeditãtes: & Suniũ muro
p̃cluſerũt: vt naues q̃ cõmeatũ ipſis ſubueherẽt tuto p̃terueherent: munitionibꝰ quas in La
conica extruxerãt: cũ in Siciliã trãſmiſerũt: tũc deſtitutis: & ſicubi q̃d ſũptꝰ nõ expedire vi
debat in parſimoniã contracto: ſed in primis ne ſocii ædificarẽt ꝓſpiciebãt. Dũ hęc ab vtriſ-
Eubœi q; fiũt nihil aliud ꝗ inuicẽ ſe in apparatu belli p̃uenire maturãtibus, primi oĩm Eubœi ꝑ hãc
ad Lace- hyemẽ ad Agim legatos de ſua ad eũ defectiõe miſerũt. Quoꝝ oĩone admiſſa Agis accer-
dęmõios ſiuit e Lacedęmone tanꝗ in Eubœã miſſurus duos e primoribꝰ Alcamenẽ *Stenelaidæ* filiũ
deficiũt. & Melanthũ: eoq; tranſitũ p̃munienteilli venerũt trecẽtis cũ libertinis. Leſbii interea cupi-
di & ipſi rebellãdi venerũt: a q̃bꝰ inductꝰ eſt Agis vtiq; Bœotianis adiutoribꝰ: vt ipſoꝝ de
fectioni operã daret: intermiſſa Euboica Alcamene q̃ in Eubœã iturus erat dato p̃fecto cũ
viginti nãuibus: quarũ Agis & Bœotiani denas pollicebant: atq; hęc ignara ciuitate Lace-
dęmonia tranſacta ſunt. Etenĩ penes Agidẽ fuit ius & copias mittẽdi: ſi quo vellet & cõtra-
hendi: & pecunias exigendi: ꝗdiu apud Deceleã egit: quo tp̃e vel magis prope dixerim ei ſo
cii obtẽperabãt: ꝗ Lacedęmonię ciuitati. Quippe habẽs exercitũ ꝓtinus vbicũq; libebat im
perioſus aderat. Et hic quidẽ cũ Leſbiis tranſegit. Chii aũt & Erythrei qui & ipſi defectionẽ
Thiſſa- parabãt: nõ cũ Agide tractauerunt ſed cũ ciuitate: q̃bꝰ cũ venit legatus Tiſſaphernes: qui
phernes regis Darei filii Artaxerxis prætor inferioris ꝓuincię erat. Is enĩ ad hoc Pelopõnenſes inci-
legatus. tabat pollicẽs ſe affatim ſtipendii præbiturũ: quoniam nuper e Græcis ciuitatibus prouin-
cię ſuæ ꝓ rege tributa exegerat: quæ per Athenienſes antea lucrifacere nequiſſet: ea ſe tri-
buta magis p̃cepturũ oppugnãdis Atheniẽſibꝰ arbitrabatur: & ſimul Lacedæmonios regi
Amor- ſocios redditurũ: atq; Amorgẽ Piſſuthni filiũ nothum regis, perfugã circa Cariam prout ei
ges. rex ipſe negociũ dederat: aut excepturũ viuũ: aut interfecturũ. Itaq; Chii atq; Tiſſaphernes
Callige- cõiter eandẽ rẽ tranſigebãt. Sub idẽ aũt tẽpus Calligetus Laophõtis Megarẽſis & Timago
tus. ras Athenagorę Cyzicenꝰ ſua vterq; patria extorris a Pharnabazo Pharnaci filio, cuiꝰ ho-
ſpites erant Lacedęmonẽ venerũt ad accipiẽdas in Helleſpontũ naues: eadẽ & ipſo quę Tiſ
ſaphernes cupiẽte cõficere ſi poſſet ciuitates: q̃ in ꝓuincia ſua eſſent: ab Atheniẽſibꝰ abdu-
cere: & inter regẽ ſuũ ac Lacedæmonios cõtrahere ſocietatẽ. Hęc cũ ſeparatim vtriq; agerẽt
Pharna- qui a Pharnabazo: & q̃ a Tiſſapherne venerãt: ingẽs inter Lacedęmonios cõcertatio extitit
bazus. his vt in Ioniã & Chiũ, illis vt in Helleſpõtũ priꝰ claſſis mitteret p̃ſuadere nitẽtibꝰ. Tandẽ
Chioꝝ & Tiſſaphernis poſtulata multo magis admiſſa ſunt: vtpote Alcibiade coadiutore
Endius. qui Endio tũc ephoro id eſt tribuno plębis erat in primis hoſpes: etiam paternus. Vñ ꝓpter
hoſpitiũ nomẽ Laconicũ ei familię inditũ eſt. Endius enĩ Alcibiades cognominabatur. Pri-
Phrynes us tamẽ in Chiũ Lacedæmonii Phrynẽ vicinũ illis hoiem miſerũt exploratũ: nũquid tanta
claſſis eoꝝ foret: quãtã dicerẽt alię quę adeſſent famę vrbis reſpõdẽtia. Hoc renũciant veri-
tatẽ famę reſpõdere: extẽplo Chios & Erythreos ſocietatẽ acceperũt: & quadraginta illuc
naues mittẽdas decreuerũt. Cũ circa ſe Chii dicerẽt eſſe nõ minus ſexaginta. Ex quibꝰ qua
draginta primũ miſſuri erãt. Decẽ cũ Nelacrida Nauarcho: ſed cum terręmotus extitiſſet
pro Melachrida Chalcideũ miſerunt: & pro decem nauibus quinq; in Laconica armauerũt
& hyems exceſſit atq; vndeuiceſimus huius belli annus q̃d Thucydides cõſcripſit. Ineũte

ſtatim vere inſequētis æſtatis Chiis vt naues ſibi mitterenť inſtātibus:ꝙ timerēt ne agita-
ta reſciſcerent Athenienſes:nā oēs clā illis ierant legationes:miſerūt Corinthū Lacedęmo-
nii viros Spartiatas tris:qui iuberēt Corīthios q̄ celerrime ab altero mari,in id qđ Athenas
vergit trāſuectis ꝑ Iſthmū oībus nauibꝰ:tā iis quas in Leſbū Agis armaſſet q̄ cæteris tranſ-
mittere in Chium.Erāt aūt illic ſociales naues numero vndequadraginta. Huius claſſis in
Chiū proficiſcētis cū nollēt eſſe ꝑcipes Calligirus & Timagoras Pharnabazi legati: pecu Legati
niam nō dederūt quā attulerāt claſſis noīe Quinq; & viginti talenta:ſed poſtea ꝑ ſe alia cō Pharna-
portata claſſe cōſtituerūt nauigare. Agis vt vidit Lacedęmonios in Chiū traiicere ante oīa bazi.
deſtinaſſe:ne ipſe qdē cenſuit aliud iam agendū.Sed ſocii apud Corinthū cōcilio atq; cōſi-
lio habito decreuerūt in Chiū ſibi primū eſſe nauigandū: duce Chalcideo qui in Laconica
quinq; naues armauerat.Deinde in Leſbū duce Alcamene quem etiā Agis deſtinabat.Po- Alcame-
ſtremo in Helleſpontū duce Clearcho Rāphii filio. Verū prius nauiū dimidiū tranſportari nes.
ꝑ Iſthmū:idq; ſtatim traiicere:ne Atheniēſes tā in eas animū aduerterēt:quę ꝓficiſcerentur Clear-
q̄ in eas q̄ poſterius trāſportarenť. Nāq; ab hac ora ꝓpalā naues ſoluebāt:cōtēpta Atheniē chus.
ſium imbecillitate,quoꝝ nulla admodū claſſis vſq̄ viſebatur. Vbi id placuit vnā & vigin-
ti naues cōtinuo traduxerūt:qui & ſi ſtimulabant Corinthios ad ſecū nauigandū: tamen il
lis cordi nō fuit ante Iſthmia quę tūc inſtabāt celebrata.Et cū Agis vellet indulgēdo ne fœ
dera Iſthmica ſoluerentur ſuā ipſius claſſem facere:Corinthiiq; abnuerūt ac tēpus tererent Iſthmio-
Athenienſes acta Chioꝝ certius ſenſere:ac miſſo illuc vno e magiſtratibus Ariſtocrate, in- rū celebri
ſimularunt Chios: eoſq; ꝑnegātes iuſſerunt ex formula naues mittere. Atq; ita miſſæ ſunt tas.
ſeptē:quaꝝ mittendaꝝ fuere auctores:tū multi rerū agitatarū neſcii:tū pauci qui ſibi acto-
rum erant cōſcii:nolentes plębē prius hoſtilē habere q̄ tutelę aliquid accepiſſent:cū Pelopō
nenſes qui tādiu nō venirent nō amplius venturi expectarenť.Interea ludi Iſthmici ędeban
tur.Quibus ſpectaculis cum intereſſent Athenienſes(indicta em̄ fuerant fœdera dieꝝ fe-
ſtorū)eo magis dep̄henderunt Chios ſpectare ad defectionē. Atq; vbi diſceſſum eſt ita cōfe
ſtim ſeſe p̄pararunt;ne clā ipis naues a Cenchris ꝓficiſcerenť.Profectę aūt ſunt illinc poſt lu Cēchrææ.
dos cōfectos vna & viginti naues Alcamene p̄fecto:ad quas totidē obuiā euntes Atheniē-
ſes primū in pelagus hoſtē ſubducebant:vbi illę nō lōgo ſpatio ſecutę ſe auerterūt: ipſi quo
q; rediere.Quippe ſeptē Chiis quas in eo numero ſecū habebat:diffidebať. Sed poſtea iple-
tis aliis ſeptē & triginta eoſdē ꝓficiſcētes ꝑſecuti ſunt ad Pyręū agri Corinthii: qui eſt por-
tus deſertus & nouiſſimꝰ:ad cōfinia terrę Epidauricę.Intra quē Pelopōnenſes, vna q̄ in al-
to curſum tenebat amiſſa, contractis cęteris ſe cōtinebāt. Eis Atheniēſes & a mari nauibꝰ
adorti,& in terrā egreſſi tumultū ingentē ꝑturbationēq; p̄buerūt:ac naues plęraſq; lacera-
uerūt e terra: atq; Alcamenē interfecerūt:aliquot tamē ſuoꝝ amiſſis. Vbi dirēpti fuere: na- Alca-
ues quæ ſatis viſę ſunt aduerſus hoſtiles illic collocauere:cū reliquis ad paruulā inſulā non menis
admodū diſtantē,in ſtatione ſubiere & caſtra poſuere:miſſo Athenas nūtio ſubſidia accer- cædes.
ſitū.Nā poſtero die Peloponnēſiū Claſſi auxiliares Corinthii affuerunt:nec ita multo poſt
alii finitimi.Qui cū cernerēt cuſtodiā deſerto in loco ſibi perq̄ laborioſam fore ancipiti con-
ſilio erant:deq; incendenda claſſe cogitabant.Satius deinde viſum eſt eam ſubducere cir-
cundatoq; peditatu tutari:dum aliqua cōmode effugiēdi offerretur occaſio. Verum Agis
his cognitis miſit ad eos virum Spartiatam Thermonem. Fuerāt autē & Lacedęmonii cer
tiores iā antea facti de diſceſſu nauiū ab Iſthmo:cum p̄cepiſſet Tribuni plębis Alcameni vt
cū id fieret nuntiū ad ſe mitteret.Ideoq; mature q̄s apud ſe habebāt naues quinq; mittēdas
cēſuerūt Chalcideo duce vna cū Alcibiade.Deinde cū hi ꝓficiſcerēť:nūtiūq; de fuga ſuoꝝ
in Pyræū accepiſſent; aīo ſunt cōſternati:ꝙ i bello Ionico auſpicādo inauſpicate cecidiſſet:

eoꝝ ſtatuerãt nõ amplius e ſua terra claſſem dimittere: imo adeo q̃ dimiſſa eſſet reuocare.
Quod aĩaduertens Alcibiades rurſus ſuadet Endio: atq; aliis Tribunis ne relangueſcerent
a claſſe mittẽda in Chiũ: prius eñ illã pręuẽturã: q̃ cladem acceptã Chii ſentirent: & ſe ſi Io
niã adeat facile ſocias Atheniẽſiũ ciuitates ad defectionẽ inductuꝝ: cõmemorãdo & Athe
nienſiũ imbecillitatẽ & Lacedęmonioꝝ ſtudia: nã ꝑter cęteros apud illos fidẽ eſſe. Ipſi autẽ
Endio ſeparatim dicere ſpecioſum illi fore ſi ꝑ eũ & Ionia deficeret: & Rex ſocius fieret Lace
dęmonioꝝ: neq; hoc agidis opus eſſet. Erat nãq; ipe Agidi aduerſarius. Ita Endio atq; aliis
tribuniſplæbis ꝑſuaſis abiit cũ Chalcideo Lacedęmonio: & celeriter curſum cũ quinq; na-
uibus cõfecerunt. Per hoc idẽ tẽpus recipiebant ſe ex Sicilia ſexdecim Peloponnenſium na
ues duce Gelippo poſt geſtũ illic cõmuniter bellũ: q̃ depheſę atq; vexatæ a ſeptẽ & viginti
Hippo- Atticis nauibus: quibus præerat Hippocles Menippi, claſſis e Sicilia redeuntis reditũ ob-
cles. ſeruantibus circa Leucadiam tamẽ pręter vnam effugerunt: Corinthumq; tenuerunt. At
Chalcideus atq; Alcibiades vt in quaſq; incidebant naues: cõprehendebant: ne ipſoꝝ naui
gatio palã fieret. Quas nõ antea miſſas fecerunt q̃ Corycũ q̃ eſt in continente tenuiſſent: &
congreſſi cum aliquot Chioꝝ quibꝰ cũ res agitabant: iuſſiq; ab eis cũ nemine collocuti ad
vrbẽ nauigarẽt: illic ex iprouiſo affuerũt. Et cũ plęriq; Chioꝝ admirabũdi attonitiq; eſſẽt:
per paucos data eſt opera vt cõciliũ cogeret. Vbi Chalcideo atq; Alcibiade dicẽtibus alias
quoq; ꝑmultas venire naues: nulla de nauiũ obſidione apud Piręũ mẽtiõe habita defecerũt
Chii ab Athenienſibus & mox Erythręi. Atq; illinc iidem ꝓfecti cũ tribus nauibus Clazo-
Clazo- menas ad defectionem induxerunt. Et cuncti Clazomenii tranſgreſſi in continẽtem illic
menii. oppidulũ condiderunt: vt ſi quid timoris in inſula foret: quã incolebant: eſſet quo refuge-
rent. Et oẽs quidẽ qui rebellauerant in mœnibus muniendis: atq; in apparatu belli erãt oc-
cupati. Atheniẽſes aũt accepto ꝓpere de Chioꝝ defectione nuntio rebant magnũ circũſta
re ſe manifeſtũq; periculũ: ne cęteri ſocii poſt maximę vrbis rebellionẽ nollent quieſcere. Ita
q; mille talenta q̃ ꝑ omne belli tẽpus intacta eſſe cupierant: de quibus tangendis ſi quis: aut
retuliſſet aut ſuffragiũ tuliſſet: ꝓpoſitis pœnis ſanxerãt: tũc ex ꝑſenti pauore legibꝰ abro-
gatis, mouẽda decreuerũt. Ex quibus naues inſtruxere nõ paucas: & nauiũ quæ pitæũ ob-
Chalci- ſederant octo iam tunc mittendas quę inſecutę claſſem qua vehebat Chalcideus: nec aſſe
deus. cutæ: duce Strõbichide Diotimi, omiſſa obſeruatione redierant: nec multo poſt alias ſub-
Strombi ſidiarias duodecim Thraſſide pręfecto: quę & ipſæ omiſerant obſidionẽ. Nã ſeptẽ Chiis q̃
chides. ſociæ fuerãt oppugnatiõis apud Piręũ reductis: ſeruos qui in eis erant libertate donarunt:
liberis autẽ vincula indiderũt. Alias itẽ in locũ reuerſaꝝ raptim armatas miſerũt cõtra ad-
uentum claſſis Pelopõnenſis: habentes in aĩo & alias triginta armare. In quibus conficien-
dis tantũ ſtudii adhibuerũt: vt ne tantulum quidẽ fecerint niſi qđ ad ſuccurrendum Chio
pertineret. Interea Strombichides octo cũ nauibus traiecit in Samũ: & illic ſumpta vna Sa-
mia in Teũ: incolaſq; loci vt quieſcerent exorauit. Eodẽ & Chalcideus ex Chio cũ tribus &
viginti nauibus traiiciebat: aderatq; ei Clazomenioꝝ, atq; Erythręoꝝ peditatus. Huiꝰ ad
uentum pręſentiens Strombichides abſceſſit: & vbi in altũ euectus ꝑſpexit: multas a Chio
naues: fugã in Samũ intendit illis inſequentibus. Tei peditatũ cũ a principio excipere no-
luiſſent: poſt Atheniẽſiũ fugã introduxerũt. Qui expectato aliq̃diu Chalcideo ab iſecutiõe
Tea vrbs Atheniẽſium necdum reuertẽte muros demolitus eſt: quos Athenienſes extruxerãt vrbis
Teę q̃ ꝑte reſpicit cõtinẽtẽ: adiuuãtibꝰ eũ aliquot q ſupuenere Barbaris: duce Stage Tiſſa-
phernis ꝓpͤtore. Chalcideꝰ atq; Alcibiades Samo tenꝰ iſecuti Strõbichidẽ, apđ Chiũ arma
uerũt nauim Pelopõnenſium: nautas ibiq; ꝑſidio reliquerũt: ſubſtitutis in eoꝝ locũ Chiis
& aliis viginti nauibus inſtructis petiuerũt Miletum: tanq̃ a ſe defecturã. Nam Alcibiades

cui erat cū primoribus Mileſiorū neceſſitudo:volebat in illis inducēdis p̄teruertere naues e
Peloponneſo vēturas:& tū Chiis tū ſibi cū Chalcideo tum a quo miſſus erat Endio addere
hoc decus quēadmodū ſpopōdiſſet:ꝙ plurimas ciuitates copiis Chiorū cum Chalcideo ad
defectionē induxiſſet.Itaq; occulte plęraq; nauigatiōe facta:nec ita multū pręuenıētes Strō
bichidē & Thraſyclea:q tūc ex Athenis cū duodecim nauibus aderat:illū ſecutꝰ Miletum
ad defectionē induxerūt.Horū veſtigia perſecuti Atheniēſes: cū vn̄viginti nauibꝰ cū a mi-
leſiis nō reciperent ad Ladā inſulā Mileto p̄iacentē ſubierūt.Et poſtea Mileſiorum defectio Lada.
nē ſtatim prima ſocietas inter Regem ac Lacedæmonios per Tiſſaphernē atq; Chalcideum
inita eſt hunc in modū.

Societas inter Regem & Lacedęmonios.

Societas regis Tiſſaphernisq; & Lacedæmoniorum.

SVper his ſocietatē cū Rege ac Tiſſapherne Lacedæmonii ſociiq; fecere.Quācūq;
regionē,& quācūq; vrbē Rex habet:eiuſve ꝓgenitores habuere ea regis eſto.Et ex
his vrbibus quicqd pecuniarū aliudve Athenienſibꝰ pendebat.Rex cōmuniter ac
Lacedęmōi ſociiq; ꝓhibēto:ne qd pecuniarū Atheniēſes aliudve quippiā accipiant.Itē bel-
lū cū Atheniēſibꝰ Rex,& Lacedęmonii,ſociiq; cōmuniter gerunto.Bellūq; cū Atheniēſibꝰ
diſſoluere ne liceat:niſi vtriſq; videat Regi ac Lacedęmoniis ſociiſq;.Qđ ſi q ab Rege defe-
cerint:hi hoſtes ſunto Lacedęmoniis ac ſociis.Si q vero a Lacedęmoniis ſociiſq;:ii Regis ho
ſtes ſunto.In hāc formā ſocietas inita eſt. Secundū hæc Chii ſtatim adornatis decē aliis na Anęa.
uibus ad Anęa ſe cōtulerūt:aīo tum audiendi de Mileto,tū ciuitates ad defectionē ſollicitā Amorges.
di:ſed accepto nuntio a Chalcideo:vt redirēt:quoniā terreſtri itinere Amorges cū exercitu
afforet:nauigauerūt ad Iouis templū.Vn̄ ꝓſpexere ſexdecim naues Athenienſiū veniētes. Diomedon.
Quibꝰ pręerat Diomedon poſt Thraſyclē Athenis ꝓfectus.Quibus cognitis Chii cū vna
naui Epheſum,cū reliquis in oram Teiam diffugerūt.Sed earū quattuor ab Athenienſibus
interceptę ſunt:vacuę tn̄,hoībus prius in terrā elapſis:cęterę vrbē Teiā tenuerunt:& Athe
nienſes quidē in Samū nauigarūt.Chii aūt reliquis nauibꝰ contractis:adiūcto ſibi peditatu
Labedū ad defectionē īduxerūt:& itē Eras:poſt qđ & naues & pedites ac ſuas vtriq; domos
ſe receperūt.Circa eadē tpa Viginti naues Peloponnenſiū quas totidē Atheniēſes inſecutę
fuerant: & in Piręū ingreſſas obſidebant:in repentinā erumpentes pugnā Atticas ſuperāt: Pugna
quattuorq; earū capiunt:atq; illinc petitis Chencris:de integro adornāt claſſem in Chium naualis.
atq; in Ioniā nauigaturi:miſſo eis ex Lacedęmone nauarcho Aſtyocho:penes quē iam eſſet Aſtyo-
ſumma rei naualis.Digreſſo peditatu ex Teo aduenit ip̄e Tiſſaphernes: & ſiquid muri reli- chus.
quū erat demolitus abſceſſit.Nec multo poſt eius abitū Diomedō cū decē Athenienſiū na
uibus applicās pepigit cū Teiis ſe & illos recepturū.Et illinc ꝓfectus Eras cū vrbē adortꝰ ex Eras.
pugnare nō poſſet:vela fecit.Per idē tp̄s apđ Samū vulgus vna cū Athenienſibꝰ q tribꝰ cū
nauibus aderant aduerſus primores arma ſumpſerunt:& eorū ad ducentos q maxime potē
tes erant interfecere:quadringentos exilio mulctauere:prędiis illorū & vrbanis & ruſticis in Samiorū
ter ſe diſtributis:& Athenienſiū decreto tanq̄ in fide poſthac permāſuris indulta libertate: facinus.
per ſe poſtea munia ciuitatis obiere.Vrbēq; ſociis diſtributionis communicauerūt:interdi-
cta facultate iā vlli e populo aliquid aliud:aut ab illis aut illis e locādi cōducendiq;.Poſt hęc
eadē ęſtate Chii quēadmodū inſtituerāt nihil ſedulitatis pręętermittētes:etiā abſq; Pelopō
nēſibꝰ q̄ aderāt copiis ciuitates ad defectionē ſollicitabāt:cū ob alia,tū vero ꝙ volebāt ſecū
q̄ plurimos ꝑiclitari.Itaq; in expeditionē cū tribꝰ nauibꝰ aduerſus Leſbū tendūt:quēadmo-
dū a Lacedęmoniis erat p̄dictū:ſecūdo loco eūdū eſſe in Leſbū & inde in Helleſpōtū.Nā pe-
ditatus & Pelopōnenſiū qui aderāt & indigenarū circa ſociorū in Clazomenas & Cumam

Eualas ſpartiates. Diniadas. Pyrrha. Ereſſum Mitylene ab Athenienſibꝰ capit. Antiſſa. Methymna. Daphnꝰ Athenienſes Clazomenis potiuntur. Chacidei cædes. Oeniſſæ inſulæ. Siduſſa.

abierat:cuiꝰ pręfectꝰ erat Eualas Spartiates: Nauiũ vero Diniadas ex finitimis ſubditꝭ. Qui
bus nauibꝰ Chii primũ Methymnã quo prius peruenere: deinde relictis hic quattuor naui-
bus Mitylenẽ quo cũ cęteris nauibꝰ venerunt ad deficiendũ impulere. At Aſtyochus Lace-
dęmonius nauarchus e Cẽchris vbi in ſtatiõe fuerat cũ tribꝰ nauibꝰ traiecit in Chiũ: & ter-
tio q̃ aduenerat die, quinqꝫ & viginti Atticę naues Leſbũ appulerũt: ducibus Leõte & Dio-
medõte. Siquidẽ Leon poſterior cũ decẽ nauibꝰ ĩ auxiliũ ex Athenis aduenerat. Eodẽ Aſtyo
chus eadẽ die iã adueſperaſcẽte, ĩductꝰ eſt: vt ſumpta vna naui Chia ſe cõferret ſi qd poſſet
profuturus: & cũ veniſſet in Pyrrhã: & poſtero die in Ereſſum: vbi certior fuit Mitylenem ab
Atheniẽſibꝰ ipſo impetu eſſe captã. Nã Atheniẽſes vt venerãt ex improuiſo cum portũ obti
nuiſſent naues Chias ſupauere: & egreſſi in terrã iis q obſtiterãt pręlio victis vrbe potiti erãt
Quibꝰ cognitis Aſtyochus cũ nauibꝰ ereſſinis & tribꝰ chiis q̃ cũ Eubolo ex Methymna ſu-
perãt ei ab Atheniẽſibꝰ cõprehẽſæ: ſed cũ Mitylene caperet̃ elapſæ: vna enĩ ab Athenienſi-
bus fuerat intercepta nõ putauit ſibi ampliꝰ Mitylenẽ eũdũ: ſed ereſſo ꝑ defectionẽ recepta
ac cõmunita: quos habebat in nauibꝰ armatos itinere terreſtri trãſmiſit in Antiſſam & Me-
thymnã: præpoſito illis Eteonico: ipſe quoqꝫ eodẽ cum nauibꝰ ſuis ac tribꝰ Chiis vela fecit:
ſperans conſpectu ſui Methymnęos fiduciã capturos ad ꝑmanendũ in rebellione. Sed cũ ei
oĩa apud Leſbũ in contrariũ cederẽt: reſumptis ſuis copiis traiecit in Chiũ. Vbi rurſus oppi
datim receptus eſt peditatus ſociorũ iteqꝫ Claſſiariꝰ q erat iturus in Helleſpontũ. Ad quos
etiã poſtea venerant e claſſe ſociali Peloponnẽſiũ: quę ad Cenchreã ſtabãt naues ſex. Athe-
nienſes aũt rebus apud Leſbũ de integro conſtitutis: profecti illinc, caſtrũ Clazomeniorum
in continente extructũ diruerunt: & Clazomenios iterũ in vrbẽ q̃ in inſula eſt reportarunt:
pręter defectionis authores: q in Daphnũtẽ abſceſſerant. Et denuo Clazomenę in ditionem
Athenienſium cõceſſere. Eadẽ Aeſtate Atheniẽſes qui in Mileto apud Ladam cum vigin-
ti nauibus in ſtatione erant: cũ agreſſi eſſent expoſitis in terrã copiis Panormum qđ eſt oræ
Mileſię Chalcideũ Lacedęmoniũ ducẽ interfecerũt occurrẽtem cũ paucis ad vim arcẽdã: &
tertio poſt die abierunt: erecto tropheo qđ Mileſii ſummouerunt tanq̃ erectum ab iis q vi eũ
locũ nõ obtinuiſſent. At Leon & Diomedon cũ nauibus quibus pręerant Athenienſium ex
Leſbo & ex Oeniſſis inſulis Chio præiacentibꝰ: ex Siduſſa quoqꝫ & ex Prelio: quos muros in
Erythræa habebãt diruerũt: atqꝫ e Leſbo trãſmittẽtes in Chiũ de nauibꝰ cũ Chiis pręliabã-
tur. Habebant aũt epibatas e numero armatorũ quos ex formula extorſerant. Et ad Carda-
mylam expoſitis in terram copiis: & ad Booliſſum fuſis acie qui ſe obuiam tulerãt Chiis: ac
multis cæſis: oĩa circa oppida in officio tenuerunt: & altero ad Phanas ꝓlio, ac tertio ad Leu
conicum victores: cũ contra eos Chii amplius non prodirent regionẽ egregie exornatã & a
Medorum temporibus ad illa vſqꝫ illęſam vaſtauerunt. Etenĩ Chii ſoli omniũ quos ego co
gnouerim: ſcđm Lacedæmonios beati & iidẽ modeſti extiterunt: qui quo magis ciuitas pro
ficiebat: eo magis ei inſtruendæ atqꝫ ornandæ operam dederũt: neqꝫ prius ipſam defectionẽ
moliri: ſi minꝰ tuto molituri auſi fuiſſent: q̃ vna cum multis ſe & egregiis ſociis periclitatu-
ros compertum habuiſſent: & niſi intellexiſſent: ne ipſos quidem Athenienſes iam negare
poſt acceptam in Sicilia calamitatem: quin de imperio ſuo actum eſſet. Et ſi quid opinione
elapſi ſunt: prout hominum vita contingere ſolet: tamen cum multi lapſi ſunt: quibus fo-
re videbatur: vt ſtatus Athenienſium propediem euerteretur. Itaqꝫ cum & a mari coerce-
rentur & a terra oppugnarentur: conati ſunt quidam eorum vrbem Athenienſibꝰ tradere:
quo prĩcipes comperto: ipſi quidẽ quieuere: ſed ſumpto ex Erythris Aſtyocho nauarcho: cũ
quattuor quas habebat nauibus: inſpexerunt vt inſidias aut obſidibus accipiẽdis, aut quo
alio modo q̃ moderatiſſime cohiberent. Et Chii quidem talia egerũt. Atheniẽſium autem

ſub eiuſdẽ Aeſtatis extremũ mille & quinquaginta armati: Argiuorũqꝫ mille: quorũ dimidiã partẽ leuiter armatã, Athenienſes iuſtis armis inſtruxerant: & ſociorũ totidẽ cũ nauibꝰ duodequinquaginta quarũ aliquot erãt ad armatos portandos: ducibꝰ Phrynicho & Onomocle & Scironida, ex Athenis trãſmiſerũt in Samũ: & trãſeũtes in Miletũ caſtra poſuerũt: Aduerſus quos egreſſi ipſorũ Mileſiorũ octingenti armati: & q cũ Chalcideo venerant Pelopõnenſes: ac mercenaria Tiſſaphernis auxilia cũ ipſo etiã Tiſſapherne, atqꝫ eiꝰ equitatu prelĩũ cõſeruere. Et Argiui latius ex porrecto ſuo cornu ꝓcontẽptu: tanq̃ impetũ ſuũ Ionibꝰ nõ laturis, cũ inordinatius ꝓgerẽt: a Mileſiis ſuperant: & paulominꝰ trecentis ex ipſis occubuere Athenĩẽſes cũ a principio viciſſent Pelopõnenſes & Barbaros cęteráqꝫ turbã ꝓpuliſſent: cũ Mileſiis nõ ſunt cõgreſſi. Nã Mileſii fugatis Argiuis ad vrbẽ ſeceſſerant: cũ aliud ſuorũ cornu ſuperatũ vidiſſent: & pro mœnibꝰ iã victores arma diſpoſuerant. Qua in pugna cõtigit vt Iones vtrinqꝫ Dorũ victores exiſterẽt. Athenĩẽſes qdẽ Pelopõnẽſiũ: Mileſii aũt Argiuoꝝ. Hinc tropheo Athenĩẽſes erecto ſe ſe ad circunuallandã vrbẽ (eſt enĩ locꝰ peninſula) accingebant: exiſtimãtes ſi Miletũ reciperẽt: facile ſibi cętera oppida in deditionẽ vẽtura. Interea ſub occaſum iã ſero: nũtius eis affert quinqꝫ & quinquaginta naues e Peloponneſo atqꝫ e Sicilia, tantũ nõ adeſſe. Siquidẽ Hermocrate Syracuſano in primis authore apud Sicilĩẽſes ferendi auxiliũ ad reliquas Athenienſiũ euertẽdas: viginti naues Syracuſanorũ & duę Selinũtinorũ veniebãt: & Pelopõnẽſiũ q̃ armabant iã paratę erãt. Hę claſſes dato negotio Therameni Lacedęmonio ad Aſtyochũ nauarchũ vtraſqꝫ deducendi, primũ in Eleũ traiecerũt inſulã: q̃ añ Miletũ iacet: mox illinc cũ accepiſſent in Mileto agere Athenienſes in Iaſicũ ſinũ priꝰ aĩo noſcẽdi quid rei apud Miletũ agerent deinde in Tichiuſam q̃ eſt orę Mileſię: vbi ſtationẽ habentes de pręlio facto docent ab Alcibiade: q illuc equo aduectus eſt: quiqꝫ ꝑlio gerendo interfuerat: ſtãs pro Mileſiis atqꝫ Tiſſapherne: & ab eo admonent ſi nolint de Ionia & de cæteris rebꝰ actũ eſſe: maturarẽt ocius Mileto ſuccurrere: neve circũuallari eã pro nihilo haberent. Ita illi prima luce ſuccurrere ſtatuerũt. Phyrnichus Athenienſiũ dux: vbi de claſſe hoſtiũ ex Detro certior factus eſt: cũ vellent collegę expectare ad decertãdũ: negabat id ſe aut cõmiſſurũ: aut quoad poſſet illis, alterive cuiq̃ permiſſurũ. Quoties licere poſtea planius noſſe aduerſus quot hoſtiũ naues quantũ ipſe nauiũ ſatis habeas: & per ociũ inſtruere ad pugnandũ: ne vtiqꝫ turpitudini atqꝫ dedecori dandũ eſſe ſi nolis: ſubiere nulla ratione periculũ: neqꝫ deforme Athenĩẽſibus cũ claſſe cedere ad tꝑs: ſed vel deformius eſſe quoquo mõ cõmittere vt vincerent: & ciuitas nõ mõ in dedecꝰ, ſed etiã in diſcrimẽ maximũ adduceret. Quę cũ vix deberet prę cladibꝰ acceptis q̃ poſſet tutiſſimo apparatu, aut aliqua prorſus antecedẽte neceſſitate hoſtẽ laceſſere: quo tandẽ mõ debeat nõ coacta: ſed vltro adire ꝑicula. Itaqꝫ iubere illos ſumptis ſauciis peditatuqꝫ & inſtrumentis dũtaxat q̃ attuliſſent: cęteris q̃ ex hoſtico cępiſſent vt naues leuarent relictis, q̃ ociſſime vela facere in Samũ: & illinc iã contractis in vnũ oĩbus nauibꝰ ſicubi foret opportunũ hoſtes adoriri. Hęc cũ ꝑſuaſiſſet feciſſetqꝫ Phrynichꝰ nõ magiſq̃ in ꝑſens in poſterũ: neqꝫ in hoc tm̃: ſed in oĩbus aliis negotiis q̃ ipſi delegarent circunſpectus eſt habitꝰ. Hũc in modũ Athenienſes impfecta victoria ſtatĩ ſub veſperã a Mileto abierũt. Et mox e Samo Argiui ob irã cladis acceptę domum reuecti ſunt. Peloponnenſes ipſo ſtatim diluculo mouẽtes e Tichiuſa in hoſtẽ tendebãt: & cũ vnũ i hoc diẽ cõſumpſiſſent: poſtridie aſſumptis nauibus Chiis quas cum Chalcideo ante fuerat inſecutus hoſtis ſtatuerũt redire in Tichiuſam gratia lẽborũ quos ſubtraxerãt. Quo vt peruenerunt eos adiens cum peditatu Tiſſaphermes, perſuadet vt ad Iaſum nauigarẽt: vbi ſe tenebat Amorges Piſſunthi filiꝰ nothꝰ regis a quo rebellaret hoſtis. Ita Iaſum repente aggreſſi non opinantibus illis hoſtilis, ſed Atticas naues eſſe expugnãt. In quo opere pręcipua exti

Phrynichus.
Onomocles.
Scironidas.
Argiuorũ exercitꝰ fuſus.
Athenĩẽſes pelopõnẽſiũ victores.
Miletus obſidet.
Eleus inſula.
Iaſicus ſinus.
Tichiuſa
Iaſus.

tit laus Syracuſanorũ.Pelopõnenſes Amorgẽ quẽ viuũ ceperãt Tiſſapherní tradiderũt per
ducendũ ſi ei liberet ad Regẽ quẽadmodũ fuerat ab illo iuſſus.Iaſum ipſam milites diripue-
Iaſus diripitur. re:magnãq; admodũ pecunię vim aſportauere.Erat em̃ oppidũ iã inde a priſcis tẽporibꝰ lo
cuples.Cæterũ auxilia q̃ circa ſe Amorges habuerat:ſine noxa recepere ad ſe Pelopõnenſes
interq; ordines ſuos redegere:ꝙ plęriq; illorũ eſſent ex Pelopõneſo.Hinc tradito Tiſſapher
ni oppido cũ oĩbꝰ captiuis tã liberis q̃ ſeruis,pacti ĩ ſingula capita ſingulos ſtateres Daricos
ſibi ſoluẽdos,redierũt Miletũ. Vñ Pedaretũ Leõtis filiũ quẽ Lacedęmõii magiſtratũ ĩ Chiũ
legauerunt mittunt itinere pedeſtri vſq; ad Erythra:cũ iis copiis q̃ auxiliares Amorgis fue
rant:atq; illic Mileto Philippũ p̄ficiunt: Aeſtaſq; confecta eſt.Inſequente hyeme Tiſſapher
nes poſt ea q̃ Iaſum pręſidio muniuit aduenit Miletũ:& quẽadmodũ Lacedęmone ſpopõde
rat:menſtruũ ſtipendiũ nauibus numerauit:ſingulas viritim drachmas Atticas:volens in
reliquũ tp̄s ſoluere ternos obolos:donec Regẽ cõſuluiſſet:ſoluturus vt dicebat ſi ille iuſſiſ-
ſet integras dragmas.Verũ cõtradicẽte Hermocrate Syracuſanorũ duce,Theramenes em̃
cũ nõ eſſet ipſe nauarchus:ſed ad tradẽdã Aſtyocho claſſem cũ illis nauigaret:ſegnior erat
circa rationẽ ſtipendii:conuentũ eſt inter eos:vt p̄ter quinq; naues pluſq̃ terni oboli viritim
Quis pecunię numerꝰ nauibus viritim pẽderet. ſoluerent̃.Nã quinq; & quinquaginta nauibus terna talenta in ſingulos mẽſes dabat:cęte
ris nauibus:q̃ vltra hũc numerũ eſſent:ad hanc ipſam rationẽ ſoluebat̃.Eadẽ hyeme q apud
Samũ agebãt Atheniẽſes:cũ aduenĩſſet illuc e domo alia claſſis quinq; & triginta nauiũ du
cibus Charmino & Strombichide,& Euctemone,cõtractis & a Chio & aliũde nauibꝰ,ſtatu
erunt inter ſe ſortiti inuadere naualibꝰ copiis Miletum:& claſſem atq; peditatũ mittere in
Chiũ:qđ & fecerũt.Nã Strombichides & Onomaches & Euctemõ cum triginta nauibꝰ,&
parte armatorũ q venerant in Miletũ:actuariis nauigiis aducti in Chiũ quã ſortiti fuerant
Mox eorũ collegæ apđ Samum remanẽtes cum quattuor ac ſeptuaginta nauibus ac mare
obtinentes aduerſus Miletũ tendunt.Aſtyochus aũt vt erat id tp̄s:apud Chiũ obſides deli
gens ꝓditionis metu,maturabat eã rem ꝑficere:ſed poſtea q̃ ſenſit Theramenẽ cũ claſſe ve-
niſſe & negotia ſocietatis in melius ꝓficere:acceptis decem Pelopõnẽſibus nauibus,& toti
dẽ Chiis abiit:& tẽtata fruſtra Ptelei expugnatiõe trãſmiſit Clazomenas.Ibi eos q cũ Athe
nienſibꝰ ſentiebãt iuſſit ad ſe deditionẽ facerẽt:& migrarẽt in Daphnuntẽ:qđ itẽ iubebat &
Tamꝰ Ionię p̄tor. Tamus Ionię p̄tor.Illis facere imperata recuſantibus,adortus vrbẽ muris carentẽ,tamen ex
pugnare cũ nõ poſſet abiit:& ingenti vento vſus:ipſe quidẽ Phocęã & Cumã tenuit:naues
Marathuſa Pela. Drimyſſa. aũt cæterę Inſulas Clazomenis obiacẽtes:Marathuſam:Pelã:Drimyſſam:& quęcũq; circa
loca Clazomenis obnoxia erãt.Octo dies ꝓpter tempeſtatẽ immoratę,cũ parti diripuiſſent
exhauſiſſentq;:partim oppugnaſſent:in Phocæã & Cumã ad Aſtyochũ remearũt.Is dũ ibi
agit a legatis leſbiorũ aditus eſt de Inſula illi tradẽda:& ab eis quidẽ perſuaſus.Verũ cũ Co
rinthii atq; alii ſocii ꝓpter ſupiorẽ cladẽ minꝰ libẽter illuc ire vellẽt ꝓficiſcit̃ in Chiũ.Sed tẽ-
peſtate diſiectę naues eodẽ tandẽ oẽs alia aliũde ꝑuenerũt.Quo poſtea Pedaritꝰ q fuerat a-
pud Erythras:tũc pedibus iter faciens e Mileto trãſmiſit cum iis copiis quas habebat:habe
bat aũt in iis ad quingentos milites:q relicti cũ armis fuerant ex quinq; Chalcideis nauibus
Ibi cũ qdã Leſbiorũ ſe defecturos pollicerent̃:Aſtyochus retulit rẽ ad Pedaritũ atq; ad Chi-
os:tanq̃ expediret ire cũ claſſe ad Leſbum recipiendam:fore em̃ vt aut plus ſociorũ compa-
rarent:aut certe Athenienſibus ſi quid minus ſuccederet nocerẽt.Sed cũ hoc illi audire nol
lent:negaretq; Pedaritus naue Chiorum ſe illi permiſſurũ:ipſe ſumptis quinq; Corinthiis &
ſexta Megaride & vna Hermionide pręter ſuas Laconicas cum quibus venerat:Miletũ abi-
it ad ſuam nauarchiam:ſane q̃ minatus Chiis ſe neutiq̃ illis opitulaturum:ſi qua ope indi-
Corycũ. gerent.Et appellens ad Corycum oræ Erythręę illic ſtationem habebat.Athenienſes aũt e

Samo cum exercitu Chium petierunt: & ad alterũ tumuli latꝰ quo detinebant̃ ita ſtationẽ habuerunt: vt vtriq; alteris occulti eſſent. Aſtyochꝰ accepta a Pedarito Epiſtola quoſdam Erytharços captiuos e Samo miſſos veniſſe Erythras ad moliendã ꝓditionẽ extemplo reuectus eſt iterũ Erythras: ac parũ affuit: quin incideret in Athẽienſes. Is ac Pedaritꝰ q ipſe quoq; illuc ad eũ traiecerat: queſtione habita de iis qui ꝓditionẽ moliri viderent̃: vbi cõpererũt id totũ ob ſalutẽ ciuitatis e Samo fuiſſe cõfictum: abſolutis illis redierunt: alter in Chium alter in Miletũ: quo deſtinauerat. Interea claſſis Athenienſis e Coryco ꝑteruehens Arginum incidit in tris naues longas Chiorũ: eaſq; ſimul ac cõſpexit inſecuta eſt: & exorta ingẽti tempeſtate ægre in portũ Chię refugerũt. Atheniẽſiũ aũt tres q̃ ꝑ cęteris inſtructę erãt: petierũt impactę mœnibꝰ Chiorum. Viriq; partim capti ſunt: partim interfecti: cęterę fugã intẽderunt in portũ Mimanti ſubiectũ noĩe Phœnicũtẽ. Vñ poſtea in Leſbũ ꝓfecti Atheniẽſes ad munitiones excitandas ſe ꝑparabãt. Eadẽ hyeme Hippocrates Lacedęmonius cũ decẽ nauibus Thurinorũ: quibꝰ pręerat Dorieus Diagoræ vnus e tribꝰ: cũq; duabꝰ aliis, Laconica altera, altera Syracuſana: ex Pelopõneſo traiecit in Cnidũ: q̃ iã a Tiſſapherne defecerat. Cuiꝰ claſſis aduentũ vbi ſenſere q apud Miletũ erãt: iuſſerũt dimidiũ claſſis Cnidi eſſe præſidio: naues q̃ ad Triopiũ ſtabant ſuccurrere Onerariis q̃ ab Aegypto tranſmitterẽt. Eſt aũt Triopiũ ꝓminens orę Cnidię ꝓmontoriũ: vbi ſitũ eſt Apollinis templum. Eius rei certiores facti Atheniẽſes ꝓfecti ex Samo, ſex naues ad Triopiũ ꝑſidiarias intercepere: claſſiariis in terram elapſis. Mox appellẽtes Cnidũ eãq; adorti vrbẽ muris carentẽ, parum abfuit quin expugnarent. Poſtero die rurſus ſubeũtes, cũ ꝑ noctẽ oppidani melius vrbẽ obſepiſſent: & ii ſubintraſſent q ad Triopiũ e nauibus diffugerant: nõ iã perinde in oppugnãdo nocuere: ac ꝑuaſtato illorũ agro in Samũ rediere. Per idẽ tp̃s cũ in Miletũ veniſſet Aſtyochus ad claſſem, oĩa adhuc q̃ ad exercitũ ſpectãt ſuppeditabãt Peloponnẽſibus: vt qbꝰ & ſtipendiũ abũde ſolueret̃: & res ex Iaſo direptæ a militibus magnę pecuniæ ſupeſſent: & Mileſii impigre onera belli ſuſtinerẽt. Cęterũ cũ ſuꝑiora fœdera ꝑ Chalcideũ & Tiſſaphernẽ inita Lacedęmoniis viderentur quibuſdam rebꝰ manca: nec tã pro ſua facere q̃ pro altera parte: placuit de integro inire Theramene adhibito in hęc verba.

Arginũ.

Phœnicus.

Triopiũ.

### Pactiones Secũdę inter Lacedęmonios & Regẽ Dareũ.

PActiones inter Lacedęmonios ſocioſq; & Regẽ Dareũ, eiuſq; filios, ac Tiſſaphernẽ: vt fœdera ſint, & amicitia, in hanc formulã. Quæcunq; ꝓuincia atq; vrbs Regis eſt Darei ſiue cę patris fuerunt: ſiue ꝓgenitoꝝ: in has ne eãt: aut belli aut quoquo mõ nocẽdi ergo, vel Lacedęmonii vel eorũ ſocii: neq; tributa ex his vrbibus exigãt: aut Lacedęmõii aut Lacedęmoniorũ ſocii. Ne viciſſim Rex, aliquiſve eorũ quibꝰ Rex pręeſt: aduerſus Lacedęmonios eorũve ſocios eat: belli ergo: aut quoquo modo lędẽdi. Siquid aut Lacedęmonii ſociive rogauerint regẽ: aut Rex Lacedęmonios ſocioſve: quicquid alterutri perſuaſerint bene fieri id alteri faciat. Bellũ aũt quod cũ Atheniẽſibus illorũq; ſociis geritur: id ab vtriſq; communiter geratur. Q; ſi id diſſoluere placuerit communiter vtriq; diſſoluant Nec nõ quantus exercitus fuerit in Regis prouincia ab ipſo accitus Rege: tãto rex ſoluat ſtipendium. Si qua autẽ ciuitatũ cũ Rege confœderatarũ prouinciaꝝ Regis aliquã inuaſerit: cęteri ꝓhibeãt: & Regi quoad poterũt opitulent̃. Rurſus ſi quis e ꝓuincia Regis, aut quacunq; ex vrbe in qua rex imperiũ obtinet: inuaſerit regionẽ Lacedęmoniorũ ſociorumve: ꝓhibeat Rex: & quoad poteſt opitulet̃. Poſt has pactiones Therimenes traditis Aſtyocho nauibus celoce ꝓfectus e luce abiit. Athenienſes aũt e Leſbo iam Chium appulſi: terraq; ac mari potiti Delphinũ muro cluſerunt: locum alioqui & a terra munitum: & portus habentem nec procul ab vrbe Chia diremptum. Chii eum multis antea prœliis afflicti tũ inter ſe ipſos

Pactiões Secũdę inter Lacedęmonios & Dareũ regẽ.

non admodū bene animati, ſed Tydeo Ione cū ſuis tanq̃ cū Atheniēſibꝰ ſentirēt: Iam a Pe-
darito morte affectis: & reliq̃ ciuitate neceſſario in exiguū redacta: quieſcebāt mutuo ſu ſpe
Pedariti ctī: & ob id neq; iſtos neq; eos q cū Pedarito erāt auxiliares idoneos ad pugnā putabāt: i Mi
ſedulitas letū itaq; mittūt ad Aſtyochum: vt ad ſe tutandos veniat: & illo mandata nō audiēte, ſcri-
bit de eo Lacedęmonē Pedaritus tanq̃ lędēte rēp. Hactenꝰ apud Chiū Athenienſes res ſuas
cōſtituerūt. Cæterū naues eorū q̃ apud Samū erāt: aduerſus eas q̃ ad Miletū ſtabant ductæ
ſunt: & cū hoſtes pugnā detractarēt: rurſus in Samū reductæ quieuere. Per eādē hyemē trāſ
acto Pharnabazi negocio ꝑ Calligetū Megarēſem & Timagorā Cyzicenū naues a Lacedæ-
moniis armatæ ſeptē & viginti e Pelopōnenſo circa ſolſtitiū in Ioniā traiecerūt: duce Anti-
Antiſthe ſthene Spartiata: cū vndecim ſpartiatis: quos Lacedæmōii ad Aſtyochū mittebāt: vt eorū
nes. cōſiliis vterēt: quorū vnus fuit Lichas Archeſilę: dato eis negotio, vt poſtq̃ Miletū ꝑueniſ-
Lichas. ſent curarent: vt cum cętera q̃ optime haberent: tū vero has naues ſiue tot, ſiue plures, ſiue
Pharna- pauciores in Helleſpontū ad Pharnabazum: ſi videretur: mitterēt: Clearcho Ramphii prę-
bazus. fecto q in eadē claſſe nauigabat. Aſtyochū ſi eiſdē placeret āmouerēt a nauarchia: Antiſthe
nēq; ſubrogarēt. Ex Epiſtolis enī Pedariti Aſtyochū ſuſpectū habebant. Igit hę naues a Ma
Meleū. lea altū tenentes ad Meleū appulſę nactę ſunt decē Atheniēſiū naues: quarū tres captę ſunt
inanes crematæq;: mox iſti veriti ne reliquæ q̃ aufugiſſent: aduentū ſuū prout cōtigit notū
facerent Athenienſibus Sami ſtationem habentibus, Cretam petunt: & plęraq; nauigatiōe
per cuſtodiā confecta: tenuerunt ad Caunū Cariæ. Inde tanq̃ ex tuto nuntium mittunt ad
claſſem: quę ſtabat ad Miletum: vt ab ea exciperent. Interea Chii & Pedaritus Aſtyochum
& ſi cunctantē, nihilo tamē minus per nuntios orabant: vt ſibi obſeſſis omni cum claſſe ſuc
curreret: nec maximam ex omnibꝰ ſociis in Ionia vrbibus pro derelicta haberet: & a mari in
terclusam, & a terra latrociniis oppreſſam. Etenim ſeruitia cum tot eſſent: quot in vna vrbe
nuſq̃ pręterq̃ Lacedęmone: & ob tantā multitudinem ſeuerius in delictis q̃ alibi caſtigarent:
vbi exercitus Athenienſis tuto ſe loco poſt erectas munitiones collocaſſe iuſſus eſt: ad eum
permulta tranſfugerunt: & ꝓpter notitiam regionis plurima per ſe detrimenta attulerunt
Delphi- Itaq; aiebant Chii debere Aſtyochum vſq; dū ſpes facultaſq; eſſet muri apud Delphinium
nium. inhibēdi, auxiliū ipſis ferre: circunuallantē exercitu ac nauibus ampliori caſtro hoſtiū caſtrū.
Aſtyochus quēadmodū tunc fuerat interminatus aliter ſtatuerat: tū vt vidit ſocios ad hoc
incūbētes, incurrere ſtatuit. Interim accepto nūtio ex Cauno de vigintiſeptem nauium, &
conſiliariorū aduentu: cętera omnia poſthabenda exiſtimauit: ſatiuſq; eſſe vt reciperet tot
naues per quas mari potiretur: & Lacedæmonii qui ad ſe explorandum veniſſent tuto trāſ
mitterent. Igitur omiſſa nauigatione in Chium, ſine mora nauigauit in Caunum. Cumq;
Meropis Meropidem: expoſitis in terram copiis, vtiq; cum prætervehitur vrbem diripuit: & caren-
tem muris & terremotu collapſam: qui maximus omnium: quos meminimꝰ: illic contigit
& oppidanis in montana dilapſis, agrum diſcurſantes, prædas abegerunt præterq̃ libero-
rū hominū: hos enim dimittebant. Profectus ex Co in Cnidum nocte ab exponendis in ter-
ram nautis reuocatꝰ eſt a Cnidiis: vt pergeret protinꝰ aduerſus viginti naues Athenienſi-
um: hortantibus quemadmodum res ſe habebat: quibus Charminus vnus e ducibus qui
agebat apud Samum, præerat: ad Speculandum harum ſeptem & viginti nauium tranſi-
tum ex Peloponneſo ad quas Aſtyochus ipſe nauigabat. Etenim in Samo ex Mileto certio-
Charmi res facti Athenienſes de horum aduentu negotium Charmino dederant: vt eas obſerua-
nus. ret circa Symam & Chalcem & Rhodum & Lyciam. Quippe iam eſſe ſe in Cauno acce-
perant. Inſtat itaq; famam nauigationis ſuæ peruertere Aſtyochus tendens in Symā ſi for-
te claſſem hoſtilem in alto aſpiceret. Sed pluuia & nubilum cælum perturbationem ei

prębuit:ne claſſem ꝑ tenebras moderari poſſet:adeo vt ſub diluculũ diſiectis nauibus ſiniſtrũ cornu veniret in cõſpectũ Atheniẽſiũ:cũ dextrũ adhuc circũ Inſulã deerraret. Has eſſe naues quas obſeruarent e Cauno rati Charminus atq; Atheniẽſes extẽplo ꝓuecti eas adoriunt̃:q̃ erant pauciores viginti:illarũq; tris deprimũt:& alias lacerant iã ꝑlio victores:donec plures opinione ipſorũ naues apparuerũt:a quib⁹ vndiq; circũuẽti fugę ſe mandãt: ac ſeptẽ amiſſis nauib⁹ in Teugluſſam Inſulã cũ cęteris,& illinc in Alicarnaſſum cõtenderunt. His geſtis Pelopõnenſes in Cnidũ claſſem appulerũt:adiunctiſq; ſibi vigintiſeptẽ ex Cauno nauibus vniuerſa cũ claſſe petierũt Symã:ibiq; trophęo poſito rurſus in Cnidũ redierunt. Cognita pugna nauali Atheniẽſes cũ oĩbus nauibus e Samo in Symã ꝓficiſcũtur: & cũ neq; inuaderẽt ipſi claſſem q̃ ad Cnidũ ſtabat:neq; ab ea inuaderent̃:ſumptis naualib⁹ vaſis q̃ erant apud Symam: & Lorymis in cõtinente oppugnatis redierũt Samũ. Pelopõnenſes coacta ad Cnidũ oĩ claſſe:ſiqd deerat apparabãt: & ex eis vndecim viri cũ Tiſſapherne,q illuc aduenerat colloquiũ habuerũt de rebus iã tranſactis: ſi qua illarũ eis diſpliceret:deq; bello futuro q̃ rõne optime & ex vtrorũq; vtilitate maxime gerendũ eſſet: & ante oẽs Lichas q̃ tranſacta eſſent cõſyderans negare fœdera bene inita tam a Chalcideo q̃ a Therimene eſſe: indignum enĩ ſane ſi cuicunq; ꝓuincię Rex atq; eius ꝓgenitores imperaſſẽt:eã Rex nũc ſibi vẽdicaret: oportere eñ rurſus & Inſulas oẽs & Theſſaliã & Locros & deinceps Bœotia tenus in ſeruitutẽ redigere:ac Lacedęmonios pro libertate imperiũ Medorũ Gracię induere. Itaq; iubere alias iniri pactiones:aut iſtis ſtari nõ oportere:nec ob eas vllo ſtipendio opus eſſe. Hac de re ſtomachatus Tiſſaphernes infecto negotio ac prę ſe indignationẽ ferẽs inde abſceſſit. Illi a prioribus Rhodioꝝ publice accerſiti,cõſtituerũt illuc ire:ſperãtes & Inſulã tũ nauticis tum hoĩbus pedeſtrib⁹ pollentẽ,ſe recepturos: & ſocietatis huius bñficio,ꝑterq̃ ꝙ a Tiſſapherne pecuniã poſcerẽt,poſſe alere exercitũ. Profecti igit̃ protinus per eãdẽ hyemẽ ex Cnido cũ ad Camirũ orę Rhodię primũ appuliſſent:nauibus quattuor & nonaginta: permultis terrorẽ iniecerũt ignaris rerũ quę tractarent̃:ita vt ab vrbe ꝓfugerent mœnibus prębſertim carente. Quib⁹ poſtea Lacedęmonii cõuocatꝭ,& duab⁹ itẽ Ciuitatib⁹ Lindo & Eliſſo:ſuaſerũt Rhodiis vt ab Athenienſibus deficerẽt. Atq; ita Rhodus ad Pelopõnenſes defecit. Id cum ſenſiſſent Athenienſes ſub idẽ tp̃s e Samo ſoluerunt:rẽ anteuertere cupientes:ſed cũ altũ tenerẽt in hoſtiũ conſpectũ venerunt:ſed iã tardiuſculi. Ideoq; cõfeſtim in Chalcem abiere: & illinc rurſus in Samũ. Tũ poſtea & ex Chalce & ex Co & ex Samo traiiciẽtes in Rhodũ cũ illis belligerabant. Ibi Peloponnenſes ſubductis nauibus cętera quieti ꝑ dies octoginta ab Rhodiis duo & triginta talenta coegerunt. Interea & iã inde añq̃ Rhodũ ad deficiendũ induxiſſent dũ hęc ſunt geſta: Alcibiades poſt Chalcidei necẽ: & pugnã apud Miletũ,in ſuſpitionem Peloponnenſib⁹ venit: & de eo interimendo ex Lacedęmone ad Aſtyochum Epiſtola miſſa ẽ: Erat eñ Agidi inimicus & alioqui infidus habebat̃. Ob hunc ille metũ a principio ad Tiſſaphernẽ ſeceſſit:mox apud eũ q̃ maxime potuit negociis Pelopõnenſiũ nocuit: & edocendis omnibus,quomodo ſe haberent,rebus author fuit imminuẽdi ſtipẽdii vt pro ſingulis Drachmis Atticis terni Oboli nec ii aſſidue ſoluerent̃:iubẽs Tiſſaphernẽ illis dicere: Atheniẽſes q vetuſtiores eſſent peritia rei naualis ternos dũtaxat obolos Claſſiariis ſuis numerare: nec tã ꝓpter pauptatẽ:q̃ ne illi affluẽtia ſtipẽdii abuterent̃: partim corpa ſua reddẽdo deteriora dum illud in ea demũ impendũt:vñ imbecillitas cõtingit:partim claſſem deſerẽdo,dũ partẽ ſtipẽdii ſibi debitã nõ relinquunt obſidẽ ſui. Idẽ edocuit vt Trierarchos & ciuitatũ duces data eis pecunia ad hanc rẽ ſibi cõcedendam induceret pręter Syracuſanos:quoꝝ dux Hermocrates ſol⁹ oĩm aduerſabat̃:ſocialis claſſis noĩe ciuitates quoq; q̃ pecunias poſtularẽt cõfutabat ipſe Tiſſaphernis vice:ꝙ diceret Chios qdẽ impediẽtes eſſe:q cũ ſint omniũ Gręco-

Naualis pugna.

Teugluſſa.

Lichæ ſuaſio.

Rhodus ad Pelopõnẽſes deficit.

Alcibiades Lacedæmoniis ſuſpectus.

rũ ditiſſimi & auxiliariis illorũ incolumes effecti: poſtularẽt pro ſua libertate alios periclita-
ri & corporibꝰ & pecuniis. Alias autẽ ciuitates iniuſte agere: q̃ pro Athenienſibꝰ añq̃ ab eis
deficerẽt ſumptꝰ facere ſolitę, nollent nũc pro ſeipis tantũdem aut etiã plus cõferre. Et Tiſ
ſapherne nõ ab re nũc bellũ gerentẽ ſuis pecuniis parcere: redditurũ illis ſolidum ſtipẽdiũ: ſi
qñ id ab rege mitteret̃: & ciuitatibꝰ pro cuiuſq; merito ꝓfuturꝝ. Ad hęc Tiſſapherne admo
nebat: ne admodũ incũberet bello finiẽdo: neve aut accitis quas inſtruxerat Phœnicũ naui-
bus, aut maiori Gręcorũ claſſe cõducta, tradere Lacedęmoniis terrę ac maris imperiũ vellet
ſed ſineret vtroſq; bifariã habere potentiã. Fore eñ vt ſemp regi liceret in eos a quibus offen
deret̃ inducere alteros: ſi vero ad alterutros deueniret maris ac terrę imperiũ, nõ habiturum
eũ adiutores: quibꝰ opprimeret eos: qui rerum potirent̃: niſi vellet ipe aliquando per ſe cũ in
genti & impẽſa & periculo adire certamẽ. Satius aũt eſſe ſi aliquantula impẽſa cũ harũ rerũ
difficultate decideret: & ſic rebus ſuis ſaluis, Gręcos inter ſe collideret. Addebat etiã cõmo
diores illi fore ſocios imperii Athenięſes: quippe q minꝰ in terra dominari optarẽt: & rationẽ
ſimul atq; operã bellandi vtiliorẽ Regi haberent: ꝙ ſi forẽt eius ſocii in ſeruitutẽ redigerent
ſibi quidẽ ipis maris partẽ: Regi aũt Gręcos oẽs q ꝓuincias illius incolerent. Lacedęmonios
vero in cõtrariũ tendere ad reſtituendã libertatẽ: quos neutiq̃ credibile ſit: cũ Græcos nũc a
Gręcis ipis liberẽt: nõ liberaturos eſſe a Barbarꝭ eoſdẽ: ſi quos antea ab illis nõ liberaſſent. Iu
bebat ergo illũ priꝰ vtroſq; cõteri ſinere: & cũ ꝑciſũ eſſet q̃plurimũ ex Athenięſiũ viribus tũ
demũ Pelopõnenſes e ꝓuincia depelleret. Atq; ita ſe rẽ habere Thiſſaphernes fere ſentiebat:

Tiſſaphernes Alcibiadi aſſenſus.

quantũ ex iis q̃ fiebãt colligere licebat. Alcibiadi eñ ob hęc tanq̃ bene admonẽti fidẽ habẽs:
parcius Pelopõnenſibus ſtipendiũ dabat: nec eos bellũ gerere permittebat: ſed dicẽdo tũ na
ues Phœnicũ venturas, tũ illos ſupra modũ auidos eſſe certandi, res euertit: & claſſem eam
quę fuerat longe validiſſima defloravit: in cęteris quoq; apertius agens, q̃ occultaret ſe non
libẽter illis ſociis gerere bellũ. Atq; hęc Alcibiades ſimul ꝙ optima factu arbitrabatur Tiſſa
pherni pariter & Regi coram ſuaſit: ſimul ꝙ ſuũ in patriam reditũ curabat: cuius impetran
di ſi eã nõ euerteret: ſciebat ſibi aliquãdo fore facultatẽ. Eumq; ex hac re ꝑcipue exiſtimabat
impetratũ iri: ſi Tiſſapherne cõſtaret ipi eſſe familiarẽ qđ & cõtigit. Nã poſteaq̃ eũ apđ Tiſ
ſapherne pollere ſenſerunt Milites Athenienſes q in Samo erant: & ipe antea ad potentiſſi-
mos mandata dederat: vt apud optimũ queq; ſui reſtituendi mentionẽ haberẽt: velle eñ ſe
in patriã redire ſub ſtatu paucoꝝ: nõ id qdẽ pniciose: ſed ne ſub ſtatu populari a quo eſſet eie
ctus: & cũ illis vna adminiſtrare rẽp. quibꝰ amicũ redderet Tiſſapherne. Tũ vero plęriq; Tri
erarchorũ Athenienſium q erãt apud Samũ & potentiſſimi quiq; ſua ſponte inclinauerunt
ad ſtatum popularẽ antiquãdũ. Quæ res in exercitu primũ agitata, mox illinc ad vrbẽ, per-
ſuaſit vt e Samo nonnulli ad Alcibiadem colloquendi gratia venirent. Et illo ſpondente
redditurum ſe illis amicum Tiſſapherne primum: deĩde Regem: ſi modo ſtatũ popularem
non tutarentur: ſic eñ Regem magis confiſurum: magnã ſane ſpem concipiebant: cũ hoſtẽ
ſuperandi: tum vero ipſi primores ciuitatis qui affligebãtur maxime: ad ſe negotia transfe-
rendi. Hi cum Samum rediſſent: re cũ idoneis tranſacta cõiurauerunt propalam apud mul

Athenienſiũ opinio de Alcibiade reducendo.

titudinem dicentes Regem eis amicum fore: & pecuniam prębiturũ dũtaxat Alcibiade re-
ſtituto ac ſtatu populari ſublato. Vulgus, & ſi nõ nihil iis q̃ tractabant̃ impſentiarũ angeba
tur: tamen aff[illegible]gente ſtipendii ab Rege ſuppeditandi ſpe quieſcebat. At illi qui ſtatum po-
pularem agitabant: poſteaq̃ vulgo rem cõmunicauerunt: rurſus & ſibiipſis & plæriſq; ſoda
lium quæ forent ab Alcibiade ꝓſpiciebant. Et aliis quidem hæc tum ampla, tum explorata
videbantur. Phrynicho autẽ q adhuc dux erat: nihil admodum horum placebat: & nihilo
magis ſtatum paucorum Alcibiades prout erat: q̃ popularem deſiderare videbatur: neq;

aliud captare niſi quoquo modo diſciplina ciuitatis immutata accitu ſodaliũ reuerteret̃:
ſibi aũt p̃ cęteris hoc nõ negligẽdũ: p̃ſertim ne ſeditiones exiſterẽt: ꝗnetiã ne regis ꝗdē in-
tereſſe: vt Pelopõnẽſibus iã ęque in mari verſantibus, & in illis impio non minimas vrbes
obtinẽtibus, accederet ad Atheniẽſes: ꝗbus diffideret: & negotiũ ſibi faceſſeret: cui liceret
Pelopõnẽſes a ꝗbus nihil dũ mali paſſus eſt efficere ſibi amicos. Pręterea ſe ꝓbe ſcire aiebat
ſocias ciuitates cũ denũciatũ eis foret hos ſtatũ paucorũ nõ popularẽ viuere: & ita ipſis eẽ
viuẽdũ: profecto nec q̃ defeciſſent ad imperiũ redituras: nec quę non defeciſſent ſtabiles p-
mãſuras. Neqꝫ enim pręoptaturas in paucorũ aut populi ſtatu ſeruitutẽ quã in vtrorunqꝫ
nãciſci poſſent libertatẽ. Quinetiã eos qui optimates vocarent̃ opinaturos non minus ne
gocii ſibi q̃ popularẽ ſtatũ per eos exhibẽdũ q largitiõibus vterent̃: & duces malorũ eſſent
vnde plura ipſi cõmoda cõſequant̃: & ſub illis inaudita cauſa, homines atqꝫ immanius ad
necem eſſe rapiẽdos: popularẽ vero ſtatũ & effugiũ ſuum & illo certiorem eſſe: & hæc ita
ſentire ciuitates ex ipſis operibus edoctas, plane ſe ſcire Phrynichus aiebat: ideoqꝫ nihil eo
rũ ſibi q̃ impræſentiarũ ab Alcibiade agerent̃ placere. Ii tamẽ q congregati in ſocietate bel- Athenienſes Alcibiadē reuocant.
li erant: ſicut a principio placuerãt hæc: ita nũc admiſerũt: ac legatos qui Athenas mitte-
rentur cũ alios, tum vero Piſandrum parauerunt: vt de Alcibiade reducendo ac ſtatu po-
pulari antiquãdo, deqꝫ contrahenda Athenienſibus cum Tiſſapherne amicitia tractarẽt.
At Phrynichus habendæ orationis de Alcibiade reducendo gnarus & eius ab Athenien-
ſibus admittendæ, veritus ne ob ea quæ a ſe in contrarium dicta eſſent: male ſecum agere
tur: ſi in arbitrium illius deueniret: ad tale genus ſe cõuertit. Mittit ad Aſtyochum Lace
dæmoniorũ nauarchũ circa Miletũ adhuc agentẽ clandeſtinas epiſtolas: in quibus cũ alia Phrynichi epiſtolę clãdeſtinę.
ſimpliciter ſcribebat: tum vero Alcibiadẽ illorum negocia corrumpere: q Tiſſaphernem
Athenienſibus conciliaret. Sibi veniam dãdã eſſe: qui aliq̃d cõſuleret in perniciem hoſtis:
vel cum dedecore ſuę ciuitatis. Aſtyochus de Alcibiade mulctando pręterq̃ ꝙ amplius il
le nõ veniebat in manus: ne curauit quidẽ: ſed reuerſus ad eũ in Magneſiã apud Tiſſapher
nem, retulit ambobus: quæ ſibi ſcripta eſſent e Samo: index ipſe rei factus: & vt ferebatur:
tũ his tũ aliis rebus communicandis Tiſſapherni ſeſe applicans priuati lucri gratia: eoqꝫ li
bẽtius ferens, ſtipendiũ non eſſe perſolutũ. Alcibiades nõ cũctatus litteras in Samum ad
magiſtratus mittit: de iis quę a Phrynicho agerent̃: poſtulans vt eum morte mulctarent.
Ob id exęſtuans Phrynichus: vt q ob indiciũ eſſet in ſummũ omnino adductus: rurſus ad Aſtyochꝰ cõſiliorũ rector.
Aſtyochũ ſcribit: inſimulans illũ ſuperioris facti: quod haud ꝓbe occultaſſet: & nũc ſe pa-
ratum eſſe tradere omnẽ Athenienſem exercitum: qui eſſet apud Samũ: illis ad internicio
nem expoſitis ſigillatim omnibus modis: cum Samus muris careret: quibus modis iſta ex
equeretur: neqꝫ iuidioſum ſibi iam eſſe cum propter inimiciſſimos capite periclitet̃: ſi hoc
& aliud quodcũqꝫ potius ageret: q̃ vt ab illis trucidaret̃. Hæc quoqꝫ Aſtyochus ad Alcibi
adem detulit: cuius iniquitatem præſentiens Phrynichus tantumqꝫ non ab Alcibiade de
his rebus Epiſtolam adeſſe: præoccupat ipſe ad exercitum indicium efferre: inquiens ho-
ſtes in animo habere cum Samus careat muris: nec omnis claſſis intus habeat ſtationem
caſtra inuadere: & quãdoquidem ipſe pro comperto habeat: debere Samum illos q̃ celerri
me muro concludere: & in cæteris cuſtodias agere. Atqꝫ ipſe eos pro imperio quo erat ad
hęc facienda adegit. Et iſti quidem partim ad extruendos muros res præparere: partim ce
leriter extruere non ſolum ex hac cauſa: ſed etiam tanq̃ ſic Samus eſſet duratura. At non
ita multo poſt litteræ ab Alcibiade veniunt exercitum a Phrynicho proditum iri: & ho-
ſtes eum inuaſuros. Ex hoc Alcibiades non ex fide ſed ex odio dicere exiſtimatus: & Phry-
nicho tanq̃ cũ hoſtibus ſentienti opponere: quæ ipſe facienda ab hoſtibus præuidiſſet: ni-

hil obfuit immo teſtimoniũ eo iudicio perhibuit. Itẽ poſt Tiſſapherñe alliciendo induxit:
vt amicus Athenienſibus foret timentẽ quidẽ Peloponnenſes: ꝙ maiori cũ claſſe q̃ Athe=
niẽſes adeſſent: cupiẽtẽ tamẽ, ſi quo pacto poſſet, ſibi haberi fidem: præſertim poſteaq̃ ſen
ſit eorũ apud Cnidũ diſſenſionẽ de fœderibus ꝑ Therimenẽ initis. Nam id temporis cũ illi
apud Rhodum eſſent iam diſſenſio extiterat. Poſt quem Alcibiadis ſermonem cum Tiſſa
pherne habitum, Lacedæmonios ire aſſertum cunctas ciuitates in libertatem: ſuperuenit
Lichas negauitq; tolerandã eſſe pactionẽ: vt Rex obtineret ciuitates: quibus prius aliquã=
do, aut ipſe aut ꝓgenitores eius imperaſſent. Et Alcibiades quidem vtpote ad magna con
Legati athenieñ. Athenas ꝑueniunt. nitens officioſe Tiſſaphernem demerebatur. Legati autem Athenienſium qui cũ Piſan=
dro e Samo miſſi erant: vbi Athenas peruenerunt: verba apud populum fecere altius re=
petentes: & ante omnia licere illis & Regem ſocium habere: & Pelopõnẽſes vincere: ſi Al=
cibiadem reſtituerent: nec eodẽ modo degerent ſub ſtatu populari. Contradicẽtibus mul=
tis, partim pro ſtatu populari, partim propter inimicitias Alcibiadis, ac reclamantibus in
dignum facinus eſſe: ſi is rediret qui leges rupiſſet: in quẽ Eumolpides pręconeſq; de my=
ſticis teſtimonium dixiſſent: quo nomine exilium ſibi ille conſciſſet: quem deniq; ſi reuoca
rent ſeſe deuouiſſent: Piſander vbi plurimũ concertationis erat, ac querelæ: adiens ac præ
Piſander hẽſans ſingulos contradicentium percontabatur: nũquã ſpem ſalutis publicę haberent:
Peloponnenſibus nec in mari pauciores q̃ ipſi naues roſtratas habentibus, & ſocias ciuita=
tes plures, ſuppeditante illis Rege ac Tiſſapherne pecunias, quæ ipſis nullę reliquæ eſſent
niſi quis ad eos Regem traduceret? Et cum interrogaſſet & nullã aliam eſſe dicerent tunc
palam ſubiiciebat eis. Atqui hoc vt conficiamus fas non eſt: niſi rempublicam prouiden=
tius adminiſtremus: & ad paucorum regimen deferamus: vt nobis rex habeat fidem: ne
plus de adminiſtratione reipublicæ impræſentiarum q̃ de ſalute conſulamus: habituri fa=
cultatem poſtmodum ſi diſplicebunt iſta mutandi: Alcibiademq; qui hoc vnus nunc effi
cere poteſt: reducamus. Hæc audiens populus ęgre quidem a principio ferebat mentionẽ
ſtatus paucorum: ſed Piſandro plane docente nullam aliam ſalutem eſſe inter metũ & ſpẽ
vt ſtatus reip. immutaretur annuit: factũq; decretum eſt: vt Piſander cum decem colle=
gis irent ad tranſigendũ cũ Tiſſapherne atq; Alcibiade quoquo modo ſibi maxime e rep.
fore videret: & criminãte Piſandro Phrynichus a pręfectura cũ ſuo collega Scironide amo
Phryni=chus a ꝓfe ctura amo uetur. tus eſt: ſubrogatiq; in eorũ locũ Diomedõ & Leon & ad claſſem miſſi. Dedit autem crimi
ni Piſander Phrynico ꝙ diceret eum prodidiſſe Iaſum & Amorgem: videlicet arbitrabat
eum non idoneum fore iis q̃ ab Alcibiade trãſigerentur. Ita Piſander vbi cõiurationes om=
nes quæ prius fuerant de iudiciis ac magiſtratibus in ciuitate recitando ſtatum popularẽ
abrogando per factionis ſuę homines: & qui publice conſulerent: cęteraq; quæ ad præſen
tem vſum pertinerent curauit: ne quid morę intercederet: ad Tiſſaphernem ipſe cum decẽ
Leon & Diomedõ athenienſiũ ꝓfecti. collegis nauigauit. Et Leon ac Diomedon per eandem hyemem cum ad claſſem Atheniẽ
ſium perueniſſent Rhodum petierunt. Vbi nacti ſubductas Peloponnẽſium naues in quẽ
dam locum egreſſi ſunt: ac Rhodiis qui ad arcendam vim occurrerãt prælio ſuperatis: in
Chalcem ſe recepere: & illinc bellum actius ex Co gerebant: ꝙ inde commodius obſerua=
rent ſi qua traiicerent Peloponnẽſiũ naues. Xenophãtidas autem Lachon e Chio in Rho=
Xenophãtidas. dum venit a Pedarito nuntiatum iam ad finem perueniſſe Athenienſium murum. Et niſi
omni claſſe ſubueniat actũ eſſe de Chio. Et iſti q̃dẽ ſubuenire ſtatuerũt. Attamẽ Pedarit⁹
interea & q cũ eo auxiliares erãt, atq; Chii admotis oĩbus copiis munitiones Atheniẽſium
Pedariti cędes. circũdatas claſſi oppugnãt: & ei⁹ ꝑte expugnata, aliquot nauib⁹ q̃ ſubductę erãt potiunt.
Sed eo ſuccurrẽtibus Atheniẽſibus primi in fugam verſi ſunt Chii: mox Pedaritus ipſe re

ſquis circa fuſis occubuit:ac multi Chiorum:pluraq; arma capta. Poſt hęc multo q̄ antea
Chii arctius obſidebantur: & a terra & mari:etiā fame inualeſcente. Piſander autē legati-
q; collegæ vbi ad Tiſſaphernē ventum eſt:verba fecerūt de pactionibus ineundis. Ille quo
niam magis extimeſceret Peloponnēſes: & quemadmodū ab Alcibiade erat edoctus vel
let vtroſq; adhuc vehementius contēri:nō ſe certū omnino Alcibiadi prębebat. Ea de re il
le ad tale genus ſe cōuertit:vt inter Athenienſes & Tiſſaphernem tāq̄ nimia poſtulātem
nō cōueniret. Quod vt mihi videt̄ etiā Tiſſaphernes volebat: ipē quidē propter metū: Al — Tiſſaphernes ſibi metuit.
cibiades autem q; vbi animaduertit illū vt videbat̄ non affectare conuentionem: nolebat
videri Athenieſibus inualidus ad hoc ei pſuadendum: ſed iam pſuaſo & volenti ad Athe
nienſes ſe conferre:ipſos Athenieſes non idonea offerre. Poſtulauit enim Alcibiades corā
Tiſſapherne cuius vice ipſe in loquēdo fungebatur:adeo quemadmodū ſupergrederētur:
vt per Athenienſes & ſi ingentibus ſane poſtulatis acquieſcerent: ſtaret quo minus con-
ueniretur. Nam poſtulauit omnem Ioniam tradi:rurſuſq; inſulas Ioniæ adiacētes: quę cū
non abnuerent Athenienſes:tandem in tertio congreſſu ne plane depræhenderet̄ parum
pollere:petiit vt ſinerent Regem ædificare naues: & iis terram ipſorum obire quot & quo
ties libuiſſet. Ad hęc poſtulata nihil iam amplius aſſenſere Athenienſes:ſed ea intolera-
bilia arbitrantes: & ſe ab Alcibiade eſſe deceptos:cū iracundia digreſſi ſe Samum recepe-
rūt. Poſt hęc rurſus Tiſſaphernes eadem hyeme contulit ſe in Caunum animo Peloponnē — Tiſſaphernes Peloponēſib9 recōciliat
ſes iterum reuocandi Miletū:initiſq; aliis quibuſcūq; poſſet pactionibus ſtipendiū ſoluere
ne prorſus ſibi hoſtes redderet:timens tum ne aut coacti pugnare cum Athenieſibus claſ-
ſe ex magna parte ſtipendio fraudata ſuccumberēt:aut ea exarmata ad votū ſine ſe Athe-
nienſibus ſuccederet:tū vel magis ne illi ſtipendii parandi gratia cōtinentē peruaſtarent.
Harum igitur rerū omnium reſpectu atq; prouidētia, vt quēadmodum optabat Græcos
inter ſe coęquaret accitis Peloponnēſibus ſtipēdium numerat: fœderaq; cū eis tertio init
in hæc verba.

### Pactiones Tertiæ inter Lacedæmonios & Regem ſocietatis.

Pactiones tertię iter Lacedæmonios & Regem Societatis

TErtiodecimo Regni Darei anno Alexippida apud Lacedęmonem Tribunoplæ-
bis pactiones initæ ſunt apud Męandri campum inter Lacedæmonios Socioſq;
ac Tiſſaphernem, & Theramenem Pharnaciq; liberos de Regis deq; Lacedæ-
moniorum & ſociorum negotiis. Quæcunq; Plaga Regis in Aſia eſt: Regis eſto: deq; ſua
prouincia Rex deliberato pro ſuo arbitrio: Lacedęmonii Sociive prouinciam Regis ne ad
eunto nocendi ergo. Neve Rex Lacedæmoniorum ſociorumue regionem adito vllius ma
li ergo. Q; ſiquis Lacedæmoniorū, aut ſociorū nocendi ergo, Regionē Regis adierit La-
cedæmonii ſociiq; prohibento. Et ſiquis e ditione Regis adierit Lacedæmonios, ſocioſve
nocendi ergo: Rex prohibeto. Nauibus quæ nunc aſſunt Tiſſaphernes ſtipendium præ-
ſtato ex pacto dum naues Regis aduenīant: quæ vbi aduenerint Lacedæmonii ſociiq; ſuā
claſſem ſi volent alunto. Sin a Tiſſapherne ali volent Tiſſaphernes ſtipendium præbe-
to. Eā pecuniā finito bello quantam acceperint Lacedęmonii ſociiq; Tiſſapherni reddun
to. Poſtq̄ claſſis Regia venerit & illa & Lacedæmoniorum & ſocialis communiter bellum
gerunto: quatenus Tiſſapherni videtur Lacedæmoniiſq; ac ſociis. Q; ſi ſocietatem bel-
li contra Athenienſes diſſociare libuerit: ex ęquo diſſocianto. Atq; hę pactiones initæ fue
runt: poſt quas Tiſſaphernes operam dedit vt naues Phœnices quemadmodum dictum
eſt adduceret: atq; alia quę ſpoponderat: animo etiā oſtentandi ſe quę ad ipſum pertinerēt — Oropus
apparare. Sub extremum iam hyemis Bœotiani Oropum interceperunt: prodito Athe-
nienſium quod ibi erat pręſidio: opera etiam nonnullorū Erethryēſiū, & ipſorū Oropiorū

captantes Eubœam ad defectionem inducere. Ná cum id oppidũ ſit ſitum in Eretrya qđ
Athenienſes tenebant: fieri nõ poterat: quin magna iactura afficeretur: & Eretrya & cæte
ra Eubœa. Potitii igitur iá Oropo Eretrienſes in Rhodũ venerunt accitũ Peloponnẽſes in
Eubœá. Illi Chio potius quæ vexabat ſuccurrendũ cũ ſtatuiſſent: & e Rhodo ſoluẽtes om
ni cũ claſſe circa Triopiũ nauigarẽt: proſpiciũt Athenienſiũ naues a Chalce a Itum tenen
tes: & cũ neutri in alteros tenderent abierũt: Athenienſes quidẽ in Samũ, Peloponnenſes
aũt in Miletũ: cernẽtes nõ poſſe ſe Chio ſuccurrere ſine certamine. Hyems hęc confacta eſt
& viceſimus huius belli annus qđ Thucydides cõſcripſit. Incũte ſtatim proxime ętatis ve
**Dercyli das.** re Dercylidas vir Spartiata haud magna cũ manu miſſus eſt itinere pedeſtri in Helleſpon
tũ: ſollicitatũ ad defectionẽ Abydũ: quę eſt Mileſiorũ colonia. Chii quoq; ꝗdiu Aſtyochus
**Abydos.** de ferendo auxilio ambigit: obſidione vrgente ad cõfligendũ impulſi ſunt nauali certami
ne. Acceperát aũt poſt mortẽ Pedariti Aſtyocho adhuc apud Rhodum agente Leontem
e Mileto virũ Sparciatá ꝓ duce: q cũ Antiſthene venerat Epibata: & duodecim naues Mile
ti præſidiarias: quarũ Thurinæ erát quinq;: Syracuſanæ quattuor: & Aneita & Mileſia &
Leontis ſingulæ. Egreſſi itaq; populariter Chii & tuto quodá loco occupato vna cũ ſex &
trigita ſuis nauibus aggreſſi ſunt Atheniẽſiũ duas & triginta: & cũ atrox eſſet pugna na-
ualis: neq; iñ ea Chii atq; ſocii forent inferiores: tamen (iá. n. erat veſper) in vrbẽ redierunt
Secũdũ hæc cũ Dercylidas pedeſtri itinere ad Helleſpontũ perueniſſet: ſtatim ad eũ & ad
Pharnabauũ Abydus defecit: & duos poſt dies Lampſacus. Hoc cognito Strombichides
**Lāpſacus.** e Chio repente ſuppetias venit: nauibus quattuor & viginti Athenienſiũ: inter quas erát
militares quæ portabant armatos: & ꝑlio ſupatis Lápſacenis q obuiá prodierát ipſo impe-
tu Lápſacũ muris carẽtẽ capit: ac homines vaſaq; abripit: ac reſtitutis in eá liberis homini
bus ad Abydũ acceſſit. Sed cũ Abydanos neq; ad deditionẽ impellere: neq; oppugnatio-
**Seſtus.** ne tẽtata expugnare poſſet: ad Seſtũ tráſfretauit Vrbẽ in Cheroneſo e regione Abydi ſitá
quá Medi aliqñ tenuerát: ibiq; ꝑſidiũ impoſuit ac toti⁹ Helleſpõti tutelá. Interea & Chii
cõpotes maris effecti ſunt magis: & q ad Miletũ erát: atq; Aſtyochus tũ audita pugna na
uali, tũ diſceſſu Strombichidis audaciores. Itaq; omnino duabus nauibus in Chium ꝓfe-
**Status po pularis Atheniẽ- ſis antiq̃- tus.** ctus Aſtyochus ſumpſit q̃ illic erant naues: & tota iá claſſe cõtẽdit in Samũ. Et cũ hoſtes
nõ exirẽt obuiá ꝗ mutuo ſuſpecti erát: rurſus rediit Miletũ. Ná ꝑ hoc tempus atq; etiá pri
us Athenis antiquatus erat ſtatus popularis. Siquidẽ poſtꝗ Piſander cũ collegis ac Tiſſa
pherne redierunt Samũ: rem illic caſtrẽſem ad ſuum magis arbitrium tranſtulerunt: & Sa
mii ipſi hortabátur optimates ad capeſſendum ſecum ſtatum paucorum: & ſi inter ſe ad ſe
ditionem concitati ne ſub ſtatu paucorum degeretur. Quinetiam Athenienſibus qui illic
erant cum & ipſi inter ſe contuliſſent: placuit Alcibiadem (quádoquidem hoc ei nõ eſſet
cordi) miſſum facere. Non enim amplius idoneũ fore ſi veniret, ſtatui paucorum: ſed ſe iá
quorũ de periculo agereť per ſe deſpicere oportere: quonam modo & res iſta non remittere
tur: & bellica ſuſtinereť: vnoquoq; ex ſua re familiari impigre pecuniá, & ſi qua re alia opus
eſſet conferente: vt qui non aliis iá ſed ſibiipſis laborarent. Talia tunc exhortati continuo
Piſandrum & dimidiũ legatorum domum dimiſerunt ad res ibi tranſigendas: dato inſup
eis negotio: vt in quaſcunq; ſubditorũ ciuitates poſſent: ſtatum paucorũ inſtruerẽt. Alte
rũ dimidiũ in alia item ſubditorum oppida: alio alium: nec nõ diotrephem ad ꝓuinciá ſi-
bi mandatá in Thracia adminiſtrandam: tũc agẽtẽ circa Chiũ. Is Thaſſum ꝓfectus ſtatũ
ibi populaẽ aboleuit. A cuius diſceſſu Thaſſi altero fere mẽſe vrbi murũ circũdederũt: tá
ꝗ nihilo iá idigẽtes cũ Atheniẽſibus ſtatu optimatũ: ſed libertaté a Lacedæmõiis ꝓpediẽ
expectátes. Ná eorũ exules q nõ penes Atheniẽſes ſed apud Lacedęmõios erát: cũ ſuis qui

intra vrbē erant neceſſariis: oī ope annixi ſunt: vt & naues reciperētur & ciuitas rebellaret.
Itaq; ipſis quidem euenit ex ſentētia: vt & ciuitas citra periculū ſeruitio eximeretur: & po
pulus qui fuerat refragaturus adminiſtratiōe ſūmoueret: cæteris aūt Athenienſiū ſtudioſis
ecōtrario: q ſtatū paucorū illic cōſtituerāt. Neq; id in Thaſo tātū vt mihi videt: ſed in aliis
quoq; multis ſubditorū ciuitatibus: q̃ reſipiſcentes a nullo metu eorū q̃ tractabant: illaq;
fallaci ſub Athenienſibus legitime viuēdi cōditione poſthabita: ad eam q̃ proculdubio erat
libertatem trāſierūt. At Piſander cū Collegis ꝑfecti ſtatū popularē vt ipſis videbat ex vrbi
bus ſuſtulerūt: & ex aliquot earū armatis in ſocios ſūptis Athenas reuerterūt: vbi compe-
riūt iā plæraq; a ſodalibus ꝑpetrata. Et.n. Androclē quēdā in ſtatu populari longe princi-
pē, & q inter primos extiterat auctor Alcibiadis expellendi nō nulli iuniorū cōſpirati clam
obtrūcarant duplici cā: tum ꝙ erat maximæ apud populū auctoritatis: tum vel magis ali-
quāto Alcibiadis demerēdi: tāq̃ reuerſuri: & Thiſſaphernē eis amicum reddituri: alioſq;
nonnullos tanq̃ nō opportunos eodē clā mō ſuſtulerant. Oratioq; ab eis ex compoſito pro
palā hita eſt: neq; mercedē aliis dari debere: niſi militantibus: neq; plures eſſe participes re
rū gerēdarū q̃ qnq; milia: & eos ꝑcipue q & pecuniis & corporib9 prodeſſe poſſent. Erat au
tē hæc res decora apud plæroſq; vt q adminiſtrationē ciuitatis īmutaſſent: iidē ciuitatem
adminiſtrarent. Adhuc nanq; & populus & concilium ex conſuetudine congregabatur:
ita tamen vt nihil conſultaretur: niſi quod conſpiratis probaretur. Ex quorum etiam nu-
mero erant qui cōtinebantur: penſatis prius inter ſe q̃ forēt dicenda: nemine iam aliorum
contradicente, præ metu, cū tantam cerneret conſpiratorum manū. Q; ſi quis contra hiſ
ceret cōfeſtim aliquo idoneo modo necabat: neq; de percuſſoribus inquirebat: ſi qui ſuſpe-
cti erant ſuppliciū ſumebatur: ſed intra ſilentiū populus ſe tenebat adeo perterrefactus: vt
taciturnitatem ſuā lucrifacere ſe putaret: ſi nihil violentiæ pateret: & cū multo pluriū, q̃
erat cōſpirationē ſuſpicaretur: animo ſuccūbebat. Nec id licebat explorare tum ꝑpter ma
gnitudinem ciuitatis: tū propter mutuā ignorationē. Neq; vero fas erat ob hoc ipm cuiq̃
apud alium miſerari ac lamētari vicem ſuam: quaſi de vlciſcendo ſecreta conſilia agitaret.
Siue.n. notū ſiue ignotū nactus eſſes quē alloq̃ris infidus videbat: ſingulis e populo ſuſpi-
tioſe iuicē ſe adeuntibus: veluti ꝑticipes forent eorum q̃ agerētur: quoniam ex eo paucorū
numero erant quidam quos nemo vnq̃ ſuſpicatus eſſet ad eam ſe factionem conuerſuros
qui pręcipue & apud multitudinem: vt fides nō haberet: effecerant: & apud ſtatū paucorū
vt multū firmamēti eſſet vel hoc ipſo ꝙ populares ad mutuam diffidentiam inducebant.
Sub hoc igit tpſ Piſander collegæq; venientes ſtatim cætera peregerūt: & ante oīa coacto
populo ſententiam dixere de decē ſcribis deligēdis: penes quos liberū imperiū eſſet qui cō-
ſcriptam rogationē certa die ad populum ferrent: qua ratiōe ciuitas optime degeret. Vbi
dies dicta aduenit aduocata concione in æditum locum vbi templū Neptuni eſt ſitū, decē
ferme extra vrbē ſtadiis ꝓmulgarūt decē viri illi: nihil aliud q̃ hoc demū licere: quocūq; qs
velit Athenienſiū decretum refellere: refellenteq;: ſiquis aut ſcripſerit aduerſus leges face-
re: aut quoquo alio mō lęſerit ingentibus pœnis ſanxerunt. Hic vero clare locuti ſunt: nul
lū iā priſtino inſtituto magiſtratū valere: neq; ſtipendiū numerari: ſed qnq; deligi pręſides
a quibus rurſus centum viri deligant: qui ſinguli ternos ſibi cooptent penes quos numero
quadringentos, cum in curiam venerint impium ſit exequendi: quę optima factu eē ſenſe-
rint: & qnq; milia ciuiū quoties eis videret congregare. Fuit qdē qui hanc rogationem tu
lit: Piſander qui vt in cęteris ita in hoc ſtatu popularē libētiſſime propalā abrogabat. Qui
vero totum negotium compoſuit: qua ratiōe ad hoc deueniret: iā pridē id præmeditatus
fuit Antiphon vir Athenienſium ſui tēporis nulli ſecundus virtute: atq; itē ꝑſtantiſſimus

Andro clis cędes

Sētētia de decem Scribis de ligēdis.

Leges de cẽuirales.

Antiphõ

in cõminiſcẽdo:& in iis q̃ ſentiret ꝑmẽdis:q̃ neqꝫ ad populũ neqꝫ vllã in cõtentionẽ volun
tarius prodibat:ſed ſuſpectus vulgo propter opinionẽ facultatis in dicẽdo,ceſſaret ab agẽ
do:tñ hic vnus vt cuiqꝫ aliquid aut in iudicio,aut apud populũ agẽti cõſulebat: plurimũ
poſſe ꝓdeſſe exiſtimabatᷣ.Et q̃ poſtmodũ cũ ſtatu quadringẽtorũ collapſo,acta illorũ po-
pulus vltũ iret:ipſeqꝫ in iudiciũ vocaretᷣ:tãq̃ vnus ex iſtarũ rerũ auctoribus:videtᷣ mihi op
Phrynichus. time omniũ ad meã vſqꝫ memoriã,cauſam capitis dixiſſe. Pręſtabat aũt ſeſe & Phrynich⁹
per q̃ ſtudioſum circa ſtatũ paucorũ Alcibiadis metu:quẽ intelligebat cũcta apud Samũ
a ſe cũ Aſtyocho tractata reſciuiſſe: ratus (vt credibile erat) eũ nunq̃ ſub paucorũ ſtatu re
uerſurũ.Et aduerſus atrocia q̃a iis non ſuccubuerat plurimũ de ſua virtute ſpopondiſſe vi
Theramenes. debatᷣ.Theramenes quoqꝫ Agnonis filius inter primos eorũ extitit:q̃ ſtatũ popularẽ diſſol
uerũt:vir neqꝫ ad dicẽdũ,neqꝫ ad intelligendũ inualidus.Itaqꝫ opus a viris & multis & cir
Agnon. cũſpectis agitatũ & ſi arduũ tñ nõ immerito ꝓceſſit.Arduũ.n.fuit populum Atheniẽſem
cẽteſimo fere ab exactis tyrannis anno libertate priuare:ne eũ modo nullius impio ſubie-
ctũ,ſed pluſq̃ hui⁹ temporis dimidio ipſum aliis imperare aſſuetũ.Vbi aũt cõcio nemine
refragante,ſed rata habẽte quæ promulgabãtᷣ ſoluta eſt:aliquãto poſt in curiã introducti
ſunt quadringenti hunc in modũ.Erant Athenienſes aſſidue ſub armis ꝓpter hoſtes apd
Deceleã agẽtes:partim in muris,partim in ſtationibus ſuo q̃ſqꝫ loco.Igitᷣ illo die eos q̃ con
ſcii nõ erant ex cõſuetudine abire permittũt:dato præcepto cõiuratis,vt permanerẽt non
apud arma:ſed ſeorſum:& ſiq̃s ad res quæ agerentᷣ notandas reſtitiſſet hũc ſumptis armis
id facere ꝓhiberent.Fuerũt aũt ii quibus id negociũ datũ eſt qui ad hoc ipſum venerant
Andrii. cum ſuis armis Andrii & Tenii & Caryſtiorũ trecenti,& Aeginetę incolæ quos illuc habi
Tenii. tatum miſerant Athenienſes.His itaqꝫ diſpoſitis quadringẽti viri occulto quiſqꝫ pugio
Caryſtii. ne venientes comitantibus centum viginti adoleſcentibus quibus vtebantur ſicubi ma-
nu illorum opus erat:circunſiſtunt intra curiam Senatores:quiqꝫ magis eligebantur:eiſ-
qꝫ præcipiunt vt ſumpta mercede egrederentur. Attulerant autem ipſi mercedem illis
totius reliqui temporis:& eam egredientibus perſoluerunt.Itaqꝫ hũc in modum Senatus
nihil refragatus e curia prorepſit:nec cæteris quidem ciuitatibus aliquid innouantibus,
ſed quieſcentibus.Tunc illi ingreſſi curiam,quæſtores e ſuo corpore ſortiti ſunt:quibuſ-
cunqꝫ votis atqꝫ hoſtiis magiſtratus ineuntur vſi:poſtea valde immutati ritu ſtatus popu
laris:præterq̃ q̃ exules Alcibiadis gratia non reſtituerunt:in cæteris imperioſe gerebant:
& non nullos licet haud multo q̃ ipſi videbãtur idonei qui in locũ ipſorũ ſubſtituerentur:
Agis rex Lacedæmoniorũ. interemerunt:non nullos in carcerem coniecerunt:quoſdam relegauerũt.Ad Agidẽ quo
qꝫ regem Lacedæmoniorum (Erat apud Deceleam) miſere caduceatorem:qui diceret vel
le ſe redire in gratiam:& conſentaneum eſſe vt ille ipſis potiuſq̃ infido populo qui ampli-
us non excitaret aſſentiretur.At iſte non quieto animo ciuitatem eſſe exiſtimans:neqꝫ ſibi
populum ſubito vetuſtã libertatem traditurum nec quieturum ſi magnum exercitũ con
ſpexiſſet:ideo non tantum fidei habens illis in pręſens,quin crederet etiam turbari poſſe
nihil de conuentione reſpondit iis qui a quadringentis aduenerant:ſed accito e Pelopon
Agidis exercitus cõtra Athenienſes. neſo ingenti exercitu: haud multo poſt ipſe cum iis copiis & his quæ ad Deceleam
excubabant deſcendit ad ipſa mœnia Athenienſium: ſperãs eo magis turbatos Athe
nienſes in ſuum arbitrium peruenturos: aut voluntarios,aut ipſo impetu propter tu-
multum, intra extraqꝫ credibiliter futurum: neqꝫ enim defore putabat quin muros
maiores propter illorum ſolitudines occuparent. Cum ergo copias propius mœnia
admouiſſet: Athenienſes ne tantulum quidem intra vrbem mouerunt: ſed emiſſo equi
tatu ac parte quadam grauis & leuis armaturæ ſagittariorum depulerunt ſtatim eos

qui propius ſubiiſſent: armiſqꝫ atqꝫ corporibꝰ quorũdã interfectorũ potiti ſunt. Ita re Agis
cognita rurſus eduxit exercitum: & ipſe quidem & qui cum eo fuerant illic apud Deceleæ
loca manſerunt. Eos autem qui ſuperauerant: poſtq̃ illic aliquos dies fuerant commorati
domũ remiſit. Secundum hęc cũ quadringenti viri ad eum legationem miſiſſent: & hic ni
hilominus etiam magis cunctaretur & ad hoc ipſos hortaretur: Lacedęmonem mittũt ad
paciſcendum legatos cupidi pacificandi. Mittunt item in Samum decem viros ad lenien-
dos milites docendoſqꝫ cum alia quę dicere oporteret: tum vero illud non in perniciem ci-
uitatis conſtitutum eſſe ſtatũ paucorum: ſed in ſalute eſſe omnium: & quinqꝫ milia homi-
num eſſe non quadringentos ſolum qui negotia adminiſtrarent. Nec vnq̃ ad eam diem ꝓ
pter expeditiones & peregrinas occupationes ad vllam rem conſultandam quantumlibet
arduam plures quinqꝫ milibus conueniſſe. Non tamen ſtatim ab ipſa ſtatus ſui conſtitutio
ne miſerunt: veriti ne id quod euenit nautica multitudo nollet ſub eo ſtatu manere: & illic
inchoato malo ipſis mouerẽtur. Etenim iam apud Samum circa ſtatum paucorum res ta
lis erat innouata ea quę per ipſum tempus contigit quo quadringenti ſunt conſtituti. Nã
Samiorum q tunc aduerſus proceres ſurrexerãt: cũ antea fuiſſent ſtatus popularis: ſed im-
mutati rurſus perſuaſione Piſandri dum venit: & Athenienſium in Samo conſpicuorum
facta cõiuratione ad quadrigẽtos hoĩes: ſtatuerãt aggredi cæteros tãq̃ illi populꝰ forẽt: & Hypboli
Hypbolũ q̃ndã athenięſem hoĩem nefariũ exulantẽ nõ potẽtię dignitatiſue metu: ſed ꝓ- nefarii cæ
pter ſcelera & dedecꝰ ciuitatis interemerũt: vna cũ Charmino vno e ducibꝰ & aliq̃bꝰ ſecu des.
Athenięſibus q̃bus fidẽ habebant Et cum iis alia huiuſmodi ꝑpetrarũt aĩati & plures inua- Charmi
dere. Hãc rem q ſenſerant futuram nũtiauerunt tũ e ducibus Leonti ac Diomedonti. Hi- ni cędes.
enim qꝫ a populo honore affecti eſſent & inuiti ſtatũ paucorũ ferebant. Tunc Thraſybulo Thraſy
ac Thraſyllo quorum alter erat Trierarchus: alter armatis p̃erat: itẽqꝫ cęteris qui pręcipue bulus.
videbantur illi conſpirationi ſemper aduerſi: obſecrarũtqꝫ ne ſe ipſos morti deſtinatos: ne Thraſyl-
Samũ ab Athenienſibus alienatam: ꝓpter quã vna magiſtratus in id temporis ꝑmanſiſſet lus.
contemnerent. Hoc illi audito ſingulos milites adeunt orantqꝫ ne quo mõ id ꝑmittant: &
in primis eos q dicuntur Parali hoĩes Athenięſes atqꝫ liberos oẽs q in ea naui vehebant ſta
tui paucorũ nedũ p̃ſenti ſemꝑ infeſti. Quibus Leon & Diomedon quoties aliquo nauiga-
bãt: ſoliti erãt aliquid nauiũ cuſtodiẽdũ relinquere: adeo cũ trecenti illi in Samios impetũ
feciſſent: iſti oẽs interuẽtu ſuo plæroſqꝫ Samiorũ p̃iculo exemerũt: & triginta e numero tre
cẽtorũ obtruncarũt: & eorũ tres maxime nocẽtes exilio mulctarũt: cæteris ignoſcentes re
ſtituto populari ſtatu in poſterũ cõmuniter rẽp. admĩſtrarũt. Hãc itaqꝫ nauẽ Paralorũ cũ Chærea
ipſorum p̃fecto Chærea: q ſtatu mutato nauauerat operam: properãter Samii atqꝫ milites Paralorũ
Athenas mittunt: ad ea quæ acta eſſent nuntianda: nondũ eñ reſciuerant quadrigẽtos vi p̃fectus.
ros impio potitos. Cũ Athenas nauis perueniſſet: ea protinus quadrigenti ablata Paraloꝝ
aliquot duobus tribuſve vincla indiderunt: reliquos in aliam militarem nauẽ impoſitos:
mandarunt per Eubœam cuſtodiẽdos. Chęrea ſimulac ea q̃ agerent animaduertit: vtcũ
qꝫ latitans rurſus in Samum reuerſus retulit militibus q̃ fierent Athenis: omnia in maius Chęrea
vi orationis exaſperans: vniuerſos ab his qui rẽp. adminiſtrarent verberibus affici: nec con Samũ re
tra eos quicq̃ hiſcere licere: quinetiam horum vxoribus liberiſqꝫ vim afferri: cędem quoqꝫ uertitur.
ſtatuiſſe omnium qui in Samo militarent: qui ab ipſorum ſententia diſcreparent: propin-
quos comprehendere atqꝫ coercere niſi ſibi obtemperatum ſit eos interfecturi. Alia etiam
permulta mentiendo adiecit. Quæ audientes milites non modo eos qui ſtatũ paucorũ in
troduxerant: ſed etiam eos qui participes erant ſtatuerunt a principio occidere. Deinde ab
iis qui ſe interpoſuere prohibiti atqꝫ edocti ne hoſtibus infeſta claſſe venientibus rem

Lycus Thraſy buli pater

Athenienſem ꝑderent: abſtiterũt. Ac poſtea volẽtes iã aperte rem Samiam ad ſtatum po
pularem reuocare: Thraſybul⁹ Lyci ac Thraſyllus: iſti. n. pręcipui auctores extiterãt ſtat⁹
innouãdi: adegerunt ad maximum iuſiurandũ cũ cæteros milites, tum vero eos qui erãt
e ſtatu paucorum capeſſituros ſe remp. popularẽ: idemqꝫ quod ipi ſenſuros bellum aduer
ſus Peloponnenſes impigre geſturos: trecentos viros pro hoſtibus habituros: ac nihil ad-
modũ cũ illis per Caduceatorẽ tranſacturos: in eadẽ verba iurauerũt: ex Samiis omnes qui
per ætatẽ ferre arma poterant: cũ quibus omnia negotia & quæ ex periculis euentura fo-
rent milites ſibi communia eſſe voluerũt: arbitrantes neqꝫ ſibi neqꝫ illis vllam reliquam ſa
lutem fore: ſed vtriſqꝫ pereũdũ ſiue quadringenti viri vincerẽt: ſiue hoſtes e Mileto. Atqꝫ
hoc tempus per concertationẽ omne cõſumptum eſt: militibus Athenas ad popularẽ ſta-
tum, illis hos ad paucorum compellentibus. Sed milites coacta protinus concione ſuperi-
ores duces, & ſiquẽ Trierarchũ ſuſpectum habebãt magiſtratu amouerunt. Alioſqꝫ ſuffe
cerũt Triearchos duceſqꝫ: quorũ extitere Thraſybulus Thraſylluſqꝫ qui ad dicendum ſur
gentes cęteros exhortati ſunt: cũ aliis rationibus nõ debere ipſos animo labare: ꝙ ciuitas
ſua defeciſſet: tũ vero his ꝙ a ſe q & plures eſſent & omnibus magis abundarent illa ſeceſ-
ſiſſet. Nam cũ ipſi omnem claſſem habeant poſſe ſe ciuitates ꝗbus pręeſſent adigere ad pe
cuniam pro viribus dãdã: ſi illic abirent Samũ ſupereſſe: vrbẽ nõ inualidam: ſed quatenus
maritimũ robur Atheniẽſiũ: qđ ſoli obtinere contenderant: eo imbecillitatis recidiſſet: ſa
tis validam ad hoſtes & eodem loco arcendos: vnde iterũ arcuiſſent: & ſe propter claſſem
potẽtiores q̃ eos qui in vrbe eſſent: ad comparandũ commeatum: cũ eſſet ipſorum benefi
cio ꝙ Samo ꝑſideret: hactenus licuiſſet illis in Piræũ applicare: qđ nõ liceret in reliquũ ſi rẽ
p. eiſdẽ reſtituere recuſarent. Itaqꝫ magis ſe poſſe illos prohibere vſu maris q̃ ab illis prohi
beri. Nam illud exiguum quiddam eſſe & nullius momenti faciendum: illos vrbem ab ho
ſte eripere: ſi hoc ipſis vtile ſit: & eoſdem nihil amiſiſſe: ſuam habeant quam mittant pe-
cuniam: ſe eam ipſi milites erogent: ſed ſenatum conſtituiſſe & eius gratia ciuitas habe-
at exercitus: immo in hoc ẽt eos reliquiſſe ꝙ primas leges reſciderint. Se vero debere & ſuæ
ſaluti conſulere: & tentare vt illos ad officium retraherent: nec deteriores illis eoſdem cen
ſendos qui aliquid melius conſultarent: Alcibiadem quoqꝫ propoſita ſibi per ipſos ſecuri-
tate atqꝫ reſtitutiõe ſocietatem inter eos ac regem cupide conciliaturum: qđqꝫ maximum
ſit ſi cætera fruſtrarentur: certe cum tantam claſſem habeant: hoc non deeſſe vt ſecedant
aliquo ex multis locis: vbi & vrbes & agros inueniant. Talibus ſeſe alloquiis mutuo in cõ
cione hortati ſunt: & nihilo ſegnius ea quæ ad bellum gerendum pertinebãt apparabant.
Quæ ſentientes decem legati qui a quadringentis viris in Samum miſſi erant: cum iam
in populo verſarentur ibidem ſiluere. Per hoc tempus Claſſiarii Pelopõnenſium milites
qui erant Mileti inter ſe ſucclamabant: tanq̃ negotia ab Aſtyocho pariter atqꝫ Tiſſa-
pherne perderent: ab Aſtyocho quidẽ: ꝙ neqꝫ prius pugnare voluerit: q̃diu ipſorum claſ-
ſis prępotens, Athenienſium tenuis fuit: neqꝫ nunc velit cum Athenienſes inter ſe diſſide
re dicantur: nec eorum naues eodem in loco eſſe; ſed tempus terat operiendo Phœnices a
Tiſſapherne naues noĩe nõ re piculũ certaminis facturas: a Tiſſapherne autẽ ꝙ has naues
nõ accierit: ꝙqꝫ neqꝫ ſolidum neqꝫ aſſiduũ ſtipẽdiũ ſoluẽdo claſſem pelopõnẽſem deſtruat
Itaqꝫ negabãt vlterius expectare oportere: ſed pugna nauali decernere ad quod ꝑcipue Sy
racuſani inſtabant. Hoc murmur gliſcere ſentiẽtes ſocii atqꝫ Aſtyochus cõcilio habito cẽ
ſuere decertandum: quandoquidem ſeditionem apud Samum eſſe nũtiabatur. Ergo cum
Micale. oĩbus nauibus nũero Cẽtũ ac duodecim Micalẽ ꝓficiſcũt: iuſſis eo mileſiis adeſſe pedeſtri
itiere: in Glaucis aũt Micales ſtationẽ Atheniẽſes hẽbãt duo & octogita naues e Samo ꝓſe

ctę. Diſtat aūt paululū a cōtinēte Samus: qua parte Micalē ſpectat. Qui quum proſpexiſ- Samus.
ſent Peloponneſiacas naues ex aduerſo veniētes ſeceſſerunt in Samū: ſuas non ſatis eē ad
ſubeundū de ſumma rerum periculum: & ſimul expectantes: pſcierant eñ hoſtem e Mile
to venire cupidum pugnādi: Strombichidem in Helleſponto ſuccurſurum cum ea claſſe
qua ſe e Chio Abydum contulerat: ad quem pmiſerant nūcium cum ſe in Samū Atheni-
enſes ſubduxiſſent. Pelopōnēſes ad Micalē claſſe appulſa illic caſtra poſuere. Et cū eis Mi
leſiorum peditatus atq; accolarum. Poſtero die cū aduerſus Samum nauigare ſtatuiſſent
accepto nūtio Strombichide ab Helleſponto rediere: illico Miletū reuecti ſunt: aduerſus
quā viciſſim Athenienſes poſt acceſſionem alterius claſſis contenderūt Centū atq; octo
nauibus ꝓpoſito decertandi. Sed nemine obuiā ſe dante: rurſus in Samū reuertuntur. Sta
tim ſcđm hęc eadē Peloponēſes tā numeroſa claſſe: tñ nō idoneos ſe arbitrantes ad plium
cōſerēdū: inopes cōſilii vñ tot nauibus pecunia ſuppeteret: pſertim Tiſſapherne male ſol-
uēte: mittunt ad Pharnabazū: quod iā inde ex Pelopōneſo pceptū erat: Clearchū Rāphii Clearch⁹.
filiū quadragita nauiū pfectū. Euocauerat. n. eos Pharnabazus prębere ſtipendiū paratus
pactuſq; per legatum ſe illis Byzantiū ad defectionē impulſurū. Ita naues Peloponnēſes
datis velis altum petentes: vt in curſu faciendo hoſtem laterent: coorta tempeſtate iacta
ctæ ſunt: & earum aliæ quæ Delum tenuerūt plures erant quibus Clearchus vehebatur:
poſterius Miletum reuerſæ ſunt. Sed rurſus eas recepit Clearchus in Helleſpontū pedib⁹
itinere confecto. Verum eæ quę in Helleſpontum euaſerant cum Helixo Megerei decem Helixus.
naues Byzantiū traxere ad defectionem: quod poſtea cum reſciſſent Athenienſes: qui ad
Samum ſtatiua habebant: miſerunt auxilio atq; pręſidio loci claſſem in Helleſpontum:
& breuis quædam pugna commiſſa eſt ante Byzantiū inter Octonas vtrinq; naues: inter Pugna me
eoſdem. Ii q rebus prę erant: & ante omnes Traſybulus cum ſemper alias, tum vero poſtq̄ diocris.
ſtatum immutauerat: in eadem ſententia fuit: vt Alcibiadem reuocaret: ac tandē frequē
ti militum concione ad hoc perſuaſa: factoq; decreto reducendum donata venia Alcibia
dem ad Thiſſaphernem nauigauit: Alcibiademq; deduxit in Samū: vna ſpem fore exiſti
mans: ſi ille Tiſſaphernem a Pelopōnenſibus ad ipſos transferret. Alcibiades coacta cōcio Alcibia-
ne iacturas exilii ſui queſtus eſt: & deplorauit: multaq; loquutus de rep. nō in paruā ſpem des exiliū
futurorum audientes adduxit: ſupra modum amplificando ſuam apud Tiſſaphernem ſuū ꝗritur
gratiam: vt ii qui Holigarchiam domi gerebant ipſum extimeſcerent: tum vel magis con
iurationes diſſoluerentur: ſimulq; vt ab iis qui Sami erant plus fiducię caperetur: ac plu-
ris ipſe fieret: atq; hoſtes Tiſſaphernem q̄ maxime obtrectarent: & a ſpe in qua erant deci-
derent. Enimuero aſſeuerabat ampliſſimis verbis ſibi recepiſſe Tiſſaphernem nunq̄ ceſ-
ſaturum dare ſtipendium Athenienſibus: ſi modo eis confideret: quoad ipſi quippiam re-
liquum foret: ne ſi oporteret quidem ſe ad extremum vęnūdare torum ſuum. Naues quo
q; Phœnicum quę iam in Aſpendo eſſent ad Athenienſes, non ad Pelopōneſes adductu
rum. Ira demum ſe Athenienſibus habiturum fidem: ſi ipſum ad eos reuerſum excepiſſet,
Hæc illi aliaq; multa ſimul atq; audierę in collegium ſuperiorum Imperatorum coopta-
uere: iuſq; rerum omnium permiſere: tantam ſubito ſpem ſinguli præſumentes: vt nihil
minus q̄ de ſua ſalute, deq; ſupplicio quadringentorum dubitarent: parati etiam iam
tum propter ea quæ ille dixerat contemptis qui aderant hoſtibus nauigare in Piræum:
ad quod faciendum cum multi inſtarent: ille vehementer abnuit: negans omiſſo qui pro
pius eſſet hoſte in Piræum eſſe nauigandum: & quandoquidem ipſe delectus eſſet impe-
rator: ſe rationes belli ante omnia curaturum adito Tiſtapherne: atq; extemplo e concio-
ne abiit: videri volens vniuerſa cum illo communicare: & maioris apud illum precii eſſe:

oſtentando ſe ꝙ Imperator iam delectus eſſet illi quę prodeſſe poſſet & obeſſe. Atq; hinc
contigit vt per Tiſſaphernem terrefaceret Atheniẽſes: inuicẽ per Atheniẽſes Tiſſapher-
nẽ. Peloponneſes qui Mileti erant audito Alcibiadis reditu: cum iam antea Tiſſaphernẽ
pro infido haberent: multo iam magis obtrectabant: delatum em̃ multis e locis ad eos fue
rat: quia recuſaſſent prodire obuiam claſſi Athenienſi ad Mileti vſq; vltro laceſſenti: Tiſ-
ſaphernem multo languidiorẽ effectum eſſe ad mercedem ſoluendã: & iam antea ꝑ Alci-
biadem operam datam: vt idem ipſis inuiſus eſſet. Itaq; inter ſe milites alius alium conue
nientes, quemadmodum prius fecerant: conſpirauerunt: & alii quidam auctoritatis homi
nes: non ſolum ꝙ neq; ſolidum vnq̃ ſtipendium acciperent: & id breuis temporis: atq; in-
termiſſum niſi quis eos, aut in pręlium duceret: aut alio abduceret vnde alerentur: deſere
re naues: culpam omnem in Aſtyochum refundentes: qui priuati lucri gratia Tiſſapherni
indulgeret. Cum autem in huiuſmodi conſpiratiõe iſti eſſent: cõflatus eſt quidã in Aſtyo
chum tumultus hunc in modum. Syracuſanorum nautæ Thurinorumq; quo liberior
multitudo erat: licentius ingruentes ſtipendium repoſcere. Quibus proteruius quod-
dam reſponſum reddidit: interminatuſq; in Hermocratem, nautis ſuis aſtipulantem le-
uauit fuſtem. Hoc cernentes commilitones vtiq; nautę cum clamore Aſtyochum vt fe-
rirent impetum faciunt. Quod ille ꝓuidens ad aram quãdam confugit: atq; ita percuſſus
non eſt. Sed illinc in diuerſo diſceſſum cœperunt: & Mileſii furtim adorti Caſtellum Tiſſa
phernis illic extructum, & ꝑſidiũ quod ibi erat eiecerunt. Quę res probata eſt; cũ aliis ſoci-
is, tum ꝑcipue Syracuſanis. Lichę tamen diſplicuit affirmãti debere Mileſios alioſq;, qui
ſub ditione regis eſſent inſeruire atq; obſequi Tiſſapherni in iis: quæ moderata eſſent: do-
nec rationes belli recte diſponerent. At Mileſii ob hæc illi, & alia huiuſmodi ſuccenſentes
mox defunctum morbo humari prohibuerũt eo loco: qui aderant Lacedęmonii volebant.
ꝓpter hãc rerũ diſcordiã inter ipſos Tiſſaphernẽq; & Aſtyochũ ſuperuenit ex Lacedęmo
ne ſucceſſor Aſtyochi Mindarus nauarchiæq; ſuſcepit imperium & Aſtyochus abſceſſit
Cum quo Tiſſaphernes Gaulerẽ quendam ex iis quos ſecum habebat nomine Cara lega-
tũ miſit: vtriuſq; linguæ gnarũ: tũ ad inſimulandũ Mileſiorũ factũ circa caſtellũ: tũ ad ſe
purgãdũ: ſciens ſui ſucclamandi gratia ꝑcipue illuc Mileſios ire: & cũ eis Hermocratẽ qui
aſſeueraret ipſum cũ Alcibiade res Peloponẽſes deſtruere: in partibꝰ vacillãtẽ. Erat enim
illius in hũc ꝑpetua ſimultas ꝓpter ſtipẽdii ſolutionẽ. Quẽ extremũ iam Syracuſanis ex-
torrem, cum alii duces Syracuſanorũ nauiũ Potamis Miſcon & Demarchus Miletum ve
niſſent: inſectatus ẽ Tiſſaphernes multo acrius: ac crimini dedit cũ alia, tũ vero ꝙ ꝗ pecu
niam poſtulatã aliquãdo nõ ĩpetraſſet: inimicitias ſecũ gereret. Igitur Aſtyochꝰ Mileſiiq;
& Hermocrates a Mileto Lacedęmonẽ petierũt: & Alcibiades rurſus a Tiſſapherne Samũ
vbi dũ adeſt: legati ex Delo aduenitũt quadringẽti: quos viri mittebãt: ad demulcẽdos eos
q̃ Sami erãt: & coacto cõcilio conãtes eos loqui nolebant initio auſcultare milites; ſed ſuc
clamantes iubebant interfici qui ſtatum popularem ſuſtuliſſent. Mox tamẽ vix reticeſcẽ
tes exaudierunt illico memorare: nõ excidii publici, ſed ſalutis cauſa, neq; vt ciuitas hoſti
bus ꝓderet̃ factũ eſſe ſtatus immutationẽ: licuiſſe em̃ cũ hoſtis ad vrbem ſubiiſſet: ſibi id
facere: q̃ ciuitati ꝑeſſent aliiſq; quinq; milibus: quoniã oẽs aliquatenus ꝑticipes eſſent: ne
q; domeſticos eorũ aut iniuria quẽadmodũ Chęrea inuidioſe retuliſſet: aut vllo dãno affi
ci: ſed in ſuis quenq; locis paſſim manere: & cũ alia multa commemorarẽt noluerunt eos
vlterius exaudire q̃ aderãt: quoniã ęgre ferebãt: & alii aliã ſententiã dicebãt: ſed in primis
de nauigando in Piręum: ibi Alcibiades primũ videtur de patria bene fuiſſe meritꝰ: & vt
nemo magis: ꝓperãtibus. n. Atheniẽſibus e Samo aduerſus Atheniẽſes nauigare: ex quo

Conſpiratio ĩ Aſtyochum.

Aſtyochꝰ mortẽ aufugit.

Mindarus

Cara legatus Tiſſaphernis.

Potamis. Miſcon. Demarchus.

planiſſime fuiſſent hoſtes ꝑtinus Ionia & Helleſpõto potituri, interceſſit: quo tpe nemo alius cõpeſcẽdę multitudini idoneus eſſet: extitiſſet: ille & publice cupidos a nauigando cohibuit: & priuatim iraſcẽtes legatis ne cõiurarent inhibuit: & legatos ipſos remiſit ꝑ ſe reddito reſpõſo: ſe quinq; milia quidem a gubernatione nõ prohibere: quadringẽtos autẽ vt amouerent iubere: conſiliumq; reſtituerent: quẽadmodum prius fuiſſet quingẽtorum porro quidem adleuãdos inopes ſepoſitum eſſet: quo magis ſtipendium militibus ſuppę teret: ſe magnopere probare: & alia vt hortaret̃ iuſſit: neve ſe hoſti dederẽt. Nã ciuitate incolumi multam ſpem eſſe: etiã inter ſe cõueniendi: ſi vero ſemel alterutri ſuccũberẽt: aut iſti qui Sami aut illi q̃ Athenis eẽnt: neminẽ iã fore ꝑ quẽ in mutuã gratiã redirẽt. Aderãt autem & Argiuorum legati pollicẽtes factioni populari q̃ erat illic auxilio futuros. Quos Alcibiades collaudatos & cũ quis eos vocaret vt adeſſent rogatos: ita dimiſit. Venerant aũt cum Paralis quibus tunc iniunctũ fuerat a quadringẽtis viris vt naui militari Euboeam luſtrarẽt: & legatos a quadringẽtis miſſos Leſpondiã & Ariſtophõtẽ & Meleſiã deducerẽt Lacedæmonẽ. At iſti vbi Argos appulerũt cõprehẽſos eos Argiuis tradiderũt: veluti e numero illoꝝ q̃ in primis ſtatũ popularẽ ãtiquaſſẽt. Neq; iſti poſthac Athenas rediere: ſed hos ex argo legatos Samũ quã habebãt triremi adduxere. Eadẽ æſtat; atq; hoc tpe Tiſſaphernes quo p̃cipue inuiſus Pelopõnẽſibus erat: cũ ꝓpter alia, tũ vero ꝓpter Alcibiadẽ reſtitutũ: tãq̃ plane cũ Athenienſibus ſentiẽs huius, inuidiæ abolẽdę gr̃a vt videbat̃: apparabat ꝓfectionẽ ad claſſem Phoenicẽ: q̃ ad Aſpẽdũ ſtabat: iubẽs ſecũ ire Lichã ſubſtituto Tamo vt dicebat ſuo p̃fecto: q̃ quoad ipſe abeſſet exercitui ſtipendium præberet. Fertur nõ ea gratia abiſſe: nec facile cognitu eſt: quo cõſilio abierit in Aſpẽdũ cũ illinc claſſem nõ apportarit. Quippe centũ quadraginta naues Phoenicũ Aſpẽdotenus veniſſe cõſtat: cur aũt nõ ꝑuenerũt multifariã hoĩes interp̃tant̃. Alii vt res Peloponnẽſiũ quẽadmodũ cõſtituerat deſtineret abſceſſu ſuo. Ideoq; nihilo melius ſtipẽdiũ Tamus cui imperatũ fuerat: ſed deterius p̃buit. Alii vt ꝑductos ad Aſpẽdũ Phoenices exacta pecunia miſſos faceret: vtpote quibus nihil admodum vſurus eſſet. Alii vitandę inuidiæ q̃ apud Lacedęmonem flagrabat hoc eſſe factum: vt nõ iniurius eſſe videret̃: ſed plane ad claſſem ſe cõtuliſſe vere armatã. Mihi vero euidẽtiſſimũ videt̃ cauſa demorãdi deſtinẽdiq; Gręcorũ negotia, claſſem nõ deportaſſe: vt q̃diu abeſſet illic: & cũctaret̃: ad exitiũ illa deduceret: vtq; dũ neutro accedit neutros reddendo p̃ualidos vtroſq; exęquaret. Qui ſi voluiſſet vtiq; aptũ geri bellũ: nõ anceps ꝓfecto vt credibile eſt Lacedæmoniis: nã ad eos ſe cõtuliſſet: victoriã tradidiſſet: quippe cũ ꝑ ſe quoq; magis pari q̃ iferiori claſſe contra hoſtes ſteterit. Et.n. maxĩe euidẽtis tergiuerſatiõis fuit: q̃ cauſabat̃ cur naues nõ apportaſſet: q̃ videlicet pauciores q̃ iuſſiſſet Rex naues eẽnt cõtractę. Sed ipe maiorẽ apud Regẽ gr̃am inire ſtudebat: ſi nõ magno ſũptu pecuniæ Regiæ, ſed paruo tamẽ eadẽ cõfeciſſet. Quocũq; igitur ꝓpoſito Tiſſaphernes Aſpẽdũ petierit: Pelopõnẽſes illo iubẽte, tanq̃ ad naues miſerũt Philippũ hominẽ Lacedęmoniũ duab⁹ cũ triremibus: & ipſe cũ Phoenicibus cõgreſſus ẽ. Quę Alcibiades vbi ſenſit in Aſpẽdũ nauigare: & ipſe ſũptis tredecim nauib⁹ eodẽ cõtẽdit: pollicẽs iis q̃ Sami eẽnt tutũ atq; amplum bñficiũ ſe collaturũ: qm̃ Phoenicẽ claſſem aut ad Athenienſes afferret: aut ad Peloponnẽſes afferri ꝓhiberet: gnarus (vt cõſentaneũ eſt) ex longa cõſuetudine Tiſſaphernis ꝓpoſiti: q̃ illã nõ eſſet adducturus: aĩo etiã q̃ maxime obnoxium criminibus eum faciendi apud Peloponnẽſes in ſuũ & Athenienſium fauorẽ: vt eo magis ille cogeretur per hoc ipſum ad Athenienſes accedere. Et hic q̃dem continuo profectus ſuperiora Phaſelidis & Cauni tenebat: legati aũt a quadringẽtis viris miſſi vbi e Samo peruenere Athenas Alcibiadis mãdata: iubere illum vt hoſti reſiſterẽt: nec quicq̃ cõcederẽt:

Argiuorũ legati.

Leſpondia

Aſpendũ.

Nauium phoeniſſarũ ad Aſpendũ appulſarum numerus.

Philippus Lacedęmonius.

Phaſelis.

Caunus.

habere em̃ plurimũ ſpei: & recõciliandi eis exercitũ: & Pelopõnenſes ſuperandi. Hęc verba multo vehemẽtius corroborauere multos: q̄ iã pridẽ grauabãtur cõſortium collegarũ in ſtatu paucorũ: & q̄ libenter ſe illinc dum tamen tuto, explicarent. Ii iam tũc vno quodã cõſenſu negocia carpere: habẽtes in hoc duces lõge principes illius ſtatus atq; magnatũ:
Ariſtocrates. Theramenẽ Agonis: & Ariſtocratẽ Sicellii: & alios q̄ inter primos q̄dẽ rerũ participes erãt ſed (vt aiebãt) metuẽtes exercitũ Samiũ atq; Alcibiadẽ, legatos mature ſane Lacedæmonẽ miſerant: ne q̄d ciuitatem Athenienſes ſine maiori parte offenderẽt. Ita em̃ vitari poſſe ne res ad paucos admodũ deueniret. Sed quinq; milia re nõ nomine declarare oportere: & rẽp. in alterũ ſtatum transferri. Prętendebãt aũt mẽtionẽ reip. cũ tamẽ plęriq; coꝝ priuata ad hoc ambitiõe incũberẽt. Qua ratiõe p̄cipue aboleret̃ ſtatus paucorũ e populari effectus. Cũcti nãq; ſuo quiſq; die in orbẽ p̄erãt: nõ vt pares eſſent: ſed vt ſinguli cęteris longe p̄eſſent. Hi ſtatu aũt populari in quo magiſtratus per electionẽ fiũt: facilius ferat quiſq; ea q̄ eueniũt: tanq̄ nõ repulſus a pariꝰ. Et ꝓculdubio validę res Alcibiadis apud Samũ hoc extulerũt: ꝙ paucoꝝ ſtatus ipſis haud ſtabilis futurus eſſe videbat̃. Certatim igitur annitebatur vnuſq̄ſq;: vt ipſe potiſſimũ in populo princeps exiſteret. Huic rationi refragabãtur maxime: & quadringẽti viri: & qui primores erant Phrynicus q̄ aliquãdo dũ apud Samũ dux eſſet ab Alcibiade diſceſſit: & Ariſtarchus in primis ac iam pridẽ ſtatui populari aduerſus: & Piſander & Antiphõ & alii potẽtiſſimi. Hi & prius cum rem rapidiſſime cõſtituiſſent: & poſteaq̄ ea in Samo immutata eſt: legatos e corpore ſuo Lacedęmonẽ miſerunt: & ſtatui paucorũ ꝓpẽſius vacabãt: & murũ in loco quẽ vocãt Eetioneam: multo etiã
Eetionea. q̄ ãtea magis excitabãt. Et poſt reditũ ſuorum e Samo legatoꝝ aĩaduertẽtes cõplures etiam e ſuis, qui prius pro fidis habiti fuiſſent: etiã eſſe immutatos: miſerũt ꝓpere Antiphonẽ & Phrynicũ decẽq; alios cũ mãdatis: vt quoquo mõ dũ tolerabili cõditione trãſigerẽt cũ Lacedęmoniis: ꝙ ſcilicet timerẽt: & q̄ illic fierẽt: & q̄ in Samo: & eo ſtudioſius murũ in Eetionea extruebãt. Cuiꝰ extruẽdi hoc cõſiliũ fuit (vt aiebat Theramenes & q̄ cũ eo erãt) nõ vt illi e Samo ſi infeſti venirẽt nõ reciperent̃ iã in Piræum: ſed vt potius hoſtiũ quoties
Eetionea Pirę forceps. vellẽt, & claſſis & peditatus reciperet̃. Forceps em̃ Pirei eſt Eetionea: & iuxta eã ſtatim nauium ingreſſus. Hic igitur ſic cum eo extruebatur q̄ antea erat terrã verſus muro: vt illic pauci inſidẽtes introitus nauiũ arbitri eſſent: q̃m ad ipſam alterã portus cuiꝰ os anguſtũ eſt turrim terminatur: vt antiquus murus terrã verſus, & interior nouus mare verſus: ꝓxime hunc ſtatim intra Pirẽũ ædificauerũt & porticũ maximã: cuiꝰ ipſi potiebant̃: in quã cogebant ſuũ quẽq; frumentũ ſeponere: q̄d ꝓ intra vrbẽ eẽt: q̄dq; mari aduheret̃: & illinc ꝓmẽtes vęnũdare. Theramenes iſta & iãpridẽ tumultuãs denũciauit: & poſtea q̄ legati e Lacedęmone prorſus infecta pactione cũ vniuerſis rediere: aiebat fore vt ob hũc murũ periclitaretur incolumitas ciuitatis. Nã ſub hoc idem tẽpus affuerũt pariter ex Pelopõneſo
Pelopõnẽſiũ naues. Agiſandridas. duę & quadraginta naues eorũ, q̄ Euboei cognominant̃: quaꝝ nõnullę erãt e Tarẽto & Locris Italicæ & Sicilieſes: & q̄dã iã ſtatione habita ad orã Laconicã: & inſtructæ ad trãſiẽdũ in Euboeã: p̄fecto Agiſãdrida Agiſãdri Sptiata (vt dicebat Theramenes) nõ tã in Euboeam eũtes: q̄ ad extructores Eetionea muri: & niſi quis iã cuſtodia ageret furtim exitio allaturę. Erat autem eorum quę rep̄hendebãtur nonnihil veri, nec omnino detrahẽdi ſtudio dictũ. Nã p̄optabãt illi maxime in ſtatu paucorum ciuitatis, ac ſocioꝝ principes eẽ. Si minus certe habẽtes claſſem & muros, ſub arbitrio viuere: hoc quoq; excluſi ne a populo rurſus reſtituto, ipſi ante oẽs euerterent̃: volebãt ſed introducẽdo hoſtes abſq; muris & nauibus paciſci cũ eis qualẽcũq; ciuitatis ſtatũ: dũmodo de corporiꝰ ſuis ſecuri eẽnt. Ideo q; hũc murũ ac portulas ſeruabãt: introitusq; & receptacula hoſtiũ ſtudioſe ędificabãt: ne

prȩuenirentur abſoluere properātes. Et a principio quidem inter paucos hȩc ac furtim po-
tius dicebantur. At vbi reuerſus Phrynichus e Lacedȩmone legatus, a quodam excuba-
torum inſidiis frequenti in foro vulneratus eſt: nec ita poſt e curia abiens continuo diſceſ
ſit: & ꝑcuſſore eius elapſo: adiutor tamen eius homo Argiuus a quadringentis viris cōpre
hēſus, ac tortus: nullius nomē a quo iuſſus eēt ꝓtulit: nihilq; aliud: q̃ ſcire ſe cōplures ho
mines in Peripoliarchi, atq; alias ædes cōuenire ſolitos. Tum vero nihil factum cum eſſet
ex hoc noui: Theramenes iam audentius Ariſtocrateſq;, & alii quicūq; vel ex ipſis quadrin
gentis, vel extra hos eiuſdem ſententiȩ erant negocia capeſſerunt. Nam ſuper hæc claſſis
a Lacedȩmone iā circūuecta ad Epidaurum ſtationē habēs Aeginā excurſionibus infeſta-
bat. Quo magis negare Theramenes credibile eſſe: ſi in Eubœam tēderēt naues in ſinum
Aeginȩ fuiſſe deflexuras: & rurſus in Epidaurū ſe recepturas: niſi venirent: exhortandum
ad ea ꝑagenda: quȩ ipſe ſemper accuſaſſet: eoq; nō poſſe ſe vlteriꝰ quieſcere. Ad poſtremū
multis, & ſeditioſis, ſuſpitioſiſq; ſermonibus habitis, iam opere aggrediēdā rē eē cenſue-
runt: ſiqdē hoīes grauis armaturȩ, q in Piræo murū Eetioneæ extruebāt: in qbus & Ariſto
crates erat ꝑfectus, certa ei delegata cuſtodia: comꝑhendūt Alexiclē inter collegas ſtatus
paucorum prȩcipua dignitate prȩditum: & domū adductum cohibēt. Comꝑhēdūt item
cum alios quoſdam: tū vero Hermonē ꝑfectum vigilū q apud Munichiū excubabāt: & ex
volūtate maximȩ armatorum partis. Quod ſimul ac renuntiatū eſt quadringentis viris
conſidebant aūt in curia: prȩter eos qbus iſta nō placebāt: parato animo erant ire ad arma:
ac Therameni & iis qui cū eo erāt nūtiabant. Theramenes purgans ſe dicere paratum eē
iā ire cū ipſis ad illos rapiēdos. Et ſumpto ſecū vno e ducibus ſic voluntariis ꝑgit ad Pirȩ
um: adiuuabat eum Ariſtarchus & equitū iuuētus. Erat aūt tumultus ingēs atq; horribi-
lis. Nā & qui in vrbe degebant Pirȩa iā captū: eūq; qui comꝑhenſus eſſet morte affectū eē:
& qui in Piræo tātū non adeſſe contra ſe Vrbicos ſtatim ſuſpicabātur: vix ſeniouibꝰ iſtos
ne ad ferenda arma diſcurrerēt ꝓhibētibꝰ: & Thucydide Pharſalio qui tūc aderat hoſpes
publicus officioſe apud ſingulos intercedente: atq; exclamāte: ne patriā hoſte ipſis inſidi
ante ꝑderent: reſedit impetus: & in diuerſa digreſſi ſunt. Theramenes vt venit in Pirȩum
erat aūt & ipſe magiſtratus: iram in homines grauis armaturȩ intra vociferationē ille qdē
exercuit. Ariſtarchus autem & qui aduerſarii erāt re vera excanduerunt. Nihilominus il-
li in opere faciendo pergere: nec facti pœnitere: interrogare tātū Theramenē nūquid ei vi
deretur ex vtilitate extrui murum an ſatius foret dirui. Atq; hoc reſpondente ſi ipſis pla-
ceret dirui ſibi quoq; placere: hinc e veſtigio cōſcēdūt murū: & alii multi eorum q erāt in
Piræo: eūq; demoliunt: Vulgus exhortātes his verbis. Quicūq; vellet quiq; milia q̃ qua
dringētos ꝑeſſe ciuitati eum debere ad id opus accedere. Occultabāt. n. rē adhuc ſub noīe
qnq; miliū: ne quis eorū qui ꝑeſſe vellēt ꝓpalā ſtatū popularē nūcuparet: metu ne quid ali
quis cū alio loquēs per inſcitiā lapſus ꝓ tali vtiq; haberetur: & iccirco quadringēti viri ne
q; eſſe volebāt illos quinquies mille: neq; ꝙ nō eēnt: manifeſtū eſſe exiſtimātes, ſi tot nūe-
ro viri ꝑticipes gubernatiōis fierēt: haud dubie ſtatū eē popularē. Hoc aūt occultatū mu
tuo terrorē ꝑbebat. Poſtera die quadringenti viri & ſi animo fluctuantes in curia tamen cō
gregantur. Itē apud Piræum armati cū Alexiclē quem comꝑhēderāt miſſum feciſſent: ac
murum demoliti eſſent: conceſſere ad Theatrū Dionyſiacū: quod ante Munichiū eſt itra
Pirȩum & poſitis armis conciliū habuerūt: & ex placito oīm ꝓpere petentes vrbē, arma in
ſtationē depoſuerūt: ad quos venerunt quidā a quadringētis & alloquētes viritim vt quē
q; videbāt eē mitti rogabāt: ſuadebātq;: vt & ipſi qeſcerēt: & alios qetos efficerēt: dicētes
vt qnq; milia hoīm nūcuparēt: & in eoꝝ ꝑtē q̃tenꝰ illoꝝ volūtas ferret: ipſos quadringen-

Phrynicꝰ vulnerat.

Aegina incurſionibꝰ infeſtatur.

Alexicles capitur.

Hermō ꝑfectus vigilū capit.

Thucydides Pharſalius.

Murus Pirȩi diruit.

Theatrū Dionyſiacum.

Munichiū

tos ne quomodo ciuitatem perderent: neve hoſtibus obiectarēt. His verbis quæ & multa
& multis inculcabantur: multitudo armatorum placatior q̄ fuerat effecta eſt: maximeq;
Aedes — extimeſcens ꝑ vniuerſa rep. cōſenſit: vt ad certā diē conciliū haberetur in Aede Dionyſii
Dionyſii. — hoc eſt Bacchi de cōcordia. Vbi vero ad ędem Bacchi ventū eſt: tantūq; nō concio coacta
erat: nūtiatur duas & quadraginta naues in Agiſandridā a Megaris in Salaminē curſum
tenere: quod nemo hac ex turba hoc ipſum exiſtimauit eſſe: qđ olim a Theramene & ab iis
qui cum eo erāt dicebatur: claſſem ad murum iter habere: eoq; vtiliter eſſe dirutum. Agi-
ſandridas autem forſitan quidem ex compoſito iuxta Epidaurum, atq; illa circa loca ver-
ſabatur: tamen credibile eſt: etiam propter pręſentem Athenienſium ſeditionem affluen-
te ſpe: ſi offeretur occaſio illic eum ſubſtitiſſe. Atheniēſes ea re ipſis nuntiata: citato curſu
Atheniēſi — vniuerſi in Piręum cōtenderūt: tanq̄ bellū domeſticū maius q̄ hoſtile: nec longinquū: ſed
um in Pi- — ante portum eſſet. Itaq; eorū alii naues quę aderant ingrediuntur: alii alias deducunt: alii
ræum con — in muros qui pro faucibus portus ſunt ſuppetias ferunt. At claſſis Pelopōnēſium aduen-
tentio. — tans ſuperato Sunio tenuit inter Thoricum & Praſtia: mox appulſa eſt ad Oropum. Athe
Sunium. — nienſes raptim & qui ad manus erant nautis vti coacti qualia contingunt in ciuitate ſe-
Thoricū. — ditionibus laborante: ac magno diſcrimini occurrere feſtinante: Nā Eubœa eis oīa erat
Praſtia. — interclusis Attica: mittunt Thymocarem ducem cum claſſe in Eretriam: quæ claſſis vbi
Eretria. — peruenit ſex & triginta nauium cū iis quę prius in Eubœa erant: coacta eſt protinus dimi
Oropus. — care. Nam Agiſandridas iam prāſus ab Oropo claſſem ducebat. Abeſt aūt Oropus ab vr
be Eretriēſi ſtadiis fere ſexaginta tractu maris. Dum itaq; illa infeſta veniret claſſe Athe-
nienſes propere ſuas naues conſcēdunt: opinātes ſibi milites iuxta futuros. At illi cibaria
in prādium mercabātur nō ex foro: ſed domeſticatim ex vltima vrbis parte. Nam ne quid
in foro venderetur Eretrienſes proſpexerant: vt dū cūctāter naues ingrediuntur ab hoſte
ꝑuenirent. Et ita dū ille ingruit iſti vtcūq; īpletas naues educere cogerentur. Et ſignū ex
Pugna — Eretria hoſti ad Oropū ſuſtulere: quādo mouere cōtra Atheniēſes deberet. Tali Atheniē
acris. — ſes apparatu ꝓuecti: pugna ſupra portū Eretriēſem cōmiſſa, tñ aliquātiſꝑ reſtitere. Deiñ
Pelopōnē — in fugam verſos vſq; ad littus inſecutus eſt hoſtis. Quorum qcūq; ad vrbē Eretriēſem, vt
ſiū victo- — amicā cōfugerūt: indigniſſime ab Eritrienſibus interfecti ſunt. Qui vero in munitiones
ria. — quas ipſi in Eretria tenebant: incolumes fuere: itēq; nauium quęcūq; in Chalcidē peruene
runt. Earū duabus & viginti cū remige, militeq; captis Pelopōnēſes, & captiuorum aliis in-
terfectis: aliis cōſeruatis: trophęum ſtatuerūt. Neq; multo poſt omnem Eubœā ad defe-
Oreum. — ctionem compulerunt: pręter Oreum: qđ Atheniēſes ipſi tenebāt: & alia circa loca cōpo-
ſuerūt. Poſtq̄ hęc ad Eubœam geſta Athenis nuntiata ſunt: pauor eos ad illam diē maxi-
mus circūſtetit. Neq; enim accepta in Sicilia calamitas, & ſi tūc ingēs viſa, neq; aliud vn-
q̄ tanto terrori fuit: vtpote cum exercitus apud Samū abeſt: neq; alia adeſſet claſſis neq; q
illas conſcēderēt: ipſis ſeditioſe diſſidētibus: & incertum quando inter ſe conuenturis: tā
tum eis calamitatis inciderat: quia cum & claſſis & Eubœa eēt amiſſa: vnde plus q̄ ex At
tica emolumenti perciꝑetur: quonam modo non forent [illegible]: & eo quidem vehe-
mentius propter ſummam loci vicinitatem: ne continuo victoria feroces ad vacuum na-
uium Piræum appellerēt: quos tantum non adeſſe ſuſpicabantur: id quod illi ſi audacio-
res fuiſſent facile feciſſent. Ex quo aut aggredientes vrbem magis in ſeditionem concitaſ
ſent ciuitatem: aut manendo obſediſſent: cogentes ab Ionia claſſem, & ſi aduerſariam ſta-
tui paucorum, tamen ſuis rebus domeſticis atq; vniuerſæ ciuitati ſuccurrere. Atq; inter-
Helleſpō- — ea & Helleſpontus & Ionia & Inſulæ & omnia Eubœa tenus: & vt ſic dicam omne Athe-
tus. — nienſium imperium ipſis ceſſiſſet. Verum non in hoc tantum bello Lacedæmonii: ſed in

aliis etiam multis omnium hoſtium Athenienſibus vtiliſſimi extitere: qui ꝙ plurimum
inter ſe moribus differentes eſſent: alii properi: alii conctabundi: & alii manu prompti:
alii formidoloſi: præcipue in gubernanda claſſe plurimum Athenienſibus ꝓfuere: qđ ma-
xime declarauere Syracuſani: qui concordes inter ſe pręclariſſime belligerauerũt. Ad hũc
nuntium Athenienſes viginti tamẽ naues armauere: concionemq; coegere ſemel ſtatim
tum primum in locum quem vocant Pycnen: vbi etiam alias conſueuere: in qua cõcione Pycne.
quadringentis viris ammotis decreuerunt adminiſtrationem rerum quinq; Milibus tra-
dẽdam eſſe: ex eo autem numero: quicunq; arma geſtarent: neq; vllo pro magiſtratu mer-
cedem accipere. Si ſecus feciſſent execrabiles eſſe. Aliæ quoq; deinceps crebræ ſunt habitę
conciones: in quibus & legum Lationes: & alia ad rempublicam pertinentia conſtituerũt
Atq; inter initia videntur mihi Athenieſes non parum commode rempublicam admini
ſtraſſe: inter vtranq; factionem paucorum, & multitudinis in vnum redactam egregio tẽ
peramẽto. Quę res ex improbis factis quæ fiebant prima ſuſtinuit ciuitatem. Decreuerũt
pręterea Alcibiadẽ cęteroſq; qui cum eo eſſent reuocandos in patriã: & ad eum & milites
qui cum eo in Samo eſſent mittendum iubentes: vt ad adminiſtrandam rẽpublicam acce
deret. Inter hãc ſtatim rerum mutationem Piſander Alexicleſq; cum ſuis, & qui pręcipui
fuerant e ſtatu paucorum ſe in Deceleam ſubduxerunt. Solus ex eis Ariſtarchus: erat em̃
dux: ſumptis repẽte aliquot ſagittariis, qui eſſent barbariſſimi: ad Oenoẽ pergit murum Oenoe.
Athenienſium in Bœotię confiniis: quem Corinthii propter ſuorum a Decelea ſe recipiẽ
tium cędes quæ factæ fuerant ex Oenoe obſidebant voluntarii quiq; Bœotianis accitis.
Cum his habito colloquio Ariſtarchus, ſeduxit eos qui erãt apud Oenoẽ: ꝙ diceret quã-
doquidem populares ſui intra vrbem de cæteris rebus cum Lacedęmoniis tranſegiſſent:
debere & ipſos eum locum tradere Bœotianis. De hoc enim trãſigi. Cui vt duci fidem ha
bentes illi: quipppe qui omnium rerum ignari: ꝙ obſeſſi eſſent ſub pactione abierunt. Hũc
inmodum & Bœotiani relictam Oenoen receperunt: & Athenis ſtatus paucorum Sedi- Bœotiani
tioq; ceſſauit. Per eadem huius æſtatis tempora, Peloponnenſes apud Miletum: cum ne- Oenoẽ re-
mo eis ſtipendium numeraret illorum quibus a Tiſſapherue mandatum erat: dum con- cipiunt.
tulit ſe in Aſpendum: neq; claſſis Phœnicum ac ne ipſe quidem Tiſſaphernes veniret: &
qui cum eo miſſus erat Philippus ad Mindarum nauarchum ſcriberet claſſem non eſſe vẽ
turam: idq; ipſum Hippocrates vir Spartiata: qui apud Pharſelidem agebat ſignificaret:
tunc intellexerunt ſe prorſus decipi a Tiſſapherne. Itaq; ſollicitante eos Pharnabazo: qui
optabat conducta ea claſſe reliquas prouinciæ ſuæ vrbes compellere ad deficiendum ab
Athenienſibus: quemadmodum Tiſſaphernes: Mindarius ſpe aliquid plus ab iſto obti-
nendi: multa diligentia ꝓ̃ſentiq; edicto: vt lateret hoſtem: qui erat in Samo: ſoluens e Mi-
leto tribus & ſeptuaginta nauibus petiit Helleſpontum: quo prius per hanc eandẽ ęſtatẽ
duodecim alię naues conceſſerant: & partem quandã curſionibus infeſtauerant. Sed Che
roneſi tempeſtate vſus: ad Icarum coactus eſt appellere. Vbi propter difficultatẽ nauigan
di quinq; ſex ve moratus dies peruenit Chium: quem a Mileto ſoluiſſe certior factus Thra Thraſyllꝰ.
ſyllus: apud Samum & ipſe cum quinq; & quinquaginta nauibus proficiſcitur: apprope-
rans ne ille pręueniret in Helleſpontum. Cæterum cognito apud Chium eſſe hoſtem: ra-
tuſq; illic ſubſeſſurum: ſpeculatores quidem collocat in Leſbo: & in continente oppoſita:
ne ſe lateret ille ſi quid moueretur: ipſe cum reliqua claſſe Methymna profectus: farinam Methym-
hordeaceã, atq; alia opportuna apparari iubet: tanq̃ e Leſbo Chiũ petiturꝰ: ſi diutius illic na.
